Τοῖς ἐπ' ἀνατροπὴν τῆς ὁλης εἰς Θεὸν πίστεως, καὶ ἄλλα μὲν πονηρὰ τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἀθλίως τελοῦμένοις τελοῦσι, καὶ ἀντὶ μὲν τοῦ θείου καὶ ἱεροῦ ἐμφυσήματος, ὃ παρὰ τοῦ Δεσπότης Χριστοῦ παρελάδομεν, ἐπὶ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μυστικῇ ἐμπνεύσει, ἐμπτόουσι τοῖς ὑπ' αὐτῶν τελοῦμένοις ἐμπτύσμασιν, ὧν καὶ αὐτοὶ εἰσὶν ἄξιοι· ταῦτα τοῖς ὑπ' αὐτῶν τελοῦμένοις ποιοῦσιν, καὶ κατὰ τῶν δαιμόνων αὐτοὶ περιῦμεν, προσέτι καὶ ὕδατι μεμιασμένῳ λάτθων ἕως ἀνω διὰ σπόγγων ἀναχρῶουσιν ἐπ' ἀνατροπὴν τοῦ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Πνεύματος φωτιστικῆς παρουσίας, ἀνάθεμα.

A

*Anathem. 9.*

Iis, qui Ecclesias a sanctis apostolis nobis traditas in honorem Dei ædificari non debere sentiunt, easque ut opera manuum calumniantur, et dæmonum esse dicunt habitacula, atque ita prava via incedentes, consequenter et divinarum sacrarumque imaginum venerandam reijciunt erectionem atque cultum, velut omnino corruptis putridisque membris, anathema.

*Anathem. 10.*

Iis, qui ad evertendam Domini ac Dei, et Servatoris nostri Jesu Christi doctrinam properant, quam sanctis discipulis suis commendavit, ut in se credentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizarent, et qui non per aquam et Spiritum renascetur, eum non introiturum regnum cælorum, prædicarent; His igitur ad hæc omnia cæcutientibus, et qui ab operante in ipsis diabolica efficacia agitati effutire non verentur, sacrum baptismum aquam esse, velut hominibus a nostra fide alienis, et ab Ecclesia, atque ipso omnino Deo remotis subjunctisque, anathema.

*Anathem. 11.*

Iis, qui consimilibus iidem nugis et contemptibus indulgentes, venerandam et vivificam crucem *suream* appellant, et sacrum baptismum aquam meram esse existimant, quæ remissionem non afferat peccatorum: neque ex efficacia Spiritus, sed ex se ipsis dare se promittunt, quod Spiritus sanctus est beneficium, cum abominandos suos sacerdotes veste falso dicta monachica induunt, ac deinceps per se ordinis nomen conferunt, seu potius animæ ipsis et corporis interitum afferunt, anathema.

*Anathem. 12.*

Iis, qui dicunt, communionem venerandi corporis et sanguinis Domini ac Servatoris nostri Jesu Christi meri panis et vini esse participationem (sic ut ea propter et hi qui e laicis transierunt, cum cibo accedant, ac simulandi latendique gratia delatoribus, illum pro Spiritus cœna sumant; qui vero e presbyteris ad eos accesserint), atque ita divini ac tremendi sacrificii institutionem evertunt, ut plane Christi hostibus, tametsi se ipsi *Chrystopolitas* vocitant, anathema.

D

*Anathem. 13.*

Iis, qui ad universæ in Deum fidei subversionem cum multa alia pessima in his qui ab ipsis infelicititer initiantur, observant, tum pro divina sacraque insufflatione, quam a Domino nostro Jesu Christo in Spiritus sancti inspiratione adhibitam accepimus, initiandis ab se sputa inspungunt, quibus sane ipsi maxime digni sunt: his igitur, qui hoc in initiandis a sese exsequuntur, quod nos adversus dæmones facimus: quique insuper aqua eos immunda ab infimo ad summum, sive a calce ad caput, spongiis illinunt, quod certe sacri baptismatis, et illuminatricis Dei Spiritus præsentis subversivum efficitur, anathema.

Anthem. 14.

Cunctis insimul hæreticis anathema.

Deus optimis imperatoribus (1) vitam longævam largiatur. Vivat diu rex noster orthodoxus. Vivat rex noster orthodoxus Porphyrogenitus. Custodiat Deus imperium eorum. Pacem Deus regno eorum impertiatur. Rex cælestis, terrestres, quæsumus, reges custodi. Vivat diu sanctissimus et œcumenicus patriarcha (2). Hæc sunt pravæ impietatis semina, hæc pessimi Satanæ Deo aversantis propagines. Nos autem Christi electus populus divinas et apostolicas, ac a Patribus ad nos transmissas toto animo teneamus traditiones, tota mente impura illa impietatis dogmata fugientes, longèque a perniciosa eorum doctrina remoti, ac puro pectore Deo servientes, qui nobis in personarum sive

(1) Alexio nempe Comneno, et filio ejus Joanni. Alexius regnavit ab anno 1081 ad 1118.

A

'Αναθεμ. ιδ'.

'Ολοις τοις αἱρετικοῖς ἀνάθεμα.

Πολλὰ τὰ ἔτη τῶν καλῶν βασιλέων. Τοῦ ὀρθοδόξου ἡμῶν βασιλέως πολλὰ τὰ ἔτη. Τοῦ ὀρθοδόξου ἡμῶν βασιλέως τοῦ Πορφυρογεννήτου πολλὰ τὰ ἔτη. Ὁ Θεὸς φυλάξει τὸ κράτος αὐτῶν· ὁ Θεὸς τὴν βασιλείαν αὐτῶν εἰρηνεύσει. Οὐράνιε βασιλεῦ, τοὺς ἐπιγείους φύλαξον. Τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη. Ταῦτα τῆς πονηρᾶς ἀσεβείας τὰ σπέρματα, ταῦτα τῆς ἀθείας τοῦ πονηροῦ Σατᾶν τὰ βλαστήματα. Ἡμεῖς ἐε, ὁ τοῦ Χριστοῦ λαὸς, ὁ ἐξαίρετος τῶν θείων καὶ ἀποτολικῶν διδγμάτων, καὶ τῶν πατρικῶν ὀλοφύχως ἐχώμεθα παραδόσεων, φεύγοντες ὅλη ψυχῆ ἐκ μυσαρὰ τῆς ἀσεβείας διδάγματα, καὶ πόρρω τῆς αὐτῶν ἐλευθρίας γινόμενοι θρησκείας, Θεῷ δὲ καθαρῶς λατρεύοντες, τῷ ἐν Τριάδι προσώπων, εἰκτον ὑποστάσεων, γνωρίζομένῳ καὶ σεδομένῳ· ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(2) Nicolaus nempe, qui obiit a. C. 1117.

## ΕΥΘΥΜΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΤΟΥ ΑΠΟ ΤΗΣ ΣΕΒΑΣΜΙΑΣ ΜΟΝΗΣ ΤΗΣ ΠΕΡΙΒΛΕΠΤΟΥ  
ΣΥΓΓΡΑΦΗ ΣΤΗΛΑΙΤΕΥΤΙΚΗ  
ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΘΕΩΝ ΚΑΙ ΑΣΕΒΩΝ ΑΙΡΕΤΙΚΩΝ ΤΩΝ ΛΕΓΟΜΕΝΩΝ ΦΟΥΝΔΑΓΙΑΤΩΝ  
ΑΙΡΕΣΕΩΣ,

Καθὼς ἐξ αὐτῶν τῶν διδασκάλων ὑποκρίθεισ μαθητοῦ προσωπεῖον ἐδιδάχθη, καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ μαθητοῦ Συμεὼν πληρηθέντες ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἀλίην μεταμεληθέντες.

## EUTHYMI MONACHI

VENERABILIS CENOBII PERIBLEPTÆ  
LIBER INVECTIVUS  
CONTRA HÆRESIM EXSECRABILIAM ET IMPIORUM HÆRETICORUM  
QUI PHUNDAGIATÆ DICUNTUR,

Secundum ea, quæ personam discipuli simulans ab ipsis eorum magistris accepit, nec non a Symeone discipulo suo, qui cum ab illis deceptus fuisset postea resipuit.

Exsecrabilium Phundagiatarum, qui seipsos C  
Christopolitas appellant, in Occidente autem Bogomili dicuntur, talis est hæresis. Hi Deum cæli terræque factorem non venerantur, neque Deiparam, neque pretiosam crucem, neque sacra mysteria, neque imagines, neque divina templa, neque sanctum baptismum, neque ex iis aliquid, quæ Christiani venerantur et colunt; sed omnia exsecrantur atque contemnunt. Credunt autem et venerantur mundi principem, qui est Satan, et ad dolos comparati Christianismum, habitumque monachorum et sacerdotium dolose simulant; divinasque Scripturas, velut escam præferunt in ore, non quod

Ἔστιν ἡ αἴρσις τῶν ἀθέων Φουνδαγιατῶν τῶν ἐαυτοὺς ἀποκαλούντων Χριστοπολίτας, ἐν δὲ τῇ Δύσει καλουμένων Βογομιλῶν αὐτῆ. Οἱ τοιοῦτοι Θεὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς οὐ σέβονται, οὔτε Θεοτόκον, οὔτε τίμιον σταυρὸν, οὔτε ἅγιον, οὔτε εἰκόνας, οὔτε θεοῦς ναοὺς, οὔτε ἅγιον βάπτισμα, οὔτε ἐξ ὧν οἱ Χριστιανοὶ σέβονται καὶ τιμῶσιν, ἀλλὰ πάντα βδελύσσονται, καὶ ἀτιμάζουσι. Πιστεύουσι δὲ καὶ σέβονται τὸν ἄρχοντα τοῦ κόσμου, ὃς ἐστὶν ὁ Σατανᾶς, ὑποκρίνονται δὲ δολίως οἱ δόλιοι τὸν Χριστιανισμὸν, καὶ τὸ τῶν μοναχῶν σχῆμα, καὶ τὴν ἱερωσύνην, καὶ τὰς θείας Γραφὰς ὡς δέλεαρ ἐπὶ στόματος φέρουσιν, οὐ ποθοῦντες ταύτας, ἀλλ' ὅπως πλανοῦσι τοὺς

ἀπλουστέρους, τὴν ἐνδομυχοῦσαν ἀσεβειαν ἐκ πί-  
ρας μεμαθηίως.

Ἔτυχε γὰρ μέποτε συνοδεῦσαι μετὰ τινος τῶν  
ἀθείων, σχῆμα ἔχοντος μοναχοῦ, καὶ τὸ τῆς Ιερωσύ-  
νης, ὡς εἶπεν, ἀξίωμα· ἠγγόνου δὲ ἐγὼ ὅτι ἀσεβῆς  
ἐστίν. Εἰς λόγους οὖν μοι ἐλλῶν ἀναιδῶς, καὶ ἀνυ-  
ποστόλως εἶπέ μοι τὸ ἀσεβὲς τοῦτο ῥῆμα ὅτι ἀνά-  
στασις νεκρῶν οὐκ ἐστὶ· προβαλλόμενος ὁ δόλιος  
Ἐπιτολῶν, ἐξ ἑνὸς μᾶλλον ἠλέγητο κακῶς λέγων.  
Ἵπολαθῶν δ' ἐγὼ ὅτι ἐξ ἀμαθίας, καὶ ἀφελείας τοῦτο  
τὸ βλάσφημον ἐξεῖπε ῥῆμα, ἐσκοψάμενός τόν, ἀναθεματί-  
σας καὶ τὸν αὐτὸ τοῦτο ἐκδιδάξαντα, καὶ αἰπὸν αὐτῷ·  
Σὺ, ἀδελφῆ, οὐτε γνωστικώτερος εἶ, οὐτε ἀγιώτερο,  
τῶν τριακοσίων δεκαοκτῶ ἀγίων Πατρῶν, οἵτινες  
ἐξέθεντο καὶ τὸ ἅγιον Σύμβολον, καὶ ἐθεβαίωσαν  
τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ὣν τὸ δόγμα ὑπέγραψαν καὶ  
δύο προτετελευτηκότες ἅγιοι ἐπίσκοποι Χρύσαντος  
καὶ Μουσόνιος, παραδόξως τοῦ τοιοῦτου θαύματος  
γεγεννημένου ἐκ Θεοῦ εἰς αἰσχύνην τῶν βλασφημῶν  
αἰρετικῶν, βεβαίωσιν δὲ καὶ πληροφορίαν τοῦ  
πιστοτάτου καὶ ὀρθοδόξου λαοῦ· οὐδὲ τῶν ἐν Χαλ-  
κηδόνι ἐξακοσίων τριάκοντα ἀγίων Πατρῶν, οἵτινες  
τὸ αὐτὸ δόγμα ἐθεβαίωσαν, καὶ ἐπέθοντο ἐν τῷ  
στῆθει τοῦ λειψάνου τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ μάρτυ-  
ρος Εὐφημίας ἅμα τῷ τῶν αἰρετικῶν συγγράμματι·  
καὶ τὸν μὲν τῶν αἰρετικῶν τόμον μάλιστα εὐρεῖν ἠδύ-  
νηθησαν ἐβρίμμενον εἰς τοὺς τῆς ἁγίας πόδας, τὸν  
δὲ τῶν ὀρθοδόξων τῇ δεξιᾷ χειρὶ δραξαμένην, καὶ  
φυλάττουσαν εὐρον. Οἶδα δὲ ὅτι καὶ τὸ τοῦ μεγάλου  
Βασιλείου θαῦμα οὐκ ἀγνοεῖς· καὶ γὰρ τοῖς πᾶσι τοῦτο  
κατάδηλον ἐστὶ, πῶς ἐν τῇ Νικαίᾳ ἐκκλησίᾳ ἐν μιᾷ  
νυκτὶ δεηθέντος αὐτοῦ μετὰ τοῦ ὀρθοδόξου λαοῦ, καὶ  
συνεύχῃ σφραγίσαντος τὰς τοῦ ναοῦ πύλας, συνετρί-  
θησαν αἱ κλειδῆς τῶν ῥωμανιστῶν, καὶ αὐτομάτως  
ἠνοίγη αὐτοῖς ἡ ἐκκλησία· οἱ δὲ αἰρετικοὶ τρεῖς ὅλας  
ἡμέρας καὶ νύκτας ἀγρυπνήσαντες οὐδὲν ἤνυσαν,  
ἀλλ' ἐστράφησαν μετ' αἰσχύνης μεγάλης. Ὁμοίως  
καὶ ἐν ἑτέροις ἐγένοντο καὶ ἄλλαι μεγάλαι σὺνδοδοι,  
καὶ πάντες οὗτοι οἱ ἅγιοι, καὶ οἰκουμενικοὶ διδάσ-  
καλοι καὶ φωστῆρες ἐθεβαίωσαν, καὶ ἐπεκύρωσαν  
τὸ ἅγιον Σύμβολον, ἐν ᾧ γράφει· Ὁμολογῶ ἐν  
βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, προσδωκῶ ἀνά-  
στασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος.

Ἄναπεκρίθη δὲ μοι ὁ ἀσεβῆς εἰπὼν· Ἄλλὰ τὸ  
τοῦ Ἀποστόλου ῥητὸν δυνατὸν ἐστὶ· λέγει γὰρ ὅτι  
*τὸ σὰρξ καὶ αἷμα βυσιλείας Θεοῦ κληρονομήσαι οὐ  
δύνανται, οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρο-  
νομεῖ*. Εἶπον δὲ πρὸς αὐτόν· Ὡς οἶμαι, ἀνθρώπε,  
ἡ αἰρετικῶ συνέτυχες, ἡ τάχα καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ.  
Ἐπεὶ οὐκ ἂν εἶχε προσθεῖναι λόγον ὑπὲρ τοῦ τοιοῦ-  
του βλασφημοῦ ῥήματος, καὶ ἤρξατο καταθεμα-  
τίζειν, καὶ ἠμύνειν ὅτι οὐκ εἶμι ὡς ὑπέλαδες, ἀλλ'  
ἠφελείας χάριν ἐρωτῶ. Καὶ λέγω αὐτῷ· Ἐάν ἐξ

illam ament, sed ut simpliciores seducant: etenim  
latentem in eis impietatem experientia me edo-  
cuit.

Contigit enim, ut olim ego iter instituerim una  
simul cum quodam ex hisce viris execrabili-  
bus, qui habitum monachi, et sacerdotii, ut aiebat,  
dignitatem habebat; et ignorabam quod a recta fide  
esset alienus. Cum igitur mecum loqueretur, impu-  
denter et libere impian hanc sententiam mihi dixit  
non esse resurrectionem mortuorum, asserens dolo-  
sus Scripturæ testimonium ex Epistolis sancti Pauli,  
unde potius ejus sententiæ falsitas evincebatur. Re-  
spondens autem, quod ex imperitia et simplicitate  
blasphemiam illam protulisset, ipsum irridens, et  
qui talia ei tradidisset anathematizans, dixi:  
Profecto, frater, neque sapientior, neque sanctior  
es tu recentis decem et octo sanctis Patribus, qui  
sanctum Symbolum composuerunt, orthodoxamque  
fidem confirmaverunt, quorum dogma subscripse-  
runt etiam duo jam defuncti sancti episcopi Chry-  
santus, et Musonius, quo tempore magnum ac pla-  
ne stupendum miraculum ad blasphemos hæreticos  
confundendos, et fidelem, et orthodoxum populum  
confirmandum roborandumque factum est a Deo;  
neque pariter plus sapientis sexcentis triginta sanctis  
Patribus, qui Chalcedone hoc ipsum dogma con-  
firmaverunt, illudque super pectus cadaveris sanctæ  
Christi martyris Euphemie una cum hæreticorum  
volumine collocarunt: et hoc quidem volumen ad  
sanctæ martyris pedes projectum vix invenire po-  
tuerunt, contra vero orthodoxorum librum ipsam  
sanctam manu dextra arreptum tenere, eumque  
custodire deprehenderunt. Puto autem, neque te  
ignorare magni Basilii miraculum (omnibus enim  
manifestum est), quomodo in Nicæna ecclesia,  
cum ille una nocte, populo orthodoxo comitante,  
orasset, et inter preces portas templi signasset,  
repagula et vectes conciderunt, et sponte sese illis  
aperuit ecclesia; hæretici autem cum tribus inte-  
gris diebus et noctibus evigilassent, nihil assequi  
potuerunt, et multo rubore suffusi discesserunt.  
Similiter, et alibi aliæ magnæ synodi coactæ sunt,  
omnesque hi sancti, et œcumenici magistri, et lu-  
mina sanctum Symbolum ratum habuerunt et con-  
firmaverunt, in quo scriptum est: *Confiteor*

Contra vero mihi ille impius respondit dicens;  
sed Apostoli effatum magni est roboris, ait enim  
quod caro, et sanguis regnum Dei possidere non  
possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit.  
Ego vero sic ad eum dixi: Aut in hæreticum, o  
homo, ut opinor, incidisti, aut forte et tu ex illis  
es. At postquam ne verbum quidem super bla-  
sphemum hujusmodi dictum adlere potuit, cœpit  
affirmare et jurare, se talem non esse, qualem  
ego suspicabar, sed utilitatis gratia interrogare.

<sup>1</sup> I Cor. xv, 50.

γυνεγο: Si ex imperitia blasphemum illud verbum protulisti, et, ut dicis, discere veritatem quaeris, non me sane pigebit, neque saluti tuae invadebo, sed quod Deus dederit, illud te edocebo. Sic enim in epistola ad Romanos scribit; *Quia patrem multarum gentium posui te ante Deum, cui credidisti, qui vivificat mortuos, et vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt*<sup>3</sup>. Et in prima Epistola ad Corinthios: *Si autem Christus praedicatur, quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quod resurrectio mortuorum non est*<sup>4</sup>, et reliqua. Et in secunda Epistola ad Corinthios dicit: *Configurati morti ejus, si occurramus ad resurrectionem, quae est ex mortuis*<sup>5</sup>. Et ad Thessalonicenses: *Si enim credimus, quod Jesus mortuus est et resurrexit, et mortui qui in Christo sunt resurgent primi*<sup>6</sup>. Et in prima ad Corinthios Epistola: *Si omnino mortui non resurgent, ut quid baptizantur pro illis*<sup>7</sup>? et reliqua. Et uno verbo quaecumque mihi suggestit Deus, ego dixi illi de resurrectione mortuorum: et ore quidem execrabilis ille credere fatebatur, non habens quid illis opponeret; sed erat infidelis animo, vere infidelis qui oblatam lucem, ut erat tenebris immersus, deliberata mente nolebat videre: erat enim Satanæ operarius, et apostolus, ut a multis qui eum cognoscebant, deinceps didici. Verum ex divina dispositione in hujusmodi canem me incidere contigit, ut ad hosce impios homines melius ac perfectius cognoscendos mea mens excitaretur. Discipulum enim meum cum ego Hierosolyrna discussissem, invenerunt qui eadem ac praefatus ille impius, sentiebant, eique persuaserunt, cum illiteratus esset, et idiota, ut eorum sententiae se adjungeret, et neutiquam Deum qui est in caelis, crederet, sed mundi hujus principem qui est diabolus.

Cum autem me a malo illo comite disjunctissem, et ex ea quam dixi, usque Hierosolyrniam peregrinatione reversus essem, in venerabili monasterio Peribleptæ miserum meum discipulum deceptum inveni. Circumcunt enim impii isti, et in urbilibus, et extra ubique docentes. At vero discipulus meus, ut qui bono animo erga me esset, et bonum, quod ad suam, ut opinabatur miser, utilitatem acceperat, quasi ex charitate etiam me vellet edocere, ne expers viae invenirem, quæ ad salutem ducit, blasphemata impietatis verba, quæ ab illis didicerat, utilitatis meæ gratia, accurate me docuit. Ego, autem cum hæc audissem, terroremque, in quem inciderat, cognoscerem, quod ex mali illius comitis colloquio mentem ad hæc excitatam haberem, sermones ejus velut approbare simulans, vultumque tanquam de re grata exsultantem ei ostendens, doctrinæ illius magistros, ut mihi distincte ostenderet, precatus sum: valde utilius est, dicens, ut ab ipsis ambo erudiamur; fieri enim non potest,

ἀπειρίας εἰρήκης τὸ βλάσφημον τοῦτο ῥήμα, καὶ ζητήσῃς, ὡς λέγεις, μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν, οὐκ ὀκνήσομεν, οὐδὲ φοβησόμεν τῇ σωτηρίᾳ σου, ἀλλ' ὅπως ὁ θεὸς δίδωσιν, ἵνα εἰπωμεν. Γράφει γὰρ εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολὴν οὕτως· Ὅτι πολλῶν ἐθνῶν πατέρα τέθεικά σε κατέραντι οὐ ἐπίστευσε θεοῦ τοῦ ζωοποιούντος τοὺς νεκροὺς, καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. Καὶ εἰς τὴν πρὸς Κορινθίους πρώτῃν Ἐπιστολὴν· Εἰ δὲ Χριστὸς κηρύσσεται, ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, πῶς λέγουσιν οἱ τινες ἐν ἡμῖν ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστι, καὶ τὰ λοιπὰ. Καὶ εἰς τὴν πρὸς Κορινθίους δευτέραν Ἐπιστολὴν λέγει· Συμμορφούμενοι ἐφ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ, εἴτερον καταναστεύομεν εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν. Καὶ πρὸς Θεσσαλονικεῖς· Εἰ γὰρ πιστεύομεν ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρώτοι. Καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ Ἐπιστολῇ· Εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, τί βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; καὶ τὰ λοιπὰ. Καὶ ἀπλῶς ὅσα ὁ θεὸς ἔδωκεν εἶπον αὐτῷ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν, καὶ στόματι μὲν ὁ κατὰρσας ὡμολόγει πιστεύειν, μὴ ἔχων τὴν ἀντιθέτην ἔκαστα: πρὸς ταῦτα· τῇ γνώμῃ δ' ἦν ὁ ἀπίστος, ἀπίστος, καὶ τὸ φῶς ἔχων μὴ θέλων βλέπειν ὁ ἐσκοτισμένος· ἐργάτης γὰρ ἦν ὁ τοιοῦτος, τοῦ Σατανᾶ, καὶ ἀπόστολος, ὡς παρὰ πολλῶν εἰδῶτων αὐτὸν ὑστερον, ἔμαθον. Τὸ δὲ τοῦ τοιοῦτου κυνὸς συνάντημα ἐκ θείας οἰκονομίας συνέβη εἰς ἐμὲ γενέσθαι, πρὸς τὸ διαγεῖραι μου τὸν νοῦν εἰς ἀκρίβειαν, καὶ προσοχὴν τῶν τοιοῦτων ἀσεβῶν. Μαθητὴν γὰρ ἐμὸν, ἀποδημούντός μου ἐν Ἱεροσολύμοις, εὔρον οἱ τοῦ προλεχθέντος ἀσεβοῦς ὁμόφρονες, καὶ ἐπεισαν αὐτὸν ἀγράμματον ὄντα καὶ ἰδιώτην, τῷ ἑαυτῶν φρονήματι συνεπαρῶναι, καὶ μηδ' ὧς πιστεύειν θεὸν ἐν οὐρανοῖς, ἀλλὰ τὸν ἄρχοντα τοῦ κόσμου τούτου, ὃς ἔστιν ὁ διάβολος.

Ὅμως ἀποχωρισθεὶς τοῦ τοιοῦτου κακοῦ συνοδίτου, καὶ ἐκ τῆς ἀποδημίας, ὡς εἶπον, τῶν Ἱεροσολύμων ἐπανελθὼν, ἐν τῷ εὐαγεῖ μοναστηρίῳ τῆς Περιδλέπτου εὔρον τὸν ταπεινὸν μου μαθητὴν ἀποπλανηθέντα. Περινοστοῦσι γὰρ οἱ τοιοῦτοι ἀσεβεῖς, διδάσκοντες πανταχοῦ ἐν τῇ πόλει, καὶ ἐν τοῖς ἔξω. Ὅ δὲ μαθητὴς μου εὐνοϊκῶς ὡσπερ διακείμενος πρὸς με, καὶ τὸ ἀγαθὸν διθεὶς ὑπερμεμάθηκεν εἰς ὠφέλειαν αὐτοῦ, ὡς ὑπελάμβανεν ὁ ἄθλιος, βουλούμενος καμὲ ὡς ἐξ ἀγάπης τοῦτο διδάξει, ἵνα μὴ ἄμοιρος καταληφθῶ τῆς πρὸς σωτηρίαν φερούσης ὁδοῦ, ὡς ὑπενόει, τὰ τῆς ἀσεβείας, χάριν ὠφελείας μου, βλάσφημα ῥήματα ἐπιμελῶς ἀνεδίδακτέ με ὅσα παρ' αὐτῶν μεμάθηκεν. Ἐγὼ δὲ τούτων ἀκούσας, καὶ τὴν πλάνην ἣν ὑπέστη συνείξ, διεγεγρημένον ἔχουν τὸν νοῦν εἰς ταῦτα ἐκ τῆς τοῦ κακοῦ συνοδίτου διαλέξεως, ἐν ὑποκρίσει τοὺς αὐτοῦ λόγους ὡσπερ ἀποδείξάμενος, καὶ χαριεντιζόμενον προσωπεῖον αὐτῷ ὑποδείξας, τοὺς διδασκάλους ἐκείνης παρεκάλουν αὐτὸν ἐπιμελῶς ὑποδείξαι μοι· ὡς κρείττονος ὠφε-

<sup>3</sup> Rcm. iv, 17. <sup>4</sup> I Cor. xv, 12. <sup>5</sup> Imo Philipp. iii, 10, 11. <sup>6</sup> I Th ss. iv. 14. <sup>7</sup> I Cor. xv, 29.



ἴσας λέγων περὶ αὐτῶν ἀμφοτέρω ἐπιτευξώμεθα ἄ αὐτὸν, qui nondum eam doctrinam perfecte et  
 ὁ γὰρ μήπω τὴν τοιαύτην διδασκαλίαν ἀκριβῶς ὁ ε-  
 γνωκῶτα, διδασκαλον ἔχειν ταύτης ἀδύνατον.

Καὶ ὁ εὐθὺς μηδὲν περὶ τούτου ἀναδελόμενος χαί-  
 ρων χαίροντας αὐτοὺς ὡς μέγα τι, καὶ θεῖον δώρημα  
 ἐμοὶ τούτους προσέφερεν ἐν τῇ τοιαύτῃ μονῇ τότε  
 αὐτοὺς ὑπάρχοντας. Ἐγὼ δὲ καὶ εἰς αὐτοὺς τὴν  
 ὑπόκρισιν μὴ παραιτησάμενος, πατέρας ἐκάλουν  
 καὶ σωτήρας τῶν ψυχῶν ἡμῶν καὶ διδασκάλους τοὺς  
 ἀσεβεῖς, καὶ ἀπατεῶνας. Ἄλλως γὰρ οὐκ εἶχον πῶς  
 διαγῶναι τὰ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν μυστήρια, Ἡμέ-  
 ρας δὲ τινὰς ἐν τῷ κελλή μου ἔχων αὐτοὺς διελε-  
 γόμεν. Ὁ δὲ πρῶτος αὐτῶν τὰ τοῦ Εὐαγγελίου  
 καὶ ἀποστόλου ῥητὰ πάντα ὁ πλάνος ἔφερεν ἐπὶ  
 στόματός. ἔτι δὲ καὶ τὰ τοῦ Θεολόγου, καὶ τοῦ  
 Χρυσοστόμου, καὶ ἀπὸ τῶν πατερικῶν λόγους ἁγίων  
 γερόντων, καὶ τοῦ Ψαλτῆρος, καὶ ἀπὸ πασῶν Γρα-  
 φῶν ἃς τινὰς θείας Γραφάς, μετὰ τὸ ἀποπλανῆσαι  
 αὐτοὺς, τινὰ καὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν ἀποστῆσαι  
 ὀρθοδόξου πίστεως, διδάσκουσι μὴ πιστεύειν καὶ  
 τιμῆν. Τὸν γὰρ ἅγιον Ἰωάννη τὸν Χρυσόστομον,  
 φησὶστομον ἀτιμάζουσιν οἱ παμμίαροι ὁμοίως  
 καὶ τοὺς λοιποὺς ἁγίους. Καὶ τι θαυμαστὸν, οἱ τὸν  
 Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν ἀθετοῦντες, καὶ ἀτιμάζοντες,  
 πῶς Γραφὰς ἁγίας, καὶ ἁγίους οὐκ ἀτιμάσουσι;  
 Καὶ μὴ θαυμάσετε, εἰ τὰς θείας Γραφὰς οἱ ἀσεβεῖς  
 ἐπὶ στόματος φέρουσιν ἄπὸ γὰρ συνεργίας Σατανι-  
 κῆς τοῦτο γίνεται, ὡς καὶ αὐτοὶ ὑστερον ὠμολόγη-  
 σαν. Καὶ γὰρ ἐν τῇ θεῖᾳ Γραφῇ πολλαχοῦ εὐρίσκο-  
 μεν ὅτι καὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὁ  
 Σατανᾶς πειράζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, γραφικῶς διελέ-  
 γετο ἄπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων, εἰς τὸ γερον-  
 τικὸν γράφει ἀπὸ τοῦ Ψαλτῆρος σχῆμα τοῦ μοναχοῦ  
 ὑποκριθῆναι, διελέγθη. Καὶ τοιαύτη ἐστὶν ἡ πα-  
 κυργία τοῦ διαβόλου, ἵνα διὰ διαφόρων Γραφῶν  
 δελεᾷ τινὰς τῶν τοῦ Θεοῦ δούλων. Ἄλλως γὰρ  
 ἀποπλανῆσαι τινὰς, εἰ μὴ ταῦτα προβάλλεται, οὐ  
 δύναται.

Τούτους γοῦν, οὓς εὗρον, τέσσαρας ἀσεβεῖς δι-  
 δικάλους ἐν τῇ προδηλωθείσῃ μονῇ τῆς Περιβλέ-  
 πτου φανερώσας, καὶ χωρισθέντας ἀπ' ἀλλήλων,  
 ἰδίᾳ ἕκαστον αὐτῶν φανερῶς ἡμῖν ἐξεπέειν κατη-  
 γάρκασα. Ὁ πρῶτος οὖν αὐτῶν ἐρωτηθεὶς πόθεν  
 τοῦτο ἦ τῶν Γραφῶν μάθησις, καὶ πῶς εἰς διδασκα-  
 λίαν προβάλλεται ἃ ὑστερον μὴ πιστεύειν προ-  
 τρέπεται τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἔφη ὅτι ἄλλως ἐξα-  
 πατῆται Χριστιανὸν οὐ δυνάμεθα, εἰ μὴ τὸ μοναχι-  
 κὸν σχῆμα ὑποκριθῶμεν, καὶ Χριστιανούς ἑαυτοὺς  
 ὀνομάσομεν, καὶ τὰ τῶν Χριστιανῶν πάντα ποιοῦντες  
 φαινόμεθα, καὶ τὰ τῆς θείας Γραφῆς εἰς διδασκα-  
 λίαν προθῶμεν. Ὅτι δὲ ἐπὶ στόματος τὰς Γραφὰς  
 φέρειν δυνάμεθα, ἐστὶ συνεργῶν ἡμῖν ὁ ἀποστόλων  
 εἰς τὰ αὐτοῦ κηρύγματα. Χριστὸν δὲ οἱ ἀσεβεῖς ὀνο-  
 μάσουσι τὸν ἄρχοντα τοῦ κόσμου, ὃς ἐστὶν ὁ Σατανᾶς,  
 καὶ τὴν τῶν ἁγίων δὲ Εὐαγγελίων δύναμιν, καὶ ὅσα  
 τῶν Ἐπιστολῶν εἰς αὐτὸν ἐπιγράφουσι, καθὼς καὶ  
 αὐτοὶ ὠμολόγησαν, καὶ ὁ ἀποπλανηθεὶς μαθητῆς μου

At ille confestim nihil super hoc immoratus,  
 gaudens, gaudentes illos, tanquam magnum quod-  
 dam et divinum donum mihi obtulit, atque hoc  
 ipsum monasterium incolentes. Ego vero etiam  
 erga illos eadem utensimulatione, Patres et sal-  
 vatores animarum nostrarum, et magistros, quos im-  
 pios, et deceptores agnoscebam, vocabam; aliter  
 enim quomodo impietatis eorum mysteria cognos-  
 cere possem, non habebam. Per aliquot autem dies  
 in cellula mea cum illis disserui. Eorum vero pri-  
 mus, Evangelii, et Apostoli verba omnia, necnon  
 Theologi, et Chrysostomi sententias ad seducendum  
 paratas habebat in ore, et ex libris etiam, qui  
 Patetricki dicuntur sermones sanctorum senum, et  
 Psalterii, omniumque Scripturarum textus recitabat,  
 quibus plane divinis Scripturis, postquam aliquem  
 ita deceperint, ut ab orthodoxa Christianorum  
 desciscat fide, nullam fidem, nullumque honorem  
 habendum esse docent. Sanctum enim Joannem  
 Chrysostomum, φησὶστομον seu inquinatum os  
 habentem irrisorie vocant scelestissimi, atque ita  
 cum cæteris sanctis agunt. Quid vero mirum? Quo-  
 modo enim qui Christum, et Deum nostrum flocci  
 faciunt, atque contemnunt, divinas Scripturas, et  
 sanctos non contemnent? Nec miremini, si divi-  
 nas Scripturas impii illi in ore gerant: hoc enim  
 ex diabolica cooperatione fit, ut et ipsi deinceps  
 fassi sunt. Etenim in divina Scriptura non semel  
 invenitur, quod Satanas in cremo tentans Domi-  
 num nostrum Jesum Christum scripturaliter cum  
 eo loquebatur, et in seniorum vitis scribitur, eum-  
 dem monachi habitum cum Psalterio simulatum cum  
 quibusdam ex sanctis Patribus disseruisse. Atque  
 hæc est plene diaboli calliditas, ut per diversas  
 Scripturas, tanquam escas, quosdam ex Dei servis  
 seducat, neminem enim, nisi hæc præferat, valet  
 decipere.

Cum itaque hos quatuor impios magistros, quos  
 in præfato monasterio Peribleptæ adveni, dete-  
 gissem, et alterum ab altero sejunxissem, ea quæ  
 eorum quisque sentiebat, seorsim, ac manifeste  
 mihi enuntiare coegi. Primus itaque illorum a me  
 interrogatus, unde tantam haberet Scripturarum  
 scientiam, et quomodo discenda proponeret, quæ  
 postea ejus discipulos, ne crederent, cohortabatur,  
 inquit: Quia aliter Christianum seducere non  
 possumus, nisi monasticum habitum simulemus,  
 et Christianos nosmetipsos nominemus, et omnia  
 quæ Christianorum sunt facere videamur, eaque qua  
 divinx Scripturæ continent ediscenda proponamus.  
 Quod autem in ore Scripturas ferre possimus, no-  
 bis auxiliatur, qui in sui præconium nos mittit.  
 Christum vero impii illi nominant principem mun-  
 di, qui est Satanas, et sanctorum Evangeliorum  
 potentiam, et quotquot in Epistolis leguntur in  
 illum referunt, quemadmodum et ipsi fassi sunt,

et deceptus discipulus mihi enuntiavit; et veros Christianos seipsos vocant.

Ego vero non audeo, fratres, hujuscemodi impiorum blasphemias, quas contra pretiosam et vivificam crucem, sanctasque, et venerabiles imagines, et contra ipsum Christum Deumque nostrum sceleste proferunt, litteris tradere, quas neque infideles Hebræi audent dicere, et tamen dolosi in medio nostrum ambulantes, et conversantes cum hypocrisi, omnia nobiscum sentire videntur. Ecclesias ædificant impii, sicut ipsi hæc omnia confessi sunt, non ex fide, sed ut eas illudant, et contaminent, cum in ipso altari obscenos actus, turpesque coitus facere non abhorreant. Pingunt item imagines, non ex fide, sed ut eas injuria afficiant et inquinent. Faciunt cruces, ut eas conculcent, et fœdent. Exsecrabiles eorum infantes in ecclesiis manifeste baptizant: domum autem reversi aqua conspurcata, et urinis eos lavant, et spongia detergunt, diabolicum super illos carmen recitantes, easque ex ablutione sordes in turpem fœdumque locum effundunt, a sancti baptismatis gratia ita eos alienare cogitantes. Ad immaculata et vivifica mysteria sumenda non jejuni accedunt: ac si eos latere contingat, vere scelesti sancta exspuunt, et conculcant, ea panem vinumque communem existimantes.

Nec fœdum hanc impietatem exsecrabilium magistrorum discipuli statim ac brevi queunt addiscere. Tironibus enim discipulis intensum jejunium, nec non ut per septem dies, et septem noctes preces fundant, ut unam tunicam gestent, et a sua sese uxore abstineant ex lege præscribunt. Ita Dei legem subvertentes impii, cum eos in horum præceptorum observantia diu perseverantes viderint, tunc et baptisma eis pollicentur, sancti nempe baptismatis abstersionem, et alienationem, et diabolici carminis recitationem, quæ omnia impii baptismum vocant. Verum ne tunc quidem scelesti, impietatis eorum mysteria prodere confidunt, sed ab iis certa juramenta diligenter requirunt, ne vulgo ea quæ ab ipsis didicerunt, manifestent: tunc vero multum caute unum aut alterum illis revelant. Cum eos viderint illud facile suscepisse, etiam alia eis dicunt et ita paulatim, et non nisi longo temporis cursu discipulos impietatum vix docent. Tunc demum eos educunt, ut diabolum tenebrarum principem sensibilibiter adorent, ex quo magistri, et non amplius discipuli miserissimi illi fiunt. Qui autem adorant diabolum, veluti per somnium terribiles rerum imagines vident. Sed et subscriptiones manu propria signatas requirunt magistri, quibus discipuli nunquam amplius ad Christianorum fidem se reverteruros polliceantur.

At vos, fratres, ne sitis contra tales impios tam bono affecti animo ut eis credatis, cum Patrem, Filium et Spiritum sanctum credere asseverant. Omnes enim hæreses hoc profitentur, et Pauliciani et reliqui omnes idem dicunt. At vero impii isti,

ἔξαιτέ μοι· καὶ ἀληθινούς Χριστιανούς αὐτοὶ ἐαυτοὺς ὀνομάζουσιν.

Ὁὐ τολμῶ δὲ, ἀδελφοί, τὰς τῶν τοιούτων ἀσεβῶν βλασφημίας, ἃς κατὰ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ τῶν ἁγίων, καὶ σεπτῶν εἰκόνων, καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν βλασφημοῦσιν, ἐγγράφως ἐκθέσθαι, ἃς οὐδὲ οἱ ἄπιστοι Ἑβραῖοι τολμῶσιν εἰπεῖν· ὁμοίως οἱ δόλιοι μέσον ἡμῶν περιπατοῦντες, καὶ συναναστρεφόμενοι ἐν ὑποκρίσει φαίνονται τὰ ἡμέτερα πάντα φρονοῦντες. Κτιζοῦσιν ἐκκλησίας· οἱ ἀσεβεῖς, καθὼς αὐτοὶ ταῦτα πάντα ὠμολόγησαν, οὐ πιστεῖ, ἀλλ' εἰς τὸ ἐμπαιζεῖν, καὶ μαινεῖν αὐτὰς, ἐν αὐτῷ τῷ θυσιαστηρίῳ τὰς μιὰς πρᾶξεις, καὶ μίξεις ἀισχρὰς ποιεῖν μὴ παραιτούμενοι. Ζωγραφοῦσιν εἰκόνας, οὐ πιστεῖ, ἀλλ' εἰς τὸ ὑβρίζεῖν, καὶ μαινεῖν αὐτὰς. Ποιοῦσι σταυροὺς εἰς τὸ καταπατεῖν, καὶ μαινεῖν αὐτούς· βαπτίζουσι τὰ ἄθεα αὐτῶν νῆπια ἐν ἐκκλησίαις φανερώς, οἷοι δὲ ἀπελθόντες ἀποσπογγίζουσιν αὐτὰ ἐξανάτριχα μετὰ μεμιασμένου ὕδατος, καὶ οὕρων, ὑπαναγινώσκοντες αὐτοῖς Σατανικὴν ἐπιπόδη, καὶ τὸ τοιοῦτον ἀπόλοιμα χέουσιν ἐν ἀισχρῷ τόπῳ καὶ μιαρῷ, ἀπαλλοτριούντες αὐτὰ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Κοινοῦσι τῶν ἀχράντων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων, οὐ νῆστες· εἰ δὲ καὶ λαθεῖν δυναθῶσι, πτύουσι τὰ ἅγια, καὶ καταπατοῦσιν οἱ πικρομίαροι, κοινὸν ἄρτον ταῦτα καὶ οἶνον ἵγούμενοι.

Καὶ οὐδὲ αὐτοὶ οἱ παρὰ τῶν ἀθέων μαθητευόμενοι δύνανται συντόμως ταύτην τὴν μιὰν ἐπαινοῦσαι ἀσέβειαν. Κανονίζουσι γὰρ τοὺς ἀρχιεροὺς αὐτῶν μαθητὰς ἐπιτεταμένην νηστείαν, καὶ εὐχὰς ἐπτάκις τῆς ἡμέρας, καὶ ἐπτάκις τῆς νυκτὸς, τὸ μονοχίτωνας εἶναι, ἀποχὴν παντελῆ τῆς ἰδίας γυναικὸς, ἐν τούτῳ οἱ ἀσεβεῖς τὸν τοῦ Θεοῦ ἀνατρέποντες νόμον. Καὶ ὅτε χρονοῖσαντας ἴδωσιν εἰς τὴν τοιαύτην ἐντολήν, τότε καὶ τὸ βάπτισμα ὑπισχοῦνται, τὴν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀποσπόγγισιν τε καὶ ἀλλοτριώσιν, καὶ τῆς Σατανικῆς ἐπιπόδης τὴν ἐπανάγνωσιν, ἃ τίνα οἱ ἀσεβεῖς· βάπτισμα ὀνομάζουσι. Καὶ οὐδ' οὕτως οἱ ἀσεβεῖς τὰ τῆς ἀσέβειας αὐτῶν θαρρόουσι μυστήρια, ἀλλ' ἀσφαλῶς καὶ ὄρκους αὐτοῦ ἀπαιτοῦσι, τοῦ μὴ θῆλα τοῖς πολλοῖς ποιῆσαι τὰ παρ' αὐτῶν διδασκόμενα· καὶ μόλις μετὰ σκέψεως θαρρόουσι αὐτοὶ ἐν καὶ μόνον. Καὶ ὅτε ἴδωσιν εὐκόλως παραδεχμένους τοῦτο αὐτοῦς, λέγουσι καὶ ἕτερα· καὶ οὕτως κατὰ μικρὸν διὰ χρόνου μόλις ἀποκαλύπτουσι τοῖς μαθηταῖς τὴν ἀσέβειαν. Καὶ λοιπὸν τότε φέρουσιν αὐτούς, καὶ προσκυνοῦσιν αἰσθητικῶς τὸν διάβολον, τὸν ἄρχοντα τοῦ σκότους, καὶ γίνονται διδάσκαλοι οἱ πανάθλιοι, καὶ οὐ μαθηταί. Βλέπουσι δὲ ὡς ἐξ ὕπνου φαντασίας φοβεράς οἱ προσκυνοῦντες αὐτὸν· ἀπαιτοῦνται δὲ καὶ ἰδιόχειρα τοῦ μηκέτι ἐπιστρέφειν εἰς τὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν.

Μὴ ἀπλῶς δὲ διακίεσθαι, ἀδελφοί, πρὸς τοὺς τοιούτους ἀσεβεῖς, πιστεύοντες αὐτοῦς λέγοντας Πατέρα, Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα πιστεύειν· πᾶσαι γὰρ αἱ αἰρέσεις τὸ αὐτὸ λέγουσι, καὶ Παυλικιανῶν, καὶ οἱ λοιποὶ· ὁμοίως οὗτοι οἱ ἀσεβεῖς, καὶ ἄθεοι

ἔχουσιν ἴδιαν Τριάδα, εἰς ἣν πιστεύουσι. Πατέρα γὰρ ἄκαλοῦσι τὸν ἄρχοντα τοῦ σκότους, τὸν διάβολον τὸν ἐκ τῶν οὐρανῶν πεσόντα, ὡς καὶ αὐτοὶ ὠμολόγησαν, καθὼς καὶ ὁ Χριστός· φησιν, ὅτι Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν τοῦ διαβόλου ἐστέ. Υἱὸν δὲ, τὸν υἱὸν τῆς ἀπωλείας, καὶ Πνεῦμα, τὸ πνεῦμα τῆς πονηρίας. Αὕτη ἐστὶν ἡ τριάς τῶν ἀσεβῶν, καὶ αὐτὴν ὁμολογοῦσι καὶ σέβονται. Χριστιανούς δὲ ἑαυτοὺς ἐπιφημίζουσι, οὐχ ὡς ἐκ τοῦ ἀληθινοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἀλλ' ἐκ τοῦ Ἀντιχρίστου. Περὶ δὲ τῆς ἀπωλείας τοῦ υἱοῦ, ὃν οἱ ἄθεοι καὶ ἀσεβεῖς ἀντὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ σέβονται, καὶ Χριστὸν ὀνομάζουσι, ὁ Ἀπόστολος πρὸς Θεσσαλονικεῖς ἐπιστέλλων, φησὶ· *Μὴ τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον, ὅτι ἂν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασις πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἀνομίας ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεόν, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ καθίσαι, καὶ τὰ λοιπά.*

Τὸ δὲ Πάτερ ἡμῶν, ὡς παρ' αὐτῶν ἐμάθομεν, σκοπῶ τοιοῦτω λέγουσι· πατέρα γὰρ ἑαυτῶν καλοῦσι τὸν διάβολον. Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ δὲ τοῦτον ἐπικαλοῦνται κατὰ δύο σκοποὺς, ἓνα μὲν, καθὼς γέγραπται ἐν τῷ Ἰώβ· *Καὶ ἐγένετο ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, καὶ ἦλθον οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ παρυστήναι τῷ Κυρίῳ, καὶ ὁ διάβολος ἐν μέσῳ αὐτῶν· καὶ εἶπε· ὁ Κύριος τῷ διαβόλῳ· Πόθεν σὺ ἔρχῃ; Εἶπε δὲ ὁ διάβολος· Ἐναντι Κυρίου, διαπορευθεὶς τὴν ὕψ' οὐρανῶν, καὶ ἐμπεριπατήσας τὴν γῆν, πάρεμι. Καθ' ἕτερον δὲ σκοπὸν τολμῶσιν οἱ πάσης ἀσεβείας καὶ βλασφημίας πεπληρωμένοι, λέγειν τὸν οὐρανὸν, τὴν γῆν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς τὸν διάβολον δημιουργῆσαι, καὶ οὐ τὸν Θεόν, καὶ ὅτι τὸν παράδεισον αὐτὸς ἐποίησε, καὶ τὸν ἄνθρωπον αὐτὸς ἔπλασε, καὶ οὐχ ὁ Θεός, δύο μόνον λέγοντες εἶναι ἐν τῷ κόσμῳ τοῦτω ἐκ τῆς δημιουργίας τοῦ ἐπουρανοῦ Θεοῦ, τὸν ἥλιον, καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου· καὶ ὅτι ὅκτω εἰσὶν οἱ οὐρανοὶ, ἑπτὰ μὲν, οὓς ἐποίησεν ὁ ἐπουράνος Θεός, καὶ καθέζεται ἐπάνω αὐτῶν· ὀγδοὸς δὲ ἐστὶν ὁ ὑπὸ κάτω πάντων, ὁ καὶ παρ' ἡμῶν ὁρώμενος, ὃν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐποίησεν.....*

<sup>1</sup> Joan. viii, 44. <sup>2</sup> II Thess. ii 3, 4, <sup>3</sup> Job ii 1 seqq

et execrabiles propriam quamdam Trinitatem habent, in quam credunt. Nam tenebrarum principem diabolum, qui e caelis decedit, vocant patrem, prout ipsi fassi sunt; quod recte convenit cum iis quæ Christus dixit: *Vos ex patre diabolo estis*<sup>1</sup>. Filium autem filium perditionis, et Spiritum spiritum iniquitatis appellant. Hæc est impiorum trinitas; hæc illi confitentur, et venerantur. Christiano<sup>5</sup> vero seipsos decantant, non tanquam ex vero Christo Deo nostro, sed tanquam ex Antichristo dimanantes. De filio autem perditionis, quem execrabiles, et impii pro Dei Filio venerantur et Christum nominant, ita loquitur Apostolus scribens ad Thessalonicenses: *Ne quis vos seducat ullo modo, quoniam nisi venerit discessio primum, et revelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui adversatur, et extollitur supra omne, quod dicitur Deus, ita ut in templo Dei sedeat*<sup>2</sup>; et reliqua.

Illud autem *Pater noster*, ut ab ipsis accepimus, hac mente dicunt. Patrem enim suum vocant diabolum, eumque duplici ex causa advocant de caelo: ac primum quidem secundum ea, quæ scripta sunt in Job: *Et factum est sicut dies hæc, et venerunt angeli Dei ut astarent Domino, et diabolus in medio ipsorum; et dixit Dominus diabolo: Unde venis? Dixit autem diabolus: In conspectu Domini postquam peragravi eam, quæ sub caelo, et perambulavi terram, adsum*<sup>3</sup>. Ex altera autem causa, eo quia audent isti omni impietate, et blasphemia pleni dicere caelum, et terram, et omnia, quæ in eis sunt, diabolum, et non Deum creasse, itemque paradisum eum fecisse, hominemque plasmasse, nam duo tantum esse in mundo dicunt, quæ ex supercaelestis Dei operatione prodierunt, solem nempe, et animam hominis. Octo etiam esse caelos quidem aiunt, septem quidem quos supercaelestis Deus fecit, et super illos sedet, octavum autem, qui sub omnibus est, et a nobis cernitur, quem mundi hujus princeps efformavit.

*Cætera desiderantur.*

---

NNO DOMINI MCXXX

# ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΙΣΣΗΣ

ΑΛΕΞΙΑΣ

## ANNÆ COMNENÆ

PORPHYROGENITÆ CÆSARISSÆ

### ALEXIAS

SIVE

DE REBUS AB ALEXIO IMPERATORE VEL EJUS TEMPORE GESTIS

### LIBRI QUINDECIM

EX BIBLIOTHECA BARBERINA PRIMUS EDIDIT, LATINA INTERPRETATIONE DONAVIT  
ET GLOSSARIO ILLUSTRAVIT

PETRUS POSSINUS

S. J. PRESBYTER.

*ACCESSERUNT CAROLI DUFRESNII DU CANGII NOTÆ HISTORICÆ  
ET PHILOLOGICÆ.*

Textui subjicitur lectionum varietas ex codice Coisluniano CCCXI, ipsius Annæ tempore, ut videtur, descripto.

AMPLISSIMO ILLUSTRISSIMOQUE VIRO DD. PETRO SEQUIERIO, FRANCIE CANCELLARIO.

Non eget apud te quidem interprete vetustas ulla, aut eruditarum litteræ gentium : tamen hæc Græcæ princeps facundiæ cujus arce dignum Opus e tenebris in lucem publicam nunc emergit, me interpretem apud te jubet esse, non orationis certe aut sermonis sui, ubi nihil eruditioni tuæ non pervium est, sed animi grati atque officii, quorum significationes nunquam satis magnas, satisque vel tuo merito, vel suæ voluntati respondentes edere se ulla putat posse, quantumvis accumulæ plurimas. Anna ea est Comnena, decima Musarum, et Pallas quædam Byzantinæ Græciæ, cujus Porphyrogenitæ licet ac primogenitæ moderantis orbem principis, si quis ingenii opes æstimet, Augustos natales, atque illam cunarum purpuram in minimis ornamentis numerabit. Hæc nullius eruditarum rudis artium, præsertim autem eloquentiæ consulta ; religionis quoque omnibus et humanitatis elimata officiis ; ac collectis iis cunctis una florens dotibus quæ omnibus absolvere numeris non regiam matronam quamlibet, sed eam possent quam sui ævi miraculum jure diceres ; contenderat omnes nervos in-

dustriæ in elucubratione operis ingentis, in quo decorum istorum omnium insignia specimina exstarent : Historiæ videlicet rerum longo patris sui principatu maximarum ac mire variarum terra marique tota fere Asia Europaque gestarum : quas accuratissima collectionis diligentia, nec minus scita descriptione ordinis, atque explicationis ornatu complexa, simul præclare a se consultum rebatur rationibus publicis tantæ utilitatis libro vulgando ; simul privatas spes famæ ac memoriæ perennis, quas isto pietatis eodem facultatisque suæ consignasset monumento, non male constitutas gratulabatur. Cæterum quam vere illud olim scriptum a quodam sit : *Quantumvis docta disertaque opera, blattis nihilo secius ac tineis epulas datura, nisi potentis et benigni genii efficaci providentia curentur* : non alio melius exemplo, quam hujus libri misera et lamentabili fortuna comprobatum est. Tam venusto is quidem elocutionis flore comptus ortu ipso primo prodiit, ut si fabellas et nugas meras ista elegantia garriret aniliter, ornatu solo dictionis honoratum inter scriptores Atticos primi subsellii eblanditurus sibi facile locum fuerit. Rursus tam grave tamque scitu necessarium, tali dispositionis arte, tantaque maturitate judicii argumentum explicat ac digerit, ut si loqueretur inquinatissime, tamen splendore sensuum illuviem verborum, et historiæ non alibi narratæ præstantia, labem barbaræ ac balbulientis orationis posset redimere. Postremo quod mulierem eademque in regno natam ac nutritam Operis spissi prolixique fuisse auctorem constat, res est profecto ejusmodi quæ scriptioni nec styli alioqui nec materiæ genere tolerabili, raritate ipsa et admirabilitate scriptricis regiæ pretium apud æquos aestimatores rerum abunde magnum conciliatura videretur ; ut non ferri solum et legi, sed celebrari etiam atque expeti jure deberet. Et tamen : o rem miramne magis dicam an miseram ! tamen ille tot nominibus ad famam atque ad celebritatem commendatus liber, spretus, abjectus. neglectu omnium obrutus annis quingentis in situ ac tenebris jacuit : ac cum olim tot aliæ nulla huic ex parte comparandæ Græcorum, ultimæ, mediæ, citimæ vetustatis lucubrationes, vel a Venetiensibus Aldi typis, vel a Basileensibus Frobenii, vel ab aliis alibi lucem acceperint ; et cum multi exstiterint utraque docti lingua homines qui Latine interpretandos e Græco libros ambitiose conquirerent, una ferme omnium Annæ Alexias fuit quam sua quædam incredibilis infelicitas prohibuerit, ne in ullum unquam Græcum typographum, in Latinum interpretem ullum incideret. Nam Hæschelianorum excerptorum Augustanæ emissionem illam nemo æquus opinor magis gratulandam Cæsariisæ putaverit quam puerperæ abortum passæ infelicem ejectionem fetus monstrose mutili et mortui. Fuit tamen cum respexisset Annam melior fortuna visa est. Jacobus Cujacius, vir longe omnium ingenio, juris scientia, linguarum notitia clarissimus, Alexiadis codicem nactus, legit, suspexit, prædicavit. Denique, quo nihil Annæ, nihil rei litterariæ consulere opportunius potuit, viro illam ornatissimo eruditissimoque commendavit Petro Fabro, a quo editionem cum interpretatione Latina conjunctam sperare ipsam oporteret. At, o fallacem reconciliatæ cum sorte adversa gratiæ fidem ! recruduit brevi atrocior quam antea fatorum in Annam rigor : nunquamque desperavimus de illa justius quam ubi proxime spem veneramus. Subtrahitur rebus humanis re infecta Faber. Exemplar unicum Alexiadis ex ejus scriniis clam aversum in nescio quod barathrum quasve latumias contruditur inexorabilis custodiæ : nisi potius (quod verisimiliter alii rentur) casu quodam infesto absumptum est funditus. Hic tua quædam, vir amplissime, rerum fato prudentia major et in rem litterariam nullis deterrenda difficultatibus, nullis coercenda finibus benignitas, velut e machina Deus, adfuit. Capessis hanc curam, adhibes animum, lustrari bibliothecas jubes, versas, inquiris, qua vales propter summam auctoritatem potestate longe, prope, in nostrate, in extero solo, moliris, indagas, retegis, satagis plurima. Postquam satis constitit nihil in Gallia, nihil in Germania, nihil uspiam Cisalpinarum gentium spei aut præsidii ad Annam esse, in Italiam transvolas, Romæ rem curas, accersitum inde codicem bibliothecæ Barberinæ non optimum aut integerrimum illum quidem, tamen ejusmodi quo interpres non hebes, nec plane imperitus consolari desiderium melioris posset, cum nonnulla fiducia operæ navandæ ; allatum, inquam, ad te Roma Lute-tiam ejusmodi codicem ad me Tolosam mittis. Affixis implicitisque tum eram curis toto, ut ita dicam, cælo diversis ; neque iis aut numero paucis, aut genere levibus. Hinc Marcus, Lucasque, Matthæo jam perfecto promissam reposcebant operam. Aliunde divinæ Litteræ professorem suum jure manu consertum tenebant ne ad humanæ historiæ interpretationem descenderem. Denique cepta varii generis complura clausulam colophonemque flagitabant. Quid ogerem ? tua Mercenas haud mollia jussa. Inducis utcumque impetratis ; et quasi ab

urgentioribus creditorum mora solutionis exorata, totum Annæ me tribui, totum impendi : et totum ita res poscebat ut nec lotus sufficerem. In scriptione passim incerta exemplaris tumultuaria collatione concinnati conjectura et suspicione utendum plurimum. Lacunæ divinationibus supplendæ. Cavendum ne longe ornatissima Comnenæ oratio nimis inæquali versioni Latinæ compararetur; non minori fastidio convitioque oculorum, quam si holosericus viva purpura lucens pannus sacco cilicino aut pullo centoni assueretur. Verendum ne (quod parum vitasse aliquos querela nultorum est) interpretationem Latinam facerem similem setacei cribelli, quod immissæ in cerniculo farinæ florem ipsum ac purum pollinem transmittit, furfures ac sordes meras retinet et exhibet. Ad hæc quoniam in Cæsariissæ familiam nomine atque auctoramento interpretis transcriberar; tenenda vis hujus officii, quod quæle sit, ex muniis ejusdem generis, principalium scribarum et palatinorum commentariensium potest intelligi. Iis reges reginæque uti solent ad scribendas quas quoquoversum missitant litteras, quarum sententiam ubi verbo aut nutu indicarunt, istorum jam negotium est, pro sua cujusque facultate, mentem subscripturi deinde principis, ex ejus dignitate rei que merito quam aptissime quamque disertissime disserere. Postremo conandum ut Græci quem exprimentum susceperam archetypi non superficiariam solam formam aut extima duntaxat lineamenta (qualia viventium in mortuo restant cadavere) stylo utcunque assimilata redderem : verum illum insuper vigentem ac vegetantem intus, subindeque vivis ex arcano evibrationibus micantem Latinæ quoque expositioni penitus inderem atque ihalarem, si possem, spiritum, velut ignem, aiunt, ætherea subductum domo luteo Prometheus operi miscuit, nihil alioqui supra massam vilem madefacti pulveris futuro. His ego tot cautionibus, tot circumspeditionibus, ac destinationibus tam variis præmunitam, imo defixe intentam, atque anxie sollicitam mentem habui tota in functione demandati hujus a te mihi muneris iuculentissimæ historiæ Latinis edendæ litteris. Quamquam meæ me imbecillitatis conscientia nimium timere cogit, non modo ne quod sequebar non assecutus sim, verum etiam ne in alias diversi generis reprehensiones incurrerim. Scio nimirum scio, hæc de qua dixi, quam profiteor, libere politeque interpretandi secta et ratio, cui quantæquam offensioni exposita sit tristium censurarum. Sunt qui nares corrugent, qui superciliose renuant quoties occurrit Latina oratio super Græcæ modum; quoties vicissim fluentem velut sinum Asiatici Syrmatis Romanæ munditiæ brevior succinctum nodo cogunt. Quis omnes enumeret delicias fastidorum, quarum in censum veniunt oscitationes male feriatorum supina interdum et semisomni lectione nihil nisi ansas vellicandi captantium. *Hic enimvero*, aiunt, *Graia acumen argutiæ pinguem interpretem haud pupugit*. Alias subsannant : *Huius quam patulum circa orbem errat ! est ubi flagitium !* increpent, *quod judicio ipsorum strangulentur auctoris sensa, quod mutantur aurea plumbeis*. *Quod stricti sales intemperanti Latinæ copiae superfusione liquefiant*. Denique interim hilem erumpunt indignantes : *Exurdato barbarie palato non sapuisse salivam Atticam*. Hæc et ejus generis cætera præterque longum, etiam nec mihi promptum, et alioqui exitu anceps fuerit velle purgando ac pro me dicendo referre. Nunquam equidem soleo mihi nimis tribuere. Quin adeo plerumque ipse mihi parum æquus sum; quippe ingenii ac facultatis quanta sit tenuitas conscius animus, judicia reprehendentium vel excipit assensu facili, vel ultrò consciscenda censura præoccupat. Nunc vero etiam plusquam alias male metuo, ne alibi vis, alibi ars, alibi felicitas satagenti licet mihi frustra que molienti defuerit. Quamobrem singula objecta si persequar, quædam forte sint quibus diluendis nec coronæ, nec iudicibus satisfaciam, nonnulla etiam in quibus accusatori reus sponte confitens palam dem manus. Innocentiæ meæ tamen et fidei hoc in negotio optimæ non a criminationibus magis alienis quam ab ipsius mei morositate iudicii periclitantis, ne penitus causam deseram, profitendum hic est, me nutu ac jussu tuo suscepta provincia quam minime male defungi studuisse, in eo nec tempori nec labori, nec contentioni pepercisse unquam. Successus quis tandem conatui responderit, ut producendæ nequidquam multis clepsydris apologiæ compendium uno verbo faciam, tui, vir maxime, iudicii, tui arbitrii res esto. Nemo erit omnium (sat scio) tam pervicax qui si minus propter amplissimum magistratum, quo juris et æqui moderamen tibi summum attributum est, certe propter notissimam omnibus, et ultra etiam quam imperii fines Gallici pertinent, celebrem ac venerabilem æquitatem, doctrina varia omnisque generis sapientia conjunctam, non tuæ standum definitioni putet : me quidem ipso, quocumque alea verterit, adeo nihil contra excepturo vel provocaturo, ut subscriptorem astipulatoremque cujuscunque sensus tui jam

Hinc vitro pollicear. Te fere in scribendo spectabam unice, tibi me fingebam paralamque : tibi si placui, abunde mercedis est. Nam præterquam quod laudis publicæ præjudicium, favor tantæ auctoritatis certum habet: vel si probares solus damnantibus cunctis ad famæ rationem fructumque animi, unus mihi tu instar millium, instar omnium merito fores. Sin vero reprehendis, non continuo lusisse me operam aut plane votis excidisse judicabo. Abirretorta mentis vi, ab aquilina intelligentiæ illa tuæ acie, cui fucum nullus color facere, nulla se probare mendax gratia, nulla placere nisi viva nativaque pulchritudo potest, ad indulgentissimam clementiam benignissimæ humanissimæque voluntatis me recipiam; ibique asylo tutus certissimo spem in sinu dulcem alam, fore ut venia consoleris quod remunerari laude minus potes; et trans vitia inerudite manus, benevoli pectoris officio agnito nec spreto, quodcumque hoc est quamvis illepidi munusculi, monumentum æternum esse patiaris ejus observantæ ac veneratio nis qua te summa verissimaque prosequitur,

ILLUSTRISS. AMPLITUDINI TUÆ

Deditissimus PÆTRUS POSSINUS, e Societate Jesu.

*Scribendam Tolosæ III Kalend. Quintiles anno CIOIOXLIX.*

## LECTORI.

*Nec miror nec æmulor mature disertos illos qui libros in librorum principiis faciunt, et inexhausta loquacitate Proæmiorum sedulo id agunt, ut oculi legenti doleant priusquam is primum Operis versum viderit. Ego tibi, Lector, quominus statim fruaris tamdu optato Byzantinæ Cæsariissæ colloquio, moram unam objicio (nam Glossarium Annæum transvoles licet : non enim ante omnia perlegendum; sed in tempore consulendum seponitur) moram, inquam, necessariam interpono unicam, Præfatiunculæ paucis complexuræ; quo casu, quove statu Alexias Annæ Comnenæ meas in manus venerit; qua spe quave conditione in tuas transeat.*

*Jam tum ab adolescentia, quam mihi transigere Tolosæ contigit, ingenti desiderio flagravi Alexiadis Annæ Comnenæ explicandæ Latinis litteris, et luce publica donandæ. Alebat id votum lactabatque blanda spe sedes illa ipsa studiorum: quod in qua vivebam litterisque operabar civitas unicum ejus operis antiquissimum et integerrimum exemplar habere dicebatur. Egi ergo, sategi, per me, per amicos movi multa, quo istius mihi copia feret codicis. A nobilissima clarissimaque Fabrorum Saniorianorum familia in Musæum τοῦ μακαρίου eruditissimi Petri Fabri humanissime admissus, versatis illic otiosissime curiosissimeque cunctis multum frustra bibi pulverem. Indagavi etiam omnibusque vestigiis odoratus sum ecquam in urbis aliam rara et peregrina hæc avis evolasset domum. Non plus profeci quam Cadmus cum Europam quæreret. Atque hic prædicandæ locus est officiosissimæ benignitatis illustrissimi D. Caroli de Montchal archiepiscopi Tolosani, qui pro cætera humanitate qua studia semper mea prosecutus est, tunc etiam non indignum celsitudine sua credidit in istam mecum curam descendere; et auctoritatis interpositione suæ tantæ hujus effectum voti mihi conficere conari. Elusit tamen indagaciones, petitiones, machinationes omnes vel nescio quis casus alius, vel obstinatissima iniquitas eorum qui captivam illustrem æternis detinere tenebris cum incommodo et gemitu orbis totius deliberatissimum habent. Multi deinde anni mihi alia cogitanti omnia et Alexiados jam plane oblito fluxerant, cum vir honoris causa nominandus Petrus Seguerius cancellarius Franciæ, qui amplissimæ dignitati parem religionis, justitiæ, virtutisque omnis, tum vero etiam eloquentiæ et eruditionis excellentiam adjunxit, animadvertens a collectione Historiæ Byzantinæ quam typis edi regiis jusserat, Alexiadem Annæ Comnenæ non tolerabilius abesse posse quam ver ab anno, egit Romæ per litteras et certos homines cum eminentissimo cardinali Francisco Barberino, principe juvenandis litteris nato, ut si quem locupletissima sua librorum veterum et rarissimorum penu Annæ Comnenæ codicem haberet, ejus copiam ad editionem prelis regiis ne commodare gravaretur. Misit is statim librum in charta scriptum non antiqua*

manu, nec integrum : sed Lucae Holstenii viri doctissimi, Barberinæ bibliothecæ curatoris diligentia solers fecerat, ut usui esse pene pro integro posset. Is codicem hunc multis locis mutilum cum alio pervetusto in membranis, imperfecto et ipso lacunisque deformato, quem ante hos paucos menses in bibliotheca Medicea Florentiis vidi, accuratissime contulerat : ac quia non fere iisdem locis ambo exempla deficiebant, unius hiatibus ex altero explendis, non exiguo nec parum nobis prædicando labore suo proxime integritatem perduxerat Barberinum codicem ; quem illustrissimus cancellarius ad se Roma perlutum, cui vertendum Latine traderet, non diu quæsiit. Magnarum est et regendis terris a cælo paratarum mentium, nihil quamvis obscurum atque humile nescire. Igitur mei quoque nominis quadam usque ad istum apicem forte appulsa mentione ; cum præterea memoraretur me operam olim aliquam in querendo posuisse Tolosano Fabri codice ; voluntatemque ostendisse Alexiadis interpretandæ, negotium statim datum est honesto in primis viro Sebastiano Cramoisy officinis typographiæ regiæ præfecto, mittendi quamprimum ad me recens allati Roma codicis ; quod ille summa, mora nulla præstitit, adjunctis litteris quibus significabat, gratum me, amplissimo cancellario facturum, si, quod primum suppeleret otium, in versionem Alexiadis conferrem. Eram ego tum haud parum diversis sacrarum Litterarum studiis immer-sus : primusque illic ac juvenilis ardor operæ navandæ in Græcis interpretandis, et tempore ipso consenuerat, et experientia molestiæ nequaquam pari fructu compensatæ quæ pertrioso isti negotio inest, refrixerat sane plurimum. Tamen reverentia venerandi nominis instinctus, sublatis repente ac sepositis quæ in manibus erant cunctis, totus ad exhauriendum tantæ auctoritatis mandatum incubui. Ac principio sic constitueram : duo esse præcipua in quibus elaborare me oporteret. Nam et faciendum esse, ut Græcum exemplar quam emendatissimum exiret, tum adnitendum postea, ut quæ ex eo exprimeretur Latina versio, veram auctoris sententiam rectissime assequeretur, planissimeque redderet. Quarum rerum cum is ordo comparatus natura sit, ut illam huic præverit sit opus, appellenti mihi ad priorem animum, experientique operam, gravis ecce primo difficultatis oborta species, paulo etiam post desperationem injecit cepti perpetrandi. Codex qui ad manum erat unicus tumultuarie, ut dixi, ex duobus mutilis congestus consutusque passim incertæ, palamque interim mendosæ lectionis vocibus scatebat ; lacunis ad hæc habat toto sparsis operis corpore, cujus caput ipsum, hoc est elegantissima et libro dignissima Præfatio Annæ desiderabatur tota ; quam ex Augustanis Excerptis, prout licuit, suppleximus. Clausula perro Historiæ, postrema scilicet quinti decimi pars libri, creberrimis fatiscens rimis, pertusi passim vetusta carie centonis, aut collabascantis ruinosæque maceriæ speciem habet. Quid hic auderem sperareme ? Aggrederer ad emendationem archetypi contextus ? quam non nisi conjecturis et divinationibus, tam multæ contentionis, quam nullius auctoritatis, in exemplarium defectu meliorum, repræsentare me putarem posse ? An desponderem continuo animum, editionisque consilium abjicerem ? ac cum Davidi Hæschelio sua viros apud doctos gratia constiterit, quod is non dubitasset mendosa incredibiliter et lacera Historiæ Annæ fragmenta, pauca, temere coacervata, præfixo Alexiadis titulo edere ; ego totos quindecim ejus operis libros nactus, propter nescio quos nævos magis interpellaturos in lectore sensum elegantiam, quam rerum cognitioni gestarum, aut Historiæ integritati subtracturos quidquam, publicis invidendos desideris et æternarum rursus addicendos tenebrarum ergastulo censerem ? Neutrum opinor quisquam æquus eruditusve suasisset ; ne probasset quidem. Illa igitur mihi sententia necessario reliqua facta est, qua decernerem contextum quidem Græcum plane intactum relinquere, ne manifestis quidem sollicitandis mendis, quandiu veræ lectionis fundum non haberem majoris antiquitatis et auctoritatis codicem. Totam vero industriam in elaboratione Latine versionis expromere, qua judicio, si quod esset, ac diligentia in subsidiarum deficientium locum subrogandis, explendis hiatibus, corrigendis ex conjectura vitiosis locis, modis denique omnibus assequi conarer, ut nitor primigenius Operi pulcherrimo, quoad per quinque sæculorum squalorem, et exitiabiles infestissimorum omnium generis casuum injurias liceret, hodierna editione redderetur. En quid volucrim, quo studium et conatum intenderim. Nam reipsa quid perfecerim, non meæ professionis, tuæ, lector, sententiæ definitio est. Cujus ut non oblandiri gratia favorem, ita nec deprecari abjecta demissione severitatem : multo autem minus contumaci pervicacia refragari censuræ relin. Utere ut libet jure atque arbitrio quod tibi ego, vel si non per se suppeleret, ultro largirer, probandi reprehendendique quod dignum duxeris. Paratum ecce me in utrumvis habes, et quocumque alea verterit, proviso re-



*ceptu quieturum. Gratificari publico volui, servire amicis, obsequi viris magnis : voluntate ac fide optima in negotio veratus sum. Sic semper, utcumque alia ceciderint, conscientiam sustentabit fructus. Peto tamen, id quod æquitatis est tuæ, ne præcipites atrum calculum ad quamvis se primum offerentem speciem culpæ. Fere non primas, ac ne secundas quidem sæpe, quas vulgo laudant, cogitationes chartæ illevis; at nonnunquam quartas quintasve. Fieri potest ut quod tibi primum advertenti animum in mentem venerit, ne me quidem ipsum fugerit: cæterum ego illud alteri nondum tibi animadverso posthabuerim; te paria facturo si tibi esses, probaturo quin etiam ubi cognoveris. Cognoscere autem poteris quadam quidem e Glossario, longe plura e Notis; quorum illud nunc damus; hos retinere adhuc cogimur, paulo post cum tibi grato publiceque utili auctario reddendas. Quando nimirum Annæ nostræ, quam modo solam emittimus sua unius ornatam majestate, comitatum addemus proprium, justo brevi edendo volumine, quo Cæsariissæ primum vita ipsius e veteribus collecta monumentis exhibebitur. Alexii deinde Augusti Panegyricus, ipsi coram a Theophylacto dictus, Alexiadis totius elegans compendium, addetur. Subjicietur Abacus chronologicus certo digerens ordine res omnes quindecim Alexiados libris expositas. Postremo iidem ipsi libri quindecim, partim universi recensebuntur ope codicis optimi, cujus recentissime nobis inopinata ostentata spes est: partim in locis obscurioribus, collatione aliorum scriptorum, et cætera ejus generis accuratatione, pro captus ac tenuitatis nostræ modulo illustrabuntur.*

#### VIRIS NOBILIBUS ET ILLUSTRIBUS

MARCO VELSERO, sacræ Cæs. M. a Consiliis, JOANNI JACOBO REMBOLDO, Aug. Vindel. Duumviris Præfect., Septemvirumque Collegio, Dominis ac Patronis pl. observandis S. P.

Quod Democritus Abderites optandum censuit, eæ ut imagines hominum sive oculis sive animis obversarentur, quæ virtutis et commodi potius alicujus, quam vitii atque incommodi administræ ipsis essent, in eo ridiculum et superstitiosum illum fuisse, non injuria dicas. Ad vitæ enim rationem quamcunque laudabiliter ineundam, nihil nobis opus est τῆ κατ' εὐδαιμον φαντασίᾳ Democritica, cum exempla ante oculos viva quotidie versentur, ex jucundissima etiam historiarum lectione quam plurima peti possint: unde quid decorum, quid indecorum, quid honori atque emolumento, quid ignominie ac detrimento futurum, perspiciatur.

Φεῦ, φεῦ, τί τοῦτου χάρις μείζον ἀν λάθῃς;  
Πρὸς ἐπινόρθωσιν ἡθῶν ἐνεργότερον;

ut philosophus Chæronensis pulchre asseverat. Ne abeamus longius, vel in his Alexiados VIII libris, modo in lucem quos edimus, quot occurrunt virtutis, quot vitiorum exempla! Hos autem, viri nobilissimi, A. V. cur dedicem, satis causæ vel hoc esse arbitror, quod ab annis quinquaginta illorum editio aliunde expectata fuit frustra, a doctis non semel expetita: nunc e vestra bibliotheca eruti illi, juris publici fiunt. In quibus partim menda librarii tollendo, partim lacunas explendo, nonnusquam etiam notis quædam illustrando, quantum ingenii tenuitas est passa, temporisque angustia, si quod opere pretium candide judicaturis videbor fecisse, laboris non absque magni viri auctoritate suscepti minus me pœnitebit; et ad alios scriptores vel integrius atque emendatius, vel etiam novos ex eadem vestra illust. bibl. publicandos facilius invitabor. Deus Opt. M. A. V. cujus auspicio et liberalitate laboribus id genus vacare possum, florentem atque includem quam diutissime conservet.

Augustæ Vind. pridie Non. Septembr.

A. S. N. MDCX.

A. V. O.

DAVID HOESCHELIUS. A.

## AD LECTOREM.

*Ex quindecim Annæ Comnenæ Porphyrogenetæ Alexiadis libris, quos illustrium bibliothecarum Catalogi dudum jactant, octo hic damus perpetuo fere lacunatos : quot et quales nimirum ex Augustano autographo repræsentare licuit. Satius enim visum rem litterariam nobis hunc semissem nunc quidem debere, quam toto æternum carere. Integriorum et meliorum exemplarium domini, utinam invidiam non ferant, et luminibus nostris quamprimum obstruant. Præstantissimum Fabrum Regium Tolosæ senatorem nominatim appellamus, apud quem magni Cujacii codicem exstare aiunt.*

*Porro Annæ fidei periculum in me non recipio. Memini apud Vopiscum legere, neminem scriptorum, quantum ad historiam pertinet, non aliquid esse mentitum ; cum contentionibus incaluere animi, difficile veritatem recto oculo tuentur, et vix est quin aliquid patriæ et propinquis, inter quos pater primo loco, concedant, si præsertim feminæ manus calamum ducat. Hic est sædissimorum conviciorum fons, quibus Anna interdum muliebriter in Latinos, pontificem aliosque principes indulget. Cordatus lector historiam suis momentis, non auctorum affectibus ponderet : Tacitum et Suetonium adversus Christum et Christianos injurias manibus tamen excuti non patimur. Quo ordine apud posteriores Græcos Romani omnes, scimus ; Anna præterea proprias se odii causas habere existimabat, quod Gregorius pontifex acerrimum Alexii hostem Robertum Guiscardum, patrem Boemundi, quem illa etiam mirifice insectatur et exagitat, in amicitiam receperat. Bertoldus Constantiensis, anno 1084, hæc habet : His temporibus Constantinopolitanus maximam pecuniam Heinrico quondam regi transmisit, ut Ruodbertum Wiscardum, ducem Calabriæ et Apuliæ, conjuratum militem domini papæ, in ultionem ejusdem regis bello appeteret. Nam Ruodbertus jamdudum fines Constantinopolitanorum invasit, iterumque illius expeditionem movere disposuit : sed Henricus acceptam pecuniam, non in prociectum contra Ruodbertum, quod juramento promisit, sed ad conciliandum sibi vulgus Romanorum impendit. Cum Urbano deinde pontifice Alexius in gratiam rediit anno 1089, ut idem Bertoldus habet. Dominus papa Constantinopolitanum ab excommunicatione per legatos suos absolvit : Quin ex Casinensi Chron. iv, c. 48, colligimus, eum postmodum Occidentis imperium a Paschali pont. sperare ausum. Alexius imperator strenuissimos ex suo imperio viros Romam cum suis litteris misit, quibus se injuriam ab imperatore illatam pontifici atque Romanis, dolenter audisse significans, agebat postmodum gratias, eosque laudabat quod viriliter illi obstitissent. Atque ob id, si illorum animos paratos promptosque sensisset (ut sibi jamdudum nuntiatio fuerat) velle vel se, vel Joannem suum, juxta morem præcorum fidelium imperatorum, a summo pontifice Romæ coronam imperii sumere. Verum eo redeamus ; ut Annæ fidem in iis quæ contra nostros scripta reliquit, præstare non lubet, ita et eorum quæ nostri adversus Alexium pleno horreo remensi sunt, auctoritatem defugimus : nam largiter hanc Comnenæ retulere gratiam, quod sequentia aliquot loca docebunt ; longum visum omnia exscribere.*

## LATINORUM ALIQUOT

## DE ALEXIO COMNENO TESTIMONIA.

*Guilielmus Tyrius De bello sacro lib. II, cap. 5 Præerat autem per id tempus Græcorum imperio vir nequam et subdolos, Alexius nomine, cognomine Comutio (Comnenus) dictus. Qui cum esset in imperiali palatio a domino Nicephoro, cognomento Bothomath (Botaniate) qui tunc in sceptris agens principabatur, plurimum honoratus, et megadomestici dignitate (quem nos majorem senescallum appellare consuevimus) fungeretur officio, ab imperatore*

secundus, contra dominum et benefactorem suum malitiose recalcitrans, quinto vel sexto anno antequam populus noster accederet, depulso domino imperium invaserat, et retinere præsumebat quod violenter occupaverat. — CAP. 10. Dum vero hæc in castris aguntur, ecce domino Boamundi nuntius præsens ante ducem astiit, prædicti principis litteras deferens in hæc verba : Noveris, virorum optime, quod tibi contra feram pessimam et cum homine nequam (*Alexio*) incumbit negotium : cujus propositum est semper fallere, et omnem Latinorum nationem usque ad mortem modis omnibus persequi : et quod de eo recte sentiam, tuo aliquando approbabitur iudicio, novi enim Græcorum malitiam, et odium adversus Latinorum nomen pertinax et obstinatum. — CAP. 13. Verumtamen sicut vir erat (*Alexius*) subdolosus, potens simulare et dissimulare propositum, missis quibusdam nobilibus ex suis domesticis ad eundem virum egregium, verbis pacificis ei locutus est in dolo, tentans si quoquo modo eum posset decipere. — CAP. 14. Hic demum plenius innotuit, quod quidquid eis imperator (*Alexius*) loquebatur, fraus erat et circumventio. — CAP. 19. Quodque principibus liberaliter contulerat (*Alexius*) nec liberalitatis erat nec gratiæ, sed timoris desperati, et fraudulentæ versutiæ. Nostris autem in simplicitate spiritus et sincera fide incedentibus, vix persuaderi poterat Græcorum malitia, et nequam illorum principis fraus et circumventio pertinax, maxime cum erga eos tanta liberalitate et simulata gratia redundaret. CAP. 20. Sicque quotidie magis et magis Græcorum dolus, et fraus imperatoris (*Alexii*) delegebatur, ita ut jam nemo esset de principibus cui non esset manifestum, et luce meridiana clarius, quanto odio prosequeretur populum nostrum, et omne genus Latinorum haberet invisum. — CAP. 21. Quidquid autem loquebatur (*Alexius*) dolus erat et circumventio. — LIB. VII, CAP. 20. Fraudes enim imperatoris (*Alexii*) et ejus versutia, quas sæpius experti fuerunt, declinare iudicabant commodius, ne ejus labyrinthis et ambagibus iterum se involverent a quibus non satis facile postmodum possent expediri. — LIB. X, CAP. 12. At vero idem (*Alexius*) imperator, vetusto Græcorum more nostrorum successibus invidens, quamvis eos, ut prædiximus, apud se satis benigne habuisset, occulte inde per internuntios frequentes in eorum perniciem hostes sollicitabat, et ab eorum adventu crebris epistolis et nuntiorum discursibus reddebat instructiores, eos præmonens, ne tantum populum suo periculo libere transire patiantur. Vicem scorpionis agens, qui cum non sit in facie quod formides, prudenter feceris si caudæ posterioris declinare poteris maleficium. — LIB. XII, CAP. 5. Per idem tempus (anno 1118) Constantinopolitanus imperator Alexius Latinorum maximus persecutor, rebus humanis exemptus est.

*Robertus monachus, De Christianorum principum profectioe in Syriam, lib. II.* Subdolos itaque imperator (*Alexius*) videns crescere castra Dei, et de die in diem augmentari, inops animi, expertus sensus, pauper consilii, ira vehementi cœpit anxari. Mens enim fraude plena semper anxatur et est sollicita, et quod machinatur alteri pertimescit sibi semper machinari. In mente imperatoris semper mansit fraudulenta fictio. Quidquid juravit totum exinanivit, quia perjurii noxam incurrere maluit, quam gentem Francorum a suis finibus non elongari.

*Conradus abbas Urspergensis Chron. anno 1101.* Ecce subito murmur exoritur, invisum imperatorem (*Alexium*) Turcorum potius quam Christianorum parti favere, exploratisque quæ circa nos erant, frequentibus illos contra nos nuntiis animare. Hic est, inquiunt, perfidus ille Alexius, qui domino suo Nicephoro, per quorundam Alamannorum conductitiorum auxilium depulso, imperium ejus usurpavit, ipsosque sui sceleris cooperatores, exilio damnatos necari fecit : nunquam se tanti dixit facere Francos cum Turcis præliantes, quanti canes se invicem mordentes. Cum autem navigia quisquam conducere tentaret, audivit Cæsarem insidias peregrinis etiam in mari posuisse, multasque dudum eodem facinore naves eum submersisse. Quapropter omnes eum maledicebant et anathematizabant, omnes illum linguæ non imperatorem, sed traditorem appellabant. ANNO 1106, invidus et occultus eam Ecclesiæ persecutor Alexius, diu tectam suæ perfidiæ toxicatam rabiem evaginat : Turcis, quibus jam nulla vel rara in Oriente regnandi spes remanserat, se tutissime conciliat, et o turpissimum facinus! Nicæam, quam olim fidei nostræ turrim, dudumque multo Christianorum sanguine comparatam præscripsimus, Solimanni tyranni filiis reddidit : custodias ad prohibendum transitum peregrinis terra marique constituit. Cujus classes contra Antiochenos directas, ipsi bello ceperunt, et in confusionem Alexii, nasis atque pollicibus omnibus

abscissis, unam de scaphis inde onerantes, hujusmodi pulmentum eidem reo millorum millium homicidæ, transmiserunt. — *Albertus Stadensis eadem fere ad verbum habet.* — *Otto Frisingensis, Chronic. lib. vii, cap. 10.* Alexius imperator perfidissimus, jamdiu conceptam corde malitiam celare amplius non valens, cum Turcis, qui jam pene desperati erant, turpissime fœderatur, eisque Nicæam, multo nostrorum sanguine acquisitam, impiissime tradidit.

*Gotfridus Viterbiensis, Chronic. parte XVIII.* Constantinopolim pervenerunt, ubi multum dolum et impedimentum a rege Alexio perpessi. Tunc Alexius rex Constantinopolitanus, christianæ prosperitatis adversarius, Turcos in desperationem jam positos, in amicitiam suam confœderavit, eisque turrim Nicæam, Christianorum sanguine acquisitam, concessit. — *Matthæus Paris in Historia majori, anno 1096.* Alexius autem imperator Græcorum, vir nequam et subdolos, cum esset in palatio Nicephori decessoris sui summus, et princeps militiæ, contra dominum suum malitiose recalcitrans, quinto vel sexto ante hanc expeditionem anno, domino depulso imperium invaserat, et invasum nequiter detinebat. Hic semper propositum habens fallendi, sæpe cum peregrinis verba pacifica loquebatur in dolo, suspectam jugiter habens multitudinem cruce signatorum, et militiæ probitatem. Unde si quandoque nocere cessavit, non hoc virtutis exstitit, sed timoris. — ANNO 1108. Tunc imperator Alexius, et proditor nequissimus, nostrorum invidens successibus, Turcis infidelibus, per quorum terras peregrini transituri erant, crebras transmisit epistolas, exhortans attentius, ne tantum Christianorum populum libere transire in suam perniciem paterentur.

*Matthæi Westmonasteriensis, Flores histor. anno 1095.* Alexius tunc temporis Græcis imperabat, vir quidem subdolos, et nostratibus semper parans cum insidiis nocumentum.

*Atque hæc de Alexii moribus vulgo apud Latinos opinio obtinuit : unus quem ego legerim Albertus canonicus Aquensis, a Reineccio titulo chronici Hierosolymitani, sine auctoris nomine editus, commodius de illo non uno loco sensit. Sic ut alicubi ejus apolegetem fere ex professo egerit, LIB. VIII, CAP. 46.* Fecit enim fama in populo catholico, quod ipsius imperatoris (Alexii) occultis et perfidis consiliis, a comite Reymundo et militibus Turcopolis, deductus sit exercitus Longobardorum per deserta et in via et solitudines Flaganiæ, ut illic a Turcis facile præ fame et siti exhaustus, superatus occideretur. Verum ut a veridicis et nobilibus viris relatum est, nequaquam hoc nefando scelere culpandus erat. Nam sæpius exercitum præmonuit, et edocuit solitudines et defectiones, et Turcorum insidias in inviis Flaganiæ, et ideo eos non secure et tutos per hanc viam posse incedere. — CAP. 47. Imperator (Alexius) universam petitionem regis, cum muneribus sibi præsentatis, in bono accepit, et de omni suspicione necis Longobardorum, quam adversus eum Christiani habebant, jusjurandum in Dei nomine faciens, se excusavit, promittens se deinde omnibus misericordem fieri, regem Baldewinum se velle honorare et amare. In eadem legatione ab imperatore decretum est, ut episcopus de Barcinona eum apud Romanum pont. Paschalem de traditione sibi imposita excusaret. *Sed prævaluisse suspiciones, ex sequentibus apparet.* — CAP. 48. Engelradus autem miles quidam in Jerusalem repertus, muneribus magnis ab imperatore honoratus, bona nuntia reportavit, et amicitiam et fidem regi Baldewino imperatorem velle observare, et peregrinos non ultra offendere. Sed episcopus aliquantulum renisus est imperatori, propter infidelitatem erga Gallos, quam ab eo extorsit. Quapropter in amaritudine animi Romam tendens, ipsum imperatorem criminatus est in ecclesia Beneventana, et ideo assumptis litteris ipsius apostolici, querimonia gravis apud omnes principes Galliæ super ipso imperatore facta est.

## ELOGIUM ANNÆ COMNENÆ,

HEROINÆ INCOMPARABILIS AC ERUDITISSIMÆ,

*Ex R. A. P. Ludovici Jacob a S. Carolo, Cabilonensis, Carmelitæ, consilarii et eleemosynarii ordinarii regii : necnon illustrissimi ac reverendissimi D. D. Joannis Pauli Francisci Gondii, Corinthiorum archiepiscopi et coadjutoris Parisiensis, Bibliothecarii, Bibliotheca illustrum seminarum quæ scriptis claruerunt desumptum.*

Anna Comnena, Græca, Alexii Græcorum imperatoris et Irenes filia, ac Nicephori Melissenii conjux augustissima. Multiplici sane laude nomen suum Anna immortale reddidit.

Nam varia eruditione et iudicii acumine doctissimas inter sui ævi feminas inclaruit. Hæc heroina incomparabilis non solum in linguis Græcis eruditissima exstitit, sed etiam in rebus historicis domesticis versatissima, et quæ studiis (teste Joannē Zonara) erat addicta, et exquisite atticissabat et acutissimo erat ingenio ad abstrusissimas quasque contemplationes. Scripsit Græcè hoc ingens Musarum Charitunque delictum. De rebus Alexii parentis sui gestis libros XV, quos Alexiada vocavit. Hoc est *Historiam Ecclesiæ Constantinopolitanæ et controversiarum religionis in Orientalibus ecclesiis ortarum*. Exstant Mss. Romæ in celeberrima bibliotheca eminentissimi principis Francisci Barberini S. R. E. cardinalis, Augustæ Vindelicorum in bibliotheca publica, Florentiæ in San-Laurentiana; et etiam in variis Italiæ bibliothecis. Libri primi octo prodierant, Augustæ Vindelicorum, 1618, in 4°, cum notis Davidis Hoeschellii. Omnes vero nunc prodeunt e bibliotheca Barberina, Lutetiæ Parisiorum, typis regiis, 1651, in folio, cum eleganti versione Latine, Glossario, ac Præfatione R. P. Petri Possini, societatis Jesu, theologi magni nominis. Multa vero (inquit Gerardus Joannes Vossius, libro secundo *De historicis Græcis*, cap. 27) de parente suo longe aliter narrat, quam Latini solent: qui omnes prope, si unum excipias Albertum, canonicum Aquensem, Cæsarem cum describunt, tanquam hominem fraudulentum ac perfidum. Sed satis verisimile est, tum Latinis suo erga Græcum imperatorem odio, tum filiam Comnenam amori erga patrem suo, aliquanto amplius indulgisse, quam per leges historiæ liceret. Hanc Alexiadem continuavit Joannes Sinaamus, regius grammaticus, quæ nunc lucem aspexit e codice Vaticano 319, cum versione et notis P. Possini.

Claruit circa annum Incarnationis Dominicæ 1130.

De Annæ Comnenæ laudibus et scriptis præclara reddunt testimonia, Joannes Zonaras, monachus Græcus, tomo III *Historiæ Catholicæ*, pag. mihi 242; — Conradus Gesnerus, Tigurinus medicus, in *Bibliotheca universali*; — Antonius Possevinus, Mantuanus, soc. J. in *Apparatu sacro*; — Jacobus Gretserus, soc. Jesu in *Refutatione Alogiarum Annæ Comnenæ in Alexiade contra Gregorium VII Rom. Pont.*; — Gerardus Joannes Vossius, *De quatuor artibus*, et lib. *De historicis Græcis*; — Leo Allatius, Chiùs, lib. *De Psellis et eorum scriptis; et libro de Ecclesiæ Occident. et Orient. perpetua consensione*; — Gilbertus Gauminus, Molinensis, libellorum supplicum magister, in notis ad Michaelis Pselli *De operatione dæmonum Dialogum*; — Franciscus Balduinus J. C. *De institutione historiæ universalis*; — Jacobus Gaffarellus, provincialis, libro pererudito *De curiositatibus inauditis*; — Elias Ehingerus, Augustanus, in *Bibliotheca Augustana*; — Augustinus Mascardus, Tractatu II *De arte poetica*; — Paulus Bolduanus, in *Bibliotheca historica*; — Simon Scardius, J. C. Germanus, in *Præfatione ad IV scriptores Germanos*; — Remaelus Mosi, in *Musæo historiali*, Leodii 1610 in 4° edito; — Aubertus Miræus, in *Bibliothecæ ecclesiasticæ Auetario*; — Franciscus Augustianus ab Ecclesia, Salutiarum episcopus, in *Theatro illustrium doctrina mulierum*; — Joannes Meursius, in *Glossario Græco-Barbaro*, et in Notis ad *Expositiones in Canticum canticorum Pselli*, pag. 174; — Philippus Glasserus, Argentinensis, in *Syngrammate historico*; — Martinus Crusius, in *Prolegomenis ad Commentationes in primum librum Iliados Homeri*; — Joannes Seldenus, Anglus, in *Commentario in Eutykli Origines*; — Josephus Maria Suaresius, Avenionensis, præsul Vasionensis, in *Diatriba prima de universalis historiæ syntaxi*; — Gabriel Naudæus, Parisinus, in *Dialogo politico*; — P. Philippus Labbe, Bituricensis, soc. Jesu, in *Protreptico et Delineatione Apparatus Byzantinæ Historiæ*; — Jacobus Cujacius, Tolosus, in *Operibus juris*; — Nicetas Acominatus Choniates in *Historia Græca*; — auctor anonymus *Synopsis vitæ Annæ Comnenæ*, quam brevi expectamus, cura et studio R. P. Petri Possini.

ΣΥΝΤΑΓΜΑ ΣΥΝ ΘΕΩ  
ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΑΝΑΚΤΑ  
ΚΥΡΟΝ ΑΛΕΞΙΟΝ ΤΟΝ ΚΟΜΝΗΝΟΝ

ΡΟΜΗΟΝ

ΠΑΡΑ ΤΗΣ ΘΥΓΑΤΡΟΣ ΑΥΤΟΥ ΚΥΡΙΑΣ ΑΝΝΗΣ

ΤΗΣ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΥ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ,

Ο ΚΑΙ ΕΚΛΗΘΗ ΑΛΕΞΙΑΣ ΠΑΡ' ΑΥΤΗΣ \*.

SYNTAGMA DEO JUVANTE  
RERUM  
AB IMP. ALEXIO COMNENO GESTARUM  
AB EJUSDEM FILIA DOMINA ANNA  
PORPHYROGENITA PRINCIPE  
ELABORATUM ET ALEXIAS INSCRIPTUM.

Tempus in prouum fluens victore morarum atque A obicum et semper vigente cursu, fert agitque ac secum abripit ab ortu cuncta, ignorabilia cum memorabilibus pariter obruens, et in letheum quemdam abolenda propellens gurgitem: volubilique ac desultoria varietate modo (ut tragœdia loquitur) res ignotas ex abdito producens, modo vicissim premens aliquandiu spectatas. Verum ad hunc torrentem historia obijcitur, velut invictæ soliditatis moles, præcipitem quodammodo inhibitura lapsuum temporis; certe prohibitura, ne quæ in eo gesta sunt omnia irreparabiliter obliterentur: dum nonnulla saltem ex iis seligit quæ composita digestaque utique ad memoriam reservet.

Hæc reputans ego Anna, imperatorum Alexii et Irenes filia, in purpura nata lactataque, nec litterarum rudis; sed et Græci sermonis rationem acri

ῥέων ὁ χρόνος ἀκάθεκτα, καὶ ἀεὶ τι κινούμενος, παρασύρει καὶ παραφέρει πάντα ἐν γενέσει, καὶ ἐς βαθὺ ἀφανείας καταποντοῦ· σπου μὲν οὐκ ἄξια λίθου πράγματα, σπου δὲ μεγάλα τε καὶ ἄξια μνήμης, καὶ τὰ τε ἄλλα φύου (κατὰ τὴν τραγωδίαν [1]) καὶ τὰ φανέντα κρυπτόμενος. Ἄλλ' ὁ γε λόγος τῆς ιστορίας ἔρυμα καρτερώτατον (2) γίνεται τῷ τοῦ χρόνου βέβηματι, καὶ ἴσθησι τρόπον τινὰ τὴν ἀκάθεκτον τοῦτου βόην, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γενόμενα πάντα, ὅποσα ὑπερέλιψε, ξυνάγει [ξυνέχει] καὶ περισφίγγει, καὶ οὐκ ἐξ διολισθαίνειν εἰς λήθη; βυθοῦς.

Ταῦτα διεγνωκυῖα ἐγὼ Ἄννα, θυγάτηρ μὲν βασιλέων Ἀλεξίου καὶ Εἰρήνης, πορφύρα; τιθήνημά (3) τε καὶ γέννημα, γραμμάτων οὐκ ἀμοι-

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

223 (1) Sophocl. *Ajac. flagel.*

(2) Ἐρυμα καρτερώτατον. Max. Tyrius Ser. 12 de Historia. Τοῦτο τὸ ἀκουσμα ἐξημέρον τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος; καὶ φθειρόμενον ταχὺ, καὶ ἀπολλύμενον, καὶ ὑποβρέον τῇ μνήμῃ σώζει, etc.

(3) Πορφύρα; τιθήνημα. Porphyrogenita, nata patre imperatore. Eadem Anna infra, καὶ τὴν πορφύραν ἀφ' ἧς ἐβλάστησα, et lib. 15 Ἐγώ γε γυνὴ καὶ τῆς πορφύρας τὸ τιμιώτατον, καὶ τοῦ Ἀλεξίου πρώτιστον βλάστημα. Niculaus Callicles in Epigr. Ἐξ Εὐδοκίας; ταῦτα πορφύρας κλάδου. Constant. Ma-

nasses, Κομνηνιάδην Μανουὴλ πορφύρας χροῦτον ῥόδον. Apud eundem non semel, Πορφυρόφυτος; κλάδος, πορφυρόρρηξ, πορφυροβλάστητος. Niceph. Xanthopoulos in Catal. imprr. Ὁ πορφυρανθῆς εὐσεβῆς Κωνσταντῖνος. Incertus poeta apud Leonem Allat. dissert. 1, *De libris Eccles. Græc.* :

Ἄναξ ὅλης γῆς ἥλιος τῆς πορφύρας Βασιλείος, τὸ θρέμμα τῆς ἀλουργίδος  
Narratio ms. de Bertrando Romano Græco-Barbara, Πορφυρόβλαστε γέννημα τῶν χαρίτων. Vita S. Maris

\* Hanc titulum habet ms. Augustanus apud Hoeschelium: Possinus: ΠΡΟΛΟΓΟΣ. ΠΡΑΨΑΤΙΟ. ΕΠΙΤ. ΡΑΤΑ.

ρος (4), ἀλλὰ καὶ τὸ ἐλληνίζειν ἐς ἄκρον ἐσπουδα- A  
κῦα, καὶ ρητορικῆς οὐκ ἀμελετήτως ἔχουσα, καὶ  
τὰς Ἀριστοτελικὰς τέχνας εὖ ἀναλεξαμένη, καὶ  
τοὺς Πλάτωνος διαλόγους καὶ τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς τε-  
τρακτύος τῶν μαθημάτων (5) πυκνάσασα (δεῖ γὰρ  
ἐξηραίνεσθαι ταῦτα, καθάπερ ταυτολογία [σ. εἰ καὶ  
περιαυτολογία] τὸ πρᾶγμα, ὅσα ἡ φύσις καὶ ἡ περὶ  
τὰς ἐπιστήμας σπουδὴ δίδωκε, καὶ ὁ θεὸς ἔνωθεν  
ἐπεθράβευσε, καὶ ὁ καιρὸς συνεισήνεγκε)· βούλομαι  
διὰ τῆσδὲ μου τῆς γραφῆς τὰς πράξεις ἀφηγήσασθαι  
τοῦ ἡμοῦ πατρὸς, οὐκ ἀξίας σιγῆ παραδοθῆναι, οὐδὲ  
τῷ βεῦματι τοῦ χρόνου παρασυρῆναι, καθάπερ εἰς  
πέλαγος ἀμνημοσύνης ὄσας τε τῶν σκήπτρων ἐπει-  
λημμένους καταπράξατο, καὶ ὄσας πρὸ τοῦ διαδή-  
ματος ἔδρασεν, ἐτέρους βασιλεῦσιν ὑπηρετού- B  
μενος.

Ταύτας δὲ λέξασα ἔρχομαι, οὐχ ὡς ἐπιβείξιν τινα  
τῆς περὶ λόγους ποιουμένη ἀσκήσεως, ἀλλ' ὡς ἂν μὴ  
πρᾶγμα τηλικούτο τοῖς ἔπειτα γεννησομένοις κατα-  
λεσθεῖν ἀμάρτυρον. Ἐπεὶ καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἔρ-  
γων, εἰ μὴ πως ἄρα διὰ τῶν λόγων φυλαχθεῖν, καὶ  
τῇ μνήμῃ παραδοθῆναι, τῷ τῆς σιωπῆς ἀποσθέννυ-  
ται σκότῳ. Ἦν γὰρ ὁ ἐμὸς πατήρ, ὡς αὐτὰ τὰ  
πράγματα ἔδειξεν, ἐπιστάμενος ἄρχειν, καὶ ὑπέ-  
κειν, ἐς ὅσον χρῆ, τοῖς ἄρχουσιν. Ἀλλὰ καὶ τὰς  
ἐκείνου πράξεις προελομένη συγγράφειν, δέδοικα  
τὸ ὑφοροῦν τε καὶ ὑποτρέχον· μὴ ποτε λογισαίτο  
τις τὰ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς συγγράφουσαν τὰ ἐαυτῆς  
ἐπαίνειν, καὶ ψευδὸς ἔπαν δόξῃ τὸ τῆς ἱστορίας  
πρᾶγμα. Καὶ ἐγκώμιον ἀντικρυς, εἰ τι τῶν ἐκείνου C  
θαυμάζοιμι· εἰ δὲ που αὐτὸς ἐνέγκοι, καὶ τὸ πρᾶγ-  
μα βιάζοιτο, ὥστε καθάπερ εἶπαι τι καὶ τῶν ἐκεί-  
νου· οὐδὲ ἐκείνου, [ἀλλὰ] διὰ τὴν τῶν πραγμάτων

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Junioris. Ἐφε μὲν τὰ σκήπτρα τῆς βασιλείας οὐχ  
ὁ τῆς πορφύρας βλαστὴς, ἀλλ' ὁ Μακεδῶν. V. No-  
tata ad pag. 166.

224 (4) Γραμμάτων οἷα ἄμοιρος. Nicetas Cho-  
niates in Joanne Comneno n. 3, de Annæ nostræ  
eruditione; Ἦτις δὴ τῶν ἐπιστημῶν πασῶν ἐπὶ λόγῳ  
φιλοσοφίας ἔδεικνυτο μέλημα, καὶ πρὸς πᾶσαν  
ἐρῶθυμιστο μάθησιν. Zonaras in Alexio, de Nice-  
phoro Bryennio, et Anna conjuge: Ἦν γὰρ καὶ  
λόγους προσκελιμένος ὁ ἀνὴρ, καὶ ἡ σύνοικος δὲ οὐδὲν D  
ἔττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἐκείνου, τῆς ἐν λόγοις παι-  
δείας ἀντέλεγετο, καὶ τὴν γλώτταν εἶχεν ἀκριβῶς ἀ-  
τικίζουσαν, καὶ τὸν νοῦν πρὸς ὕψος θεωρημάτων  
δέξυττον. Ταῦτα δὲ προσεγένετο φύσεως δέξυττη  
καὶ σπουδῇ. Προσεταθεῖται γὰρ τοῖς βιβλίοις, καὶ  
λόγοις ἀνδράσι, καὶ οὐ παρέργως ὀμίλει αὐτοῖς.

(5) Τετρακτύος τῶν μαθημάτων. Sic Synesius  
epist. 140, et Constantinus Porphyrog. in Basilio,  
cap. 51, τετρακτῶν τῶν ἀρετῶν dixerunt, *quadrifari-  
am virtutem*. Senator, lib. vi, epist. 3. Hic vero  
μαθηματικῆς τετρακτῶν, de qua Ignatius diac. in  
Vita S. Nicephori patr. CP. cap. 15, seu quatuor  
mathematicas partes intelligit Anna, quas se atti-  
gisse haud leviter non uno loco profelitur, astrolo-  
giam, geometriam, arithmeticeam et musicam, quas  
Μαθημᾶτα Græci veteres appellant, ut auctor est  
A. Gellius, lib. 1, c. 9. Elogium S. Panteleemonis:

Τούτων διαπρέποντα τοῖς θεοῖς λόγοις,  
Ὀλην διαρκῶς τῶν μαθημάτων τοῖθον  
Τὸ τηνικάῃτα ταῖς ἐπιστήμαις πρόμυ

nequaquam expertus; Aristotelicis quoque in artibus,  
et Platonicis in libris opera navata, nullaque non  
cultis disciplinarum quatuor quibus Angi ornarique  
mentes elegantiorum institutorum solent (licet enim  
hæc pene insolentius mihi commemorare de me ipsa  
quæ vel ingenio vel studio, vel Dei dono, vel occa-  
sione felicitate in me bona convenerunt ad hujus  
scriptionis munus sive defungendum sive commen-  
dandum) non inutilia decrevi mandare litteris res  
mei patris, tum quas jam sceptri potens propriis  
auspiciis, tum quas ante diadema aliis principibus  
obsequens gessit, neutras sane dignas quæ silen-  
tio damnatæ flumini temporis in oblivionis pelagus  
exportandæ permittantur.

Appuli autem ad hanc cogitationem animum,  
non spe aut cupiditate ulla facultatis ostentandæ;  
sed una sollicitudine transmittendæ in notitiam  
posteritatis memoriæ tantorum eventuum, quantis  
et quam variis patris mei vita contexta est, hominis  
in utraque fortuna probati, quique tum imperandi,  
tum imperantibus obsequendi, quatenus fas est,  
atque oportet, peritum sese rebus ipsis et experi-  
mentis demonstravit. Porro ista taliaque quanta-  
cumque sint, nisi testimonio scriptorum memoriæ  
commendentur, plane silentii tenebris extincta  
pereant. Cæterum in ipsis auspiciis negotii lubrici  
atque in contrariarum reprehensionum offensiones  
C expositi, vereri subit ne me aliquis patris mei res  
gestas describentem, ubi quidem commendabile  
aliquid attulero, mentiri liberaliter existimet, et  
veritatis damno domesticæ ac propriæ gloriæ ser-

Εὐφροσύνη δίδωσι, etc.

Carmen de Carolo Magno apud Canisium:

*Et priscos superat dialectica in arte magistros,  
Quatuor ast al'as artes, quæ jure sequuntur,  
Discernit simili rerum ratione magistra.*

Atque inde *Litteræ quadriviales* dicuntur Mathema-  
ticæ scientiæ Thomæ Cantipratano, *Quadrivialia* in  
Charta R. cardinalis an. 1215, pro reformatione  
Academiiæ Parisiensis: *Non legant in festiuis diebus  
nisi philosophos, et rhetoricas, et quadrivialia, et  
barbarismum, et ethicam, et quartum Topicorum.*  
*Quadrivium* cæteris scriptoribus ævi medii passim.  
Hugo Flaviniac. abb. an. 753: *Intrat ex hoc qua-  
drivium, ubi cubos arithmeticæ, sonos musicæ, mo-  
dos geometriæ, radios astronomiæ perspicaci percipi-  
ens mente, ad perfectionem duplicis thesisi, id est,  
theoriæ pervenit et practicæ.* Wibertus in Leone IX  
PP. *Quippe quadrivium naturali ingenio vestigantes  
de gustarunt.* Matth. Paris. an. 1252: *Vir quidem  
in trivio et quadrivio excellentissimus.* Et mox. *Om-  
nem trivii et quadrivii noverat difficultatem.* Ubi per  
trivium, grammaticeam intelligit, rhetoricam et dia-  
lecticam. Wibertus loco citato, *nempe ut primum  
competit rudibus, decurso artium trivio, non solum  
claruerunt prosa et metro, etc.* Epitaph. Gisleberti  
Crispini abbat. Westmonast. an. 1114.

*Mitis eras, justus, prudens, fortis, moderatus,*

*Doctus quadrivio, nec minus in trivio.*

Vide J. Tzetzem Chil. II, cap. 377, et Senato-  
reum lib. 1, epist. 45.

vire : sin contra res ipsa coegerit ut minus interdum probari dignum memorem quidpiam, non desit ex istis ad maledicendum pronis qui Chami exemplum illius paternæ ignominiaë traductoris, usque ab Noe repetitum in me impingat. Per has ego utrimque positas insidias sic parato pergam animo, ut susdeque habita impotentia cæcarum ad recti pravique dijudicationem mentium, quæ invidia maleque dicendi libidine præcipites ex æquo in omnia incurruunt; culpæque (ut Homerus habet) expertia pectora culpant, officium historicae profectiois utique teneant, quod favore pariter atque odio interdicit ei qui ad memoriam gestiarum rerum litteris tradendam operam proficitur suam; jubetque ex æquo dispensare vituperationes ac laudes etiam maximas in eos qui merentur; nullo amicitiaë necessitudinisve hostilitatis similitudinis discrimine. Itaque et sperare hostes et timere cives atque amicos jubeo, auditurum a me quemque pollicita prout suis recte secusve consultis ac factis promeritus erit. Utrosque autem, nempe quos reprehensione præstrictos offendero, quosque forte laudatione delinuitos mihi conciliavero, moneo ne potius ex meo iudicio, quam ex veritate ac fide rerum ipsarum gaudendi causas doleant; nec mihi publicæ memoriæ interpreti, atque in conscientia oculatorum testium, qui partim hodieque vivunt, partim hodie viventium patres aut avi fuerunt, affirmationis meæ receptum ac firmamentum paratum habenti, imputandum putent, quamcunque in partem narratio mea propenderit, veritati actorum exacte respondens.

Nunc quæ mihi occasio exquisitiorem rerum gestiarum patris mei cognitionem paraverit exponendum est. Maritus mihi fuit legitimo ritu conjunctus Nicephorus Cæsar, generis seriem ad Bryenios referens, vir et formæ præstantia et consummatione prudentiæ, et perfectione doctrinæ, longe supra omnes qui tunc erant, antecellens. Miraculum prorsus oculis videntium auribusque auscultantium offerens. Sed ne de via excursus me quidam effert, age quod nunc opus est reddamus. Hic inter omnes illustrissimus cum militarem operam Joanni Augusto navaret fratri meo, tum aliis adversus Barbaros bellis, tum illo quod in eos gessit qui Antiochiam obtinebant, ne inter ipsos quidem expeditionis labores carere litteris sustinens, commentandi vices prout res sinerent negotiorum turbis inserebat. Qua diligentia cum alia perfecit luce laudeque digna, tum potissimum incubuit in opus quod complecteretur Acta imperatoris Romanorum Alexii patris mei, id ab eo Augusta efflagitante. Quoties igitur laxamenti aliquid ac spatii labor illi militaris dabat, totum illud rarum otium subsecivorum temporum ex intervallis constanti perseverantia dicabat educubrandis libris, quibus res ab Alexio, præsertim jam imperante, gestas ad memoriam exponeret, initio scriptiois usque ab Romani Diogenis ætate repetito (prout ab ipso eadem auctor istius consilii domina nostra contenderat); inde secundo fluxu temporum rem ad

Α φύσιν δέδοικα πάλιν τοὺς φιλοσκόμμοντας, μή μοι τὸν τοῦ Νῶε Χάμ ἐπενέγκοιεν· ἐποχῆ αἰμοὶ ἅπαντες πρὸς ἅπαντας, καὶ οὐ καθορῶντες τὸ καλῶς ἔχον (ὕπὸ βασκανία;) καὶ φθόνου, καὶ τὸν ἀναστειν (καθ' Ὁμηρον [5]) αἰτιῶνται. Ὅταν γὰρ εἰς τὸ πῆξ [τις τὸ] ἱστορίας ἤθως ἀναλαμβάνη, ἐπιλαθέσθαι χρῆ εὐνοίας καὶ μίσους· καὶ πολλάκις κοσμεῖν τοὺς ἔχθρους τοῖς μεγίστοις ἐπαίνους, ὅταν αἱ πράξεις ἀπαιτῶσι τοῦτο· πολλάκις δ' ἐλέγγειν τοὺς ἀναγκαιστὰς, ὅταν αἱ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀμαρτίαι τοῦ καθ' ὑποδεικνύσιν [τοῦθ' ὑποδεικνύσιν]. Διόπερ οὕτε τῶν φίλων καθάπτεσθαι, οὕτε τοὺς ἔχθρους ἐπαινεῖν ὀκνητέον. Ἐγὼ δὲ καὶ τοὺτους κτείνουσ, καὶ τοὺς πληττομένους ὅψ' ἡμῶν, καὶ τοὺς ἀποδοχομένους ἡμᾶς, παραμυθησάμενην ἂν ἀπὸ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, καὶ τῶν ἐωρακῶν τὰ πράγματα· αὐτοῦς τε καὶ τὰ πράγματα μαρτυρομένην. Ἐνίων γὰρ τῶν νῦν ὄντων ἀνθρώπων οἱ μὲν πατέρες, οἱ δὲ πάπποι· ἐγένοντο, οἱ τούτων συνιστορες.

Μάλιστα δὲ εἰς τὴν ἱστορίαν ἐλήλυθα τῶν τοῦ πατρὸς πράξεων ἐκ τοῖσδε αἰτίας. Ἐμοὶ ἀνὴρ ἐγένετο κατὰ νόμους συναφθεὶς ὁ Καῖσαρ Νικηφόρος (6), εἰς τὴν τῶν Βρυενίων σειρὰν ἀναγόμενος· ἀνὴρ καὶ κάλλους ὑπερβολῆ, καὶ συνέσειως ἀκρότητι, καὶ λόγων ἀκριβεῖα μακρῶ τοὺς κατ' αὐτὸν ὑπερβάλλων. Θαῦμα γὰρ ἦν ἀντιπερὶ καὶ ὀρώμενος, καὶ ἀπροώμενος. Καὶ ἵνα μὴ ὁ λόγος τῆς λεωφύρου ἐκτρέπτοιο τὸ παρὸν, ἵτων ἐφεξῆς ἐχόμεθα. Ἦν μὲν ἄν ἐν πᾶσιν ἐπιφανέστατος, συνεστράτευσεν δ' Ἰωάννη τῷ αὐτοκράτορι ἐμῷ ἀδελφῷ, καὶ κατ' ἄλλων μὲν Βαρθάρων ἔχοντι τὴν Ἀντιόχου πόλιν. Ἄλλ' ὁ γὰρ Καῖσαρ, οὐκ εἰδὼς ἀμελεῖν τοῦ λόγου καὶ ἐν κόποις καὶ πόνοις, συνέγραψε μὲν καὶ ἄλλα τὰ συγγράμματα [τινὰ συγ.] μνήμης καὶ λόγου ἄξια· προσέλετο δὲ μάλιστα τὰ κατὰ τὸν Ἀλέξιον, τὸν αὐτοκράτορα Ῥωμαίων, καὶ ἐμὸν πατέρα συγγράψαι ἐξ ἐπιταγῆς τῆς βασιλίδος· καὶ ἐν βίβλοις ἐνθεῖναι τὰς πράξεις τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἐν ᾧ περὶ ὁ καιρὸς ἐδίδου τούτω, τῶν ὀπλων καὶ τοῦ πολέμου βρά τι [βραχὺ τι] ἀπαλλαγέντι, ἐπιβλέψαι πρὸς συγγραφὰς καὶ λογικοὺς τινας πόρους. Καὶ δὴ καὶ ἤρξατο τῆς συγγραφῆς, εἰς τοὺς ἀνάκαθεν ἀνεγένχας χρόνους τὸν λόγον, τῷ τῆς δεσποίνης ἡμῶν κἄν τούτω ὑπέκων προστάγματι. Ἀπὸ δὲ τοῦ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων, ἀρξάμενος, καὶ καταβαίνων εἰς αὐτὸν ἐκαίνοισ [ἐκαίνοιν], περὶ ὃς τὴν πρότασιν ἐποίησατο. Τότε γὰρ καὶ ἀνοῦν εἶχεν ὁ χρόνος τὸν ἐμὸν πατέρα μειράκιον παραγγεῖλαντα. Τὸ γὰρ πρὸ

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(5\*) *Iliad.* a, v. 653.

(6) Ὁ Καῖσαρ Νικηφόρος, de quo nonnulla atti-

gimus in stemmate Comnenico. (Vide in Joanne Ciampino, *Patrologia t. CXXXIII.*)



τούδε οὐδὲ μισράκιον ἦν. Καὶ οὐδὲν ὅ τι καὶ ἄξιον αὐτῆς συγγραφῆς αὐτῷ πέπρακτο, εἰ μὴ τις ἐγκώμιον λόγος καὶ τὰ παιδικὰ αὐτῷ θήσοιτο. Ὁ μὲν οὖν σαρδηνὸς τῷ Καίσαρι τοιοῦτος, ὡς ἡ τούτου συγγραφή βούλεται. Οὐ μὴν τὰ τῆς ἐλπίδος ἐκθέθηεν, οὐδὲ τὴν ἱστορίαν πᾶσαν ἐτελεύσατο· ἀλλὰ μέχρι τῶν χρόνων τοῦ αὐτοκράτορος Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου τὸν λόγον ἐφελκυσάμενος, ἐκείσε τοῦ συγγραφέου ἐπαύσατο, περαιτέρω τοῦ καιροῦ μὴ διδόντος προκόψαι τὴν συγγραφὴν· ζημίαν μὲν τοῖς ὑπὸ τὴν συγγραφὴν πράγμασι περιποιησαμένου, ἡδονὴν δὲ ἀποστερήσαντος τοῖς ἀναγινώσκουσι. Διὰ τοῦτο αὐτῆ ὅσα τῷ ἐμῷ πατρὶ πέπρακτο συγγράφασθαι προειλόμην, ἵνα μὴ τοιαῦτα ἔργα τοὺς ἐς ὕστερον παραδράμῃ. Οἷαν μὲν γὰρ εἶχον τὴν ἀρμονίαν, ἴσασιν δὲ τὴν χάριν οἱ τοῦ Καίσαρος λόγοι, ἴσασιν ἅπαντες οἱ τοῖς ἐκείνου ἐνταυτηχότες συγγράμμασιν. Ἀλλὰ μέχρι τούτου ἐλθὼν, καθάπερ εἶπον, καὶ τὸ σύγγραμμα σχεδιάσας, καὶ ἡμιτελὲς ἐκ τῆς ὑπεροχῆς κομίσας ἡμῖν· συναπεκόμισεν (οἱμοί!) καὶ θανάσιμον νόσημα, τάχα ἐκ τῆς ἀπείρου κακοπαθείας, τάχα ἐκ τῶν συχνωτέρων στρατηγημάτων, τάχα ἐκ τῆς ὑπὲρ ἡμῶν ἀφάρτου μερίμνης. Μέριμνα γὰρ ἐμψυτος, καὶ πόνοι ἀνένδητον [ἀνένδοτοι]· πρὸς δὲ καὶ ἀέρων ἀνωμαλίαι (7) τε καὶ κακότητες, ποτὴριον αὐτῷ θανάσιμον ἐκεράσαντο. Ἐνθεν μὲν γὰρ εἰς Σύρους καὶ Κίλικας δεινῶς νοσῶν ἐξεστράτευον [ἐξεστράτευον]· εἶτα κάκαϊθεν Συρία τοῦτον μὲν ἀπέδωκεν ἀρρώστούντα, Κίλικας δὲ Παμφυλίος, Παμφυλίου δὲ τοῖς Λυδοῖς, καὶ ἡ Λυδία τῇ Βιθυνίᾳ, καὶ ἡ Βιθυνία τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, καὶ ἡμῖν, ἐξωφερότα ἤδη τὸ σπλάγχνον ἐκ τῆς πολλῆς κακοπαθείας. Καίπερ δὲ οὕτως ἔχων ἀσθενείας, καὶ θλίων τὰ συμπεσόντα οἱ ἐκτραγωδεῖν· τὸ μὲν ὅτι νοσῶν οὐκ ἠδύνατο, τὸ δὲ ὅτι καὶ παρ' ἡμῶν ἐκωλύετο, ὡς μὴ τὸ τραῦμα ἂν βήξοι διηγούμενος. assiduo desiderio coquebat. Nisi verius dixerim, hæc simul omnia, curam penitus insitam, jactationem remissionis expertem, cœli ac tempestatum varietatem, infestisque casus, tot causas in tantæ virtutis exitium conspirantes, lethale ipsi, proh dolor! miscuisse poculum. Ut ut sit, cum expeditionis adversus Syros et Cilicas comes ac partioeps, adversa licet valetudine revocante, diu obfirmato animo perseverasset, vietus tandem ingravescente vi languoris, ac domum aliquando respirare coactus, e Syria primum relatus æger in Ciliciam, inde per Pamphyliam, Lydiam et Bithyniam longa denique jactatione regiæ urbi ac nobis est redditus, tumefactis intestinis per assiduam laboris improbi patientiam. Quo ipso in statu cum narrare tamen cuperet quæ sibi ea expeditione contigissent, partim prævalente morbo non potuit, partim prohibitus a nobis est, merito verentibus ne contentione narrandi vulnus rumpere fatumque maturaret.

Ἐγὼ δ' ἐνταῦθα [τούτων] μένη [μεμνημένη], σκοπῶν ἐμπίπλαμαι τὴν ψυχὴν, καὶ βέβηρος δακρῶν περιτέγω τοὺς ὀφθαλμούς. Ὡ οἶον Ῥωμαίων ἀπόλαε βούλευμα! Ὡ πείρας μὲν ἀκριβοστάτης περὶ τὰ πράγματα, καὶ δσην ἐκείνο; συνελθογε! λόγων δὲ ἐπιστήμης, ποιικλῆς δὲ σοφίας, λέγω δὲ τῆς θυραίας; καὶ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς! Ὡ

eum perducens quem celebrandum præcipue susceperat. Diogenis siquidem imperio efflorescere cepit præclara mei patris indoles-tum primum adolescentiam ingressi : ante quam scilicet ætatem, nisi si quis bullis et crepundiis laudandis abuti otio styloque velit, nihil esse fere in hominibus magnopere commendandum solet. Hoc illi argumentum, hoc propositum scribendi fuit : cæterum ejus spei non est compos factus : nec enim patræ inceptum et suis numeris ac partibus Historiæ inchoatæ corpus absolvere ipsi licuit. Verum ad tempora imperatoris Nicephori Botaniatæ narratione perducta, ibi tempore exclusus desiit, magno et Historiæ et lectorum damno, propter lucem quam ab ejus ingenio accipere maximam res gestæ poterant; et voluptatem quam ex lectione cultissimi operis eruditi oculi merito sperarent. Miram siquidem ejus fuisse quamdam tum in orationis structura concinnitatem, tum elocutionis ac styli suavitatem, facile mihi assentiuntur omnes quicunque ipsius elegantæ capere specimen quoddam cujusvis ex illius opusculis lectione potuerunt. Tanta veroincepta spe, ne vel acta patris mei scriptoris qualiscunque suffragio, vel scripta mei conjugis peregre ac tumultuario inter militiæ strepitus deperperata, nec perfecta, coronide ac luce publica in perpetuum carerent, ausa ego sum, aut potius pene coacta, succenturiare ad istum laborem operam meam viro deficienti. Nam is simul cum hisce quas dixi schedis, lethalem, heu mihi! secum ab expeditione morbum domum ad nos rediens pertulit : forte contractum ex duritie victus ac cultus, qualem asperitas vitæ militaris individuum habet comitem : forte ex contentionibus ac crebra fatigatione præliorum, quotidianarumque pugnarum : forte ex incredibili nostri amore ac cura quæ illum hæc simul omnia, curam penitus insitam, jactationem remissionis expertem, cœli ac tempestatum varietatem, infestisque casus, tot causas in tantæ virtutis exitium conspirantes, lethale ipsi, proh dolor! miscuisse poculum. Ut ut sit, cum expeditionis adversus Syros et Cilicas comes ac partioeps, adversa licet valetudine revocante, diu obfirmato animo perseverasset, vietus tandem ingravescente vi languoris, ac domum aliquando respirare coactus, e Syria primum relatus æger in Ciliciam, inde per Pamphyliam, Lydiam et Bithyniam longa denique jactatione regiæ urbi ac nobis est redditus, tumefactis intestinis per assiduam laboris improbi patientiam. Quo ipso in statu cum narrare tamen cuperet quæ sibi ea expeditione contigissent, partim prævalente morbo non potuit, partim prohibitus a nobis est, merito verentibus ne contentione narrandi vulnus rumpere fatumque maturaret.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(7) Ἀέρων ἀνωμαλίαι. Anna lib. 1 : Περιέχοντος ἀνωμαλίαις. Theophrast. lib. vi De causis plantarum. Ἀνωμαλία τοῦ ἀέρος καὶ τῆς τροφῆς. Inæqualitas aeris, in Decretis Liberii PP. et in

Capit. Caroli Magni, cap. 118. Inæqualitas vitæ, apud Jul. Firmicum, l. v Mathes. cap. 5. Inæqualitas corporis, apud Attonem Vercellensem episc. in Capitul. c. 54.

meditatione scientiarum lectioneque ac eruditione varia, sive externam sive nostratam malis, eodem hoc instructor? Jam quis gratiæ lepos ex tota efflorescens perque totam effusus conpagem membrorum, specie ac forma non solum, quod dici solet, digna imperio, sed divinam quampiam spirante majestatem? Equidem ignara malorum non sum, aliis passim a pueritia gravibus et multis exercita casibus. Ubi enim quis exceperit nascendi felicitatem, angustos parentes, et purpuram in qua reptare mihi contigit, cætera quidem nostra si attenderit facile agnoscat: fortunam statim a regis illis, quas dixi, cunis ac fasciis, quasi post modicum et perfidum arrisum, repente obnubilato vultu in vitam deinde meam reliquam nihil nisi nimbos et procellas immisisse. Quibus enim, heu me! quantisque jactata fluctibus, quam sævis ac vehementibus incursibus impulsibusque concussa sum! Orpheum ferunt dum caneret concitasse in motum rupes ac silvas, cæceramque naturam sensus expertem. Timotheum quoque tibicinem ubi carmen, quod Orthium vocant, coram esset Alexandro modulatus, ita inis sensibus permovisse Macedonem, ut is ad arma repente ac gladium rueret. Ego si meas calamitates explicare pergerem narrando, non equidem ad progressionem aut cursum, neque ad arma pugnamve, sed certe ad lacrymas speraverim me commoturam auditorem. Auditorem dico? etiam animal quodvis, etiam res animæ ac sensus expertes me in commiserationis sensum tali oratione adacturam crederem. Verumtamen cum illa tanta tamque varia sint quæ sum in vita perpessa, tum inter illa tamen tantum eminent inopinatissima mors mei Cæsaris, itaque nihil penitus in medullas animi pervasit id vulnus, ut mala priora omnia ad eum collata casum guttæ instar ac stillæ habere soleam ad pelagus Atlanticum fluctusve Adriaticos comparatæ. Nimirum illa præludebant tanto majori ac multo maximæ cladi præcæmia rudimenta que miseriarum, fumus illa hujus ignis fuerant, meque tum cum illa paterer prævix duntaxat et tolerabilis affabat vapor immensi adhuc distantis incendii, cujus nunc me demum præsens flamma consumit. O ignem sine materia flagrantem! ignem penetrabilibus animi secretissimis arcana face subditum! et urentem quidem, non consumentem tamen! Ignem qui cor ita concremat, ut speciem relinquat viventis ejus adhuc et vigentis, tum maxime cuni usque ad ossa medullasque, cum usque ad divisionem animæ ac spiritus vis ejus flammæ penetraverit! Sed jam me sentio perturbatione familiarum elatam in questus alienos a proposito. Fecit

 καὶ περὶ τὴν τάξιν τῶν πραγμάτων καὶ περὶ τῆ  
 κλῆσιν τῶν ὀνομάτων. Ὁ μὲντοι ἱεροπρεπῆς ἐκεί-  
 νος καὶ πατριάρχης Κοσμάς (94), οὗ καὶ πρότερον  
 διεμνημονεύσαμεν, μεθ' ἡμέρας τινὰς κατὰ τὴν  
 μνήμην τοῦ ἱεράρχου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου τὴν  
 ἱεροτελεσίαν<sup>87</sup> τελέσας ἐν τῷ κατὰ τὸ Ἐβδομον (95)  
 ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἡδὴ βηθέντος σηκῶ, τὸν ἀρχιερα-  
 τικὸν θρόνον διαπρέψας ἔτι<sup>88</sup> πέντε καὶ μῆνας ἐν-  
 νέα, παραιτεῖται τὴν ἀρχιερωσύνην, καὶ ἄπεισιν  
 εἰς τὴν τοῦ Καλλίου μονήν (96). Ἐγγειρίζεται δὲ  
 τοῦς τῆς ἀρχιερωσύνης οὐκας μετ' αὐτὸν ὁ προβ-  
 ῆθης ἐκτομὴς Εὐστράτιος ὁ Γαριδάς. Ἐπεὶ δὲ ὁ  
 τῆς βασιλείας Μιχαὴς υἱὸς Κωνσταντίνου ὁ Πορφυ-  
 ρογέννητος, μετὰ τὴν παράλυσιν τῆς βασιλείας τοῦ  
 πατρὸς αὐτοῦ Μιχαὴλ τοῦ Δούκα τὰ ἐρυθρὰ μὲν  
 ἐκὼν ἀπεδύσατο πέδιλα, τὰ δὲ κοινὰ καὶ μέλανα<sup>89</sup>  
 ὑπεδύσατο, Νικηφόρος ὁ Βοτανειάτης ὁ μετὰ τὴν  
 δούκην καὶ πατέρα τοῦ Κωνσταντίνου τῶν σκίπτρων  
 ἐπιλημμένος, τὰ μὲν<sup>90</sup> μέλανα ἐκείνον ἀποβαλεῖν  
 θεωρήσατο, ἐκ ποικίλων δὲ σερικίων ὑφασμάτων  
 ὑποδήματα προσέταττε περιδεδύσθαι, ὥσπερ τὸν  
 νεανίσκον ἐπαισχυόμενος, καὶ τοῦ κάλλους ὁμοῦ  
 καὶ τοῦ γένους ἀγάμενος. Τῇ μὲν<sup>91</sup> κόκκινον διόλου  
 ἀπαστράπτειν αὐτὸ<sup>92</sup> τῶν πεδίων οἷον ἐφθόνηι, τὴ  
 δὲ τινὰς τόπους ἐκ τῶν ὑφασμάτων ἀνθεῖν τὸ κόκ-  
 κινον, ὑπεδίδου. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ Κομνηνοῦ Ἰαλε-  
 ξίου ἀνάβῃσιν ἡ βασιλεῖα Μαρία καὶ μήτηρ ἐκείνου,  
 ταῖς ὑποθημοσύναις πεισθεῖσα τοῦ Καίσαρος,  
 Ἐγγραφὸν πίστιν ἤθετο δι' ἐρυθρῶν βεβαιωθησο-  
 μένην γραμμῶν καὶ σφραγίδος χρυσοῦς περὶ τοῦ  
 αὐτοκράτορος, ὥστε μὴ μόνον ἀπινῆς σὺν τῷ υἱῷ  
 διατηρηθῆναι, ἀλλὰ καὶ συμβασιλεύειν αὐτῷ κά-  
 κεινον<sup>93</sup>, τὰ τε ἐρυθρὰ ὑποδιδυσκόμενον, καὶ στε-  
 φηφοροῦντα καὶ ὡς βασιλεῖα σὺν αὐτῷ ἀναγορευό-  
 μενον. Καὶ οὐκ ἠστόχησε τῆς αἰτήσεως, ἀλλὰ  
 λιμβάνει χρυσοῦσθαι λόγον βεβαιουόντα τὰ αὐτῆς  
 θελήματα ἅπαντα. Τηνικαῦτα καὶ ἂ ὑπεδιδύσκετο  
 ἐκ σερικίων ὑφασμάτων περιελόντες, τῶν διόλου  
 ἐρυθρῶν ὑποδημάτων τούτῳ μεταδίδασσι, κἂν ταῖς

A pluribus summo principi propius admotis eam ap-  
 pellationem nova inventa dignitate fecit. Vir si  
 quisquam unquam alius magnitudine mentis atque  
 consilii consecutus ut regnandi scientiam, quæ  
 vere ars artium et doctrina doctrinarum est, in  
 certam methodum digereret; cujus pars hæc no-  
 minum inuovatio et excogitatio dignitatum ad va-  
 riam distributionem honoris, non parum ad finem  
 universi negotii prudenter dispensata conferebat.  
 Nec vero ut cæterarum disciplinarum magistri ita  
 hic scientiæ regnandi consultissimus vir, nomina  
 rebus aut instrumentis ad usum indicationis im-  
 ponebat, sed ad ambitionem varie satrandam, sus-  
 pendendas ex usu reipublicæ inhiantium spes,  
 multosque simul ostentatione unius mercedis,  
 quod varie vocata ornataque foret, visæ multiplicis,  
 ad res gerendas alliciendos, hanc dignitatum fa-  
 bricationem et nomenclaturam fabricabat. Interim  
 is cujus superius meminimus patriarcha Cosmas  
 post aliquot ab Irene coronata dies ipsa memoria  
 confessionis sancti Joannis Theologi, peracto sacro  
 in templo ejusdem sancti apostoli ad Hebdomonum  
 sito, patriarchalem dignitatem ultro abdicavit,  
 postquam eam tenuisset annos quinque et menses  
 novem, secessitque in monasterium Calliæ. Gu-  
 bernacula vero patriarchalis sedis suscepit in ma-  
 nus prius memoratus eunuchus Eustratius Garidas.  
 Quoniam vero Mariæ Augustæ filius Constantinus  
 Porphyrogenitus, post abdicationem patris sui  
 Michaelis Ducæ ultro se ille quidem in ordinem  
 redegerat, rubris cothurnis deponendis, vulgari-  
 busque ac nigris sumendis; verum successor pa-  
 tris ejus Botaniates, reveritus adolescentem et  
 forma et genere conspicuum, nigra quidem cal-  
 ceamenta exuere ipsum jusserat, non usque eo  
 tamen indulgens ut plane rubra concederet, sed  
 quæ sparsos duntaxat raris flosculis haberent pur-  
 pure elavos, quasi ad fortunæ mediæ inter priva-  
 tam ac regiam indicationem elaborata ex coloribus  
 utriusque textura, obtinuit ab Alexio jam impera-  
 tore Maria Augusta, idque Joannis Cæsaris usa  
 consilio caveri sibi ac firmari rubris litteris sigil-  
 loque aureo voluit, ut præter incolunitatem suam  
 filiique, status etiam pristinus filio eidem redde-  
 retur, hoc est, participatio imperii qualem habue-  
 rat patre regnante: atque adeo deinceps et rubris

#### Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>88</sup> Συμφέρον. <sup>87</sup> ἱεροτελεσίαν. <sup>88</sup> ἔτι. <sup>89</sup> μέλανα. <sup>90</sup> Deest vocula μὲν. <sup>91</sup> μὲν γάρ. <sup>92</sup> αὐτῷ.  
<sup>93</sup> ἐκείνον.

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(94) Κοσμάς. Patriarchali dignitate se abdicavit  
 ultro Cosmas Hierosolymitanus, quod reipublicæ  
 administrationem improbare, 7 Maii, quo Græci  
 S. Joannis evang. festum agunt, an. Chr. 1681,  
 cum secessisset annos 5, menses 6.

(95) Ἐν τῷ κατὰ τὸ Ἐβδομον. Actis S. Joannis  
 evangelistæ in Hebdono conditorem Constantinum  
 M. agnoscit Codinus, in Orig. Lambecianis. In co-  
 nstatum Basilium Bulgaretionem scribunt Sey-  
 litzes, Glycas, Joël et Pichymeres, lib. II.

(96) Καλλίου μονή. De hoc monasterio silent  
 cæteri scriptores Byzantini, nisi illud sit, quod ab  
 Antonio patriarcha Constantinopolitano instauratum  
 fuisse tradit Nicephorus Gregoras in illius vita,  
 quam laudat Allatius in Diatriba de Simonibus,  
 quæ sic inscribitur: Βίος τοῦ ἐν ἁγίοις πατριάρ-  
 χου ΚΠ. Ἀντωνίου, τοῦ τὴν μονὴν τοῦ Καλέως συ-  
 στησαμένου. Vetus membrana apud Ubellum, in  
 Patriarch. Venet. n. 28, eidem patriarchæ Antonio  
 abbatis monasterii Caleos dignitatem tribuit.

colturnis et corona augustali uteretur, et nomen eius cum Alexii nomine proclamaretur. Hæc scripto diplomate bullaque munito aurea concessa in usum statim sunt redacta, positisque Constantinus **80** polymitis ac variegatis, perfecte rubros induit calceos, et in largitionibus, bullis aureis, similibusque chartis, rubrica subscribat una cum Alexio Augusto, et in supplicationibus ac pompis eum nullo medio cum tiara sequebatur. Quidam airbant hæc jam illi cavisse ac pactam fuisse Mariam Augustam cum Comnenis antequam illi rebellarent. Utut se res habeat, his certe sic perfectis excessit illa palatio, magno comitatu deducentium, ac præ cæteris Isaacii sebastocratoris; migravitque in ædes a Constantino Monomacho Imperatore constructas prope templum magni Martyris Georgii, quæ lingua vulgari Mangana dici solent.

Cæterum imperator rectissime institutus a puero monitisque religiosissimæ matris ad Dei timorem verum intimoque conceptum animo fictus ex longo formatusque, mordebatur acerbo sensu pœnitentiæ ad memoriam ubique obviam cladis civitatis, cujus omnes passim incolæ extrema malorum ac calamitatis perpessi erant in ingressu Comnenorum. Effectum habet interdum malum res optima, innocentia lapsus expers omnis, eum qui nihil unquam offenderit in superbiam ac tumidam præfidentiam efferens. At qui offendit, si et bene institutus in Dei cultu et natura prudens sit, statim Dei timore compunctus commovetur animo ac salutari conturbatur metu, præsertim si magnas res aggressus et in altum ac præceps fastigium evectus, egere tunc cum maxime se sentiat præsentis Numinis auxilio: quo abnuente ac averso quid expectandum aliud, quam fore ut errore, amentia, contumelia præceps qui Deum habet infensum, in scelus omne ruens et divinum in se iram exaugeat, et hominum ullione provocata throno quem insidere vix cœperat statim exturbetur atque evolvetur in miseriam ultimam? Qualia passum quondam Sauli scimus, cujus ob crimen scindens scindit Deus regnum ipsius. Harum tristi occurso cogitationum intimis mœrens sensibus Alexius, formidansque et æstuans animo tanquam mox incubitura in caput ipsius vindicta Dei severissima, quippe ob tantum ac tam multiplex crimen expilatæ deformatæque civitatis. Nam quidquid illa collivies mistæ multitudinis sædum improbumve per licentiam victoriæ in capta urbe designaverat ac fecerat, imputabat

**A** δωρεαῖς καὶ χρυσοβούλοις λόγοις δευτερός τοῦ λοιποῦ συνυπογράφων ἦν διὰ κινναδάρεως (97) τῷ βασιλεὶ Ἀλεξίῳ, κἀν ταῖς προπομπαῖς μετὰ τῆς βασιλικῆς τιάρας συνεπόμενος. Ὡς δέ τινες ἔφασαν καὶ πρὸ τῆς ἀποστασίας τὰς περὶ τούτου συνθήκας εἶχεν ἡ βασιλὶς, ἐν οὗτω τὰ κατὰ τὸν υἱὸν αὐτῆς γένοιτο (98). Οὕτω γοῦν τῶν βασιλείων ἐκείνη ἐξέρχεται μετὰ προπομπῆς ἀξίας ἐν τοῖς κατὰ τὴν μονὴν <sup>64</sup> τοῦ μεγάλου μάρτυρος Γεωργίου παρὰ τοῦ ἀποθεβιωκότου Κωνσταντεῖνου τοῦ Μονομάχου βασιλέως οἰκοδομηθεῖσαν <sup>65</sup> οἰκῆμασιν κατασκηνώσασα (Μάγγανα ταῦτα ἡ κοινὴ εἶε <sup>66</sup> κικλήσκει διάλεκτος), Ἰσαακίου συνεφεπομένου ταύτη τοῦ σεβαστοκράτορος.

**Martyris Georgii, quæ lingua vulgari Mangana dici solent.**

**B** Τὰ μὲν οὖν τὰ κατὰ <sup>67</sup> τὴν βασιλίδαν Μαρίαν οὕτω παρὰ τῶν Κομνηνῶν ὠκονόμητο. Ὁ δὲ γε αὐτοκράτωρ παιδείας ἐκ νηπίου τυχὼν ἀγαθῆς, καὶ πρὸς τὰς νοθεσίας τῆς μητρὸς ἐαυτὸν ἀπευθύνων, τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἐνστερνισάμενος <sup>68</sup> καὶ ἐγκάρσιον ἔχων, ἐδάκνυτο ἀνιώνος ἐπὶ τῆς πόλεως προνομή, ἦν κατὰ τὴν εἰσέλευσιν αὐτοῦ πάντες πανδημαὶ ἐπεπόνθεισαν. Τὸ μὲν γὰρ ἀπταιστον ἴσως εἰς <sup>69</sup> ἀπόντοιαν ἔγει τὸν μηδ' ὅπου: τι οὖν προσκεκρουκίτα τοῖς πράγμασιν ἡ δὲ γε ἐξαμαρτῶν, εἶπερ ἔστι τῶν εὐλαβεστέρων καὶ τῶν νοῦν ἔχόντων, αὐτίκα τὸν τοῦ Θεοῦ <sup>70</sup> βάλλεται κατὰ ψυχὴν καὶ ὅλως κατακλονεῖται καὶ δέδοικε, καὶ μᾶλλον εἶγε πραγμάτων μεγάλων ἐπιδραξάμενος εἶη, καὶ εἰς ὑπερφάνους ἀνέλθοι περιωπάς. Δέος γὰρ αὐτὸν ὑποθράττει, μή πως ἀμαθία καὶ θράσει καὶ ὕβρει πορευόμενος τὸν τε θυμὸν τοῦ Θεοῦ εἰς ἑαυτὸν ἐκκαλέσεται καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκκυλισθεὶς ἀποπέσεται, ὧν τέως ἐγκρατῆς γέγονεν. Οἶα καὶ τῷ Σαοῦλ συμβεβήκει ποτὲ· καὶ γὰρ ὁ Θεὸς διὰ τὸ τοῦ βασιλέως ἀτάσθαλον διαβρόχισσον διέβροχξε τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Τούτοις ἀλύων <sup>71</sup> τοῖς λογισμοῖς ὁ Ἀλέξιος καὶ παθαίνόμενος τὴν ψυχὴν μήτου καὶ Θεοῦ ἀντικρυς μῆνιμα γένοιτο (τὸ γὰρ εἰς ὅλην τὴν πόλιν γεγονὸς κακὸν παρ' ἐκάστου <sup>72</sup> τῶν στρατιωτῶν, ὁπόσος τῆνικαῦτα συρφετὸς ἀνὰ πᾶσαν τὴν πόλιν ἐπέβρυσεν, ἴδιον ἐλογίζετο) καὶ ὡς αὐτὸς ὧν ἐκεῖνος ὁ τὰ πάνθεινα ἐκεῖνα κακὰ ἐργασάμενος <sup>73</sup> κατετετρώσκετό τε καὶ ἐξεφλέγετο βασιλείαν, καὶ κράτος, καὶ ἀλουργίαν, καὶ διάδημα λιθοκόλλητον, καὶ ἐσθῆτα χρυσοῦν τε καὶ περιμάργαρον οὐδὲν, ὡς γε τὸ εἶδος, λογίζε-

#### Variae lectiones ex cod. Coislin.

<sup>64</sup> γένοιτο. <sup>65</sup> οἰκοδομηθεῖσαν. <sup>66</sup> εἰσέπει. <sup>67</sup> κατὰ. <sup>68</sup> ἐνστερνισάμενος. <sup>69</sup> καὶ εἰς. <sup>70</sup> Θεοῦ φόβον. <sup>71</sup> ἀλύων. <sup>72</sup> ἐκεῖνου. <sup>73</sup> ἐργασάμενος.

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ

(97) *Διὰ κινναδάρεως.* Leo Grammat. in Leone Philos.: Τοῦτο καὶ πεποίηκεν ὁ βασιλεὺς, γράψας διὰ κινναδάρεως, καὶ ἀποστείλας μετὰ χρυσοβουλίου ἐνδοθεν φαβύλου βραχέως τρακτοῦ. **269** Gregorius II. PP. ad Leon. Isaur. Imp. *Cum litterarum, et non alienæ sigillis imperatoris obsignatæ essent, ac accurate intus subscriptiones per cinna-barim propria manu tua, ut mos est imperatoribus*

*subscribere,*

(98) *Ἐν τοῖς κατὰ τὴν μονὴν.* Vide et confer Zonaram. Palatium Manganorum exstruxit Basil. Macedo, ut auctor est Scylitzes. In interiore Philopatium statuit Nicetas, qui præterea ab Andronico Comneno destructum refert. Vide Tract. nostrum de cap. S. Joan. B. cap. 8, n. 8.

μενος πρὸς τὴν τότε κατασχοῦσαν ἀπεριήγητον συμφορὰν τὴν βασιλῖδα τῶν πόλεων. Τὰ γὰρ περιστοιχίσαντα <sup>76</sup> ταύτην δεινὰ κατ' ἐκείνου καιροῦ οὐδεὶς ἂν καὶ θέλων διηγῆσασθαι <sup>75</sup>. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὰ ἱερὰ, καὶ τεμένη, καὶ τὰ κοινὰ, καὶ τὰ ἴδια, ἀπανταχθὲν ὑπὸ πάντων καθηρπάζοντο· τὰ δὲ ὅτα τῶν ἀπάντων κατακεκρότηντο ταῖς ῥιπτουμέναις ἀπανταχοῦ βραῖς καὶ φωναῖς· ἐπερ ἂν τις ἰδῶν σεισμὸν <sup>76</sup> εἶπαι τὸ γινόμενον. Ταῦτα εἰς νοῦν βαλλόμενος ὁ Ἀλέξιος ἠνιᾶτό τε τὴν ψυχὴν καὶ κατεσπαράττετο καὶ οὐκ εἶχεν ὅ τι τῷ πλήθει τῆς λύπης χρῆσαιτο. Ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ εἰς αἰσθησὶν ἐλθεῖν τοῦ κακῶς πεπραγμένου παντάπασιν ὀξύτατος. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ προγεγοῦτα ἐφ' οἷς ἡ πόλις πονηρῶς ἐπραξεν, ἦδει μὲν ὡς ἐτέρων χεῖρες καὶ γνῶμαι διενηργήκασι, ἀλλὰ συνήθει καὶ τοῦτο γὰρ ἀκριβέστατα, ὅτι τὰς ὑποθέσεις καὶ τὰς ἀρχὰς τοῦ πάθους αὐτὸς δέδωκεν· αὐτῷ δὲ πάλιν τῆς ἀποστασίας αἴτιοι οἱ ἦδη ῥηθέντες δοῦλοι γεγονάσιν. Ἀλλὰ καὶ ὡς αὐτῷ τὴν ἅπασαν προσάπτων αἰτίαν θεραπεῦσαι τὸ τραῦμα καὶ ἐπεζῆται καὶ ἤθελεν· οὕτω γὰρ ἂν καὶ μετὰ τὴν τοιαύτην θεραπείαν καὶ τῶν <sup>77</sup> τουτοῖν καθαρμῶν ἐπιχειροῖη τοῖς τῆς βασιλείας πράγμασι καὶ τὰ κατὰ γε [τε] τὸν στρατὸν κατὰ τε τοὺς πολέμους καλῶς διεθῶνοι καὶ διεξάγοι. Προσέρχεται τοῖσιν τῇ μητρὶ, ἀνακοινοῦται τὸ ἐπαινετὸν πάθος ἐκείνου, θεραπείας τρόπον ἀναζητεῖ καὶ ἀπαλλαγῆς τῶν ὑποκνιζόντων αὐτοῦ τὴν συνείδησιν. Ἡ δὲ ἀσπάζεται τὸν υἱὸν καὶ ἀσμένως δέχεται τὰ λεχθέντα. Μετακαλοῦνται τοῖσιν (τούτου συνδόξαντος) τὸν τε πατριάρχην Κοσμάν <sup>78</sup> (οὐπω γὰρ τὸν τότε <sup>79</sup> τὸν θρόνον παρήτητο) καὶ τινὰς λογάδας τῶν τῆς ἱερᾶς συνόδου (99) καὶ τοῦ μοναχικοῦ συντάγματος. Πρόσεισι τούτοις ὁ βασιλεὺς ὡς ὑπόδικος, ὡς κατάκριτος, ὡς εὐτελής ἢ <sup>80</sup> καί τις ἄλλος τῶν ὑπ' ἐξουσίᾳ <sup>81</sup> τεταγμένων, καὶ τὴν ψῆφον ὅσον οὐδέπω καρδοκοῦντων, ἦν κατ' ἐκείνου ψηφίζεται τὸ δικαστήριον. Ἐξαγγέλλει πάντα, μὴ προβολῆν, μὴ συγκατάθεσιν, μὴ πρᾶξιν, μηδὲ αἰτίαν τῶν πεπραγμένων παραδραμῶν, ἀλλὰ πάντα <sup>82</sup> μετὰ φόβου καὶ αἰσθεως· ἐξαγορευσάμενος, καὶ τὴν θεραπείαν ἐξ ἐκείνων θερμῶς ἐξαιτεῖ, ἐπιτιμῶσις αὐτὸν καθυποβάλλων. Ὁ <sup>83</sup> δὲ οὐκ αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ ταύτου αἵματος προσήκοντας καὶ πρὸς τὴν ἀποστασίαν συναραμένους τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμῶσις καθυποβάλλουσιν, νηστείαν, καὶ χαμουνίαν, καὶ τὰ τούτοις ἐφεπόμενα πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ <sup>84</sup> ἐξιλέωσιν ἐπιτάξαντες. Δεξάμενοι δὲ τὰ ἐπιτίμια προθύμως ἐφύλαττον <sup>85</sup>. Ἀλλ' οὐδὲ αἱ <sup>86</sup> σφῶν αὐτῶν γυναῖκες

A ipse sibi, et tanquam proprius atque unus auctor actorque talium omnium sic convulnerabatur urebaturque ininis præcordiis ingenti vi pœnitentiæ, quam non imperium, non purpura, non diadema contextu gemmarum efflorescens, non vestis auro collucens **S**1 et unionibus, ulla ex parte consolabatur. Horum enim fructum omnem amarissimo luctu obrutum corrumpibat occurrens semper animo tristissima imago afflictæ conculeatæque ludibriis contumeliisque omnibus, atque extrema calamitate obtritæ Augustæ urbis. Sane quantum in illam tum malorum ingruerit nemo fando assequi unquam queat. Nam et privata et publica et sacra maximeque religiosa expilata direptaque sunt avarissime passim ab omnibus: tantique ac tam varii miserabiliter lamentantium questus audiebantur, ut terræ motu periclitari urbem crederes: nihil horum fugiebat sensum fallebatque memoriam Alexii, hominis quo nemo erat aut perspicacior aut promptior ad iudicium expers gratiæ de suis ipsius prave factis ferendum. Nam cum ipse patronus sui sibi suggereret militum eam fuisse culpam, respondebat a se occasionem, licentiam, et initium iis sceleribus datum rebellionem ipsa, cuius licet in servos illos insidiatores rejicere invidiam poterat, malebat sibi ascribere ac propriæ conscientiæ curandæ per dolorem ac pœnitentiam vacare potius, quam alienæ accusandæ: sic statuens se tum demum auspicatum ac felix capessendæ reipublicæ domi militiæque initium habiturum, si non nisi eluta labe culpisque procuratis per religiosa piacula, manum mentemque gubernaculis rerum admove-ret. Ab hoc proposito matrem adit eique laudabilem illam suam perturbationem aperit, simul exquirat modum sedandi morsus conscientiæ. Illa filium maternelæ excipit, consolatur, collaudat, libenterque recipit se facturam quod petebat. Communiter igitur consilio habito advocat patriarcham Cosmam (nondum is dignitati renuntiaverat) cumque eo præcipuus quosque ex sacra synodo et ordine monachorum. Ad hos in unum congregatos ingreditur imperator rei habitu cultuque, nec rei tantum, sed jam condemnati; sic vestitus, sic oculus sic vultum ferens, plane ut vilissimus de plebe quispiam coram iudicibus assisteret, mox atrum in ejus caput calculum daturis. Hic jam cuncta confitetur, non primum impetum ac cogitationem, non consensum, non progressionem in opus et executionem, non finem et scopum propo-

#### Variorum lectiones ex cod. Coislino.

<sup>76</sup> περιστοιχίσαντα. <sup>75</sup> διηγῆσασθαι δυνήσεται. <sup>76</sup> χισμὸν. <sup>77</sup> τὸν. <sup>78</sup> Deest vox Κοσμάν. <sup>79</sup> γὰρ τότε. <sup>80</sup> ἢ. <sup>81</sup> ἐξουσίαν. <sup>82</sup> Desunt voces μὴ προβολῆν, μὴ συγκατάθεσιν, μὴ πρᾶξιν, μηδὲ αἰτίαν τῶν πεπραγμένων παραδραμῶν, ἀλλὰ πάντα. <sup>83</sup> οἱ. <sup>84</sup> θελοῦ ἐδέξαντο. <sup>85</sup> ἐδέξαντο. <sup>86</sup> Deest vocula αἱ.

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(99) Τῆς ἱερᾶς συνόδου. Divisa et distributa olim fuerit officia Magnæ ecclesiæ Constantinopolitanæ in ix Pentadas. Harum prima, magnium œconomiū, magnium sacellarium, magnium chartophylacem, chartophylacem, et curatorem sacelli

continebat. Atque isti erant præcipui patriarcharum consiliarii et assessores, solique jus habebant sedendi in synodo cum patriarcha: ὅσοι κἀθηγῆται ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ συνόδῳ μετὰ τοῦ ἀρχιερέως, ait Codinus.

situm in toto illo facinore præteriens, quin singularim cum magna et timoris Dei et vivæ fidei significatione exponeret omnia: rogans ad hæc ut morbo cognito pro sua peritia et potestate mederentur; nec pœnis ac suppliciis parcerent quibus se ultro ferebat obnoxium. At illi non solum Augustum, sed alios quoque sive sanguine ipsi sive **82** amicitia conjunctos, qui defectionis quoquo modo participes adiutoresque fuerant, iisdem omnes piaculis subiiciunt, præscripto ipsis jejunio, humicubatione, cæterisque quæ cum his injungi solent pœnitentiam profitentibus, ad reconciliationem cum Deo impetrandam. Libenter acceperunt subiereque sententiam cuncti. Nec ipsæ mulieres eorum immunes squaloris

ac luctus istius esse sustinuerunt: vicinque armorum ac rebellionis participes esse nequivissent: pertinere siquidem ad nuptialis necessitudinis et charitatis officium putabant etiam incommoedorum in quibus versari viros suos cernerent, ultro communicationem appetere. Voluntarie igitur se adiungunt conjugi quæque suo, ad jugum pœnitentiæ communi patientia trahendum. Itaque videre erat per id tempus palatium universum plenum lacrymarum ac luctus. Luctus non ignavi ac vituperabilis, animi abjecti imbecillitatem prodentis: sed honesti ac laudabilis, gaudiumque procuraturi nunquam auferendum. Qua in re imperator non minus eminebat quam in cæteris; quippe qui religionem longe pluris quam aliorum quidvis faceret. Itaque sub purpura saccum cilicinum nudæ cuti adnotum gestabat per dies noctesque quadraginta, non alio per id tempus ad somnum excipiendum lecto utens quam humo ac pavimento, lapide autem pro cervicali ad fulciendum caput. Atque hac tandem religione perfunctus sic demum puras manus regni gubernaculis admovit.

Cum autem exonerare negotiorum curam a se in providentiam matris suæ percuperet, initio tamen arcanum id consilium habuit: veritus ne si præ se ferret, perterrita ea metu imminentis molis, festinaret exsequi quod dudum parturiebat animo propositum recedendi a regia, vitæque ad processionem vulgari sublimioris transeundi. A qua illam Alexius ut sensim cogitatione abduceret, itabat ad illam consilii ejus exquirendi causa, nec quidquam quamvis minutum ac facile ipsa non consulta expediebat. Sic paulatim assuefaciens illam gubernationi, sibi in dies arctius indissolubiliusque devinciens, planeque illi persuadere atque aliis satagens, in uua matris providentia se spem habere repositam imperii bene gerendi, quod absque consilio ejus foret, pessum iturum videretur. Illa vero quanquam magno pondere in secedendi cogitationem propendebat, nihilque libentius quam monasterium in quo vitæ reliquum quiete transigeret cum mente agitabat, tum affectabat votis, tamen charitate filii, quo affectu nulli mulierum cedebat, vehementer impellebatur ad conferendam suam operam magnam rem aggresso, navemque nec firmam nec instructam satis iratis mari cœloque, cum præsentis periculo regenti nato: præsertim adhuc **83** inexperto, nunquam primum istos ventos, istos fluctus sentienti, nondum, inquam, usu rerum et

ἔξω τῶν ἐπιτιμίων ἐστάναι ἠνεχόντο· πῶς γὰρ φιλανδρῶν οὐσαι; ἀτόμολοι δὲ τὴν τῆς μετανοίας ζυγὸν ἀναδέχονται. Καὶ ἦν ἰδεῖν τὰ βασίλεια τότε δακρύων καὶ πένθους ἀνάμιστα, πένθους οὐκ ἐπιψόγου οὐδ' ἀσθένειαν ψυχῶν κατηγοροῦντος, ἀλλ' ἐπαινετοῦ καὶ χαρᾶς προξένου τῆς κρείττονος, καὶ μηδέποτε λυομένης. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ὅποιοι ἐκεῖνος τὴν εὐσέθειαν πλέον τι <sup>87</sup> ποιῶν, ἐντὸς τῆς βασιλικῆς ἀιουργίδος σάκκον περιεθέβλητο ἐν χρῶ ψαύοντα τῆς σαρκὸς ἐπὶ τεσσαράκοντα νυχθημέροις. Ἐν δὲ ταῖς νυξὶ χάμεινης ἔκειτο ἐπὶ πέτρας μόνον ἀνέχων τὴν κεφαλὴν καὶ πενθῶν ὡς εἰκόσ. Εἶθ' οὕτως τῶν τῆς βασιλείας πραγμάτων ἀγναῖς ἀπειται χερσίν.

Όιακοστρόφον δὲ μάλλον ἑαυτοῦ τὴν μητέρα ἡμερόμενος; <sup>88</sup> εἶναι, τὴν βουλὴν ὑπεβρύχειον τῶς εἶχε, δεδιὼς μὴ τοῦ τοιοῦτου γνωσθέντος αὐτῇ λογισμοῦ καὶ τῶν βασιλείων ἐξέλθοι, πρὸς ὑψηλότερον βίον (1) γινώσκων αὐτὴν ἀποδιέπουσαν. Ἐν πᾶσι μὲν οὖν τῆς <sup>89</sup> προσπίπτουσι βουλῆς αὐτῆς ἄτερ μὴδὲ τὸ τυχεῖν ἦν ἐνεργῶν, ἀλλὰ κοινῶν εἶχε τῶν βουλευμάτων ὁμοῦ καὶ συλληπτορα τὴν μητέρα <sup>90</sup> καὶ καταμικρὸν ὑφέρπων αὐτῇ, καὶ κοινοποιούμενος τὴν τῶν πραγμάτων διοίκησιν. Καὶ πού καὶ φανερώς ἐνδεικνύμενος ὡς ἄτερ τῆς ἐκεῖνης φρενὸς καὶ γνώμης ἀπολείται τῆς βασιλείας; τὰ πράγματα. Οὕτως εἶχε καὶ ξυνεδέσμευι πλέον ἑαυτῷ <sup>91</sup> τὴν μητέρα, καὶ τοῦ κατὰ σκοπὸν ἀπέργε καὶ ἀπεκώλυεν. Ἡ μὲν γὰρ πρὸς σταθμὸν ἀπέδλεπεν ἔσχατον, καὶ μονὰς διενόετο, ἐν αἷς τὸν ἐπιλοιπον χρόνον μετ' εὐφρονος λογισμοῦ ἐλκύσει τοῦ βίου. Καὶ ταῦτ' ἐνδεί καὶ ἑαυτῇ διὰ παντὸς ἐπιτύχετο τεύξασθαι. Ἄλλ' εἰ καὶ τοιαῦτα κατὰ νοῦν συνδιεσκοπεῖτο καὶ ὅλως πρὸς ὑψηλότερον ἐνητένιζε βίον, ἀλλ' ἦν γε καὶ φιλόπαις εἶπερ τις ἄλλη γυνή, καὶ πως ἠδούλετο συνδιενεγκεῖν μετὰ τοῦ υἱοῦ τὸ τῆς βασιλείας κλυδώνιον, καὶ οὐριοδομοῦσαν τὴν ναῦν ἧ καὶ πανταχόθεν βαλλομένην τοῖς κύμασιν, ὡς ἄριστα οἰακοστροφῶν <sup>92</sup> καὶ μάλιστα τοῦ παιδὸς ἄρτι ἐπὶ τὴν πρύμναν καθίσαντος, καὶ τῶν οἰάκων ἐφαφασμένου, καὶ μήπω πρώην θαλάττη καὶ

#### Variae lectiones ex cod. Coislin.

<sup>87</sup> εὐσέθειαν ἦν πλέον τι. <sup>88</sup> βουλόμενος. <sup>89</sup> τοῖς. <sup>90</sup> Desunt voces τὴν μητέρα. <sup>91</sup> ἑαυτοῦ. <sup>92</sup> οἰακοστροφεῖν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(1) Ὑψηλότερον βίον. Vide Zonaram, p. 234.

κῦμασι καὶ ἀνέμοις ὠμιληκῶτος τοιούτοις. Ταῦτα δὲ λέγουσα, τὴν τῆς βασιλείας ἀνίσταμαι πολυμερῆ καὶ πολυτάρακτον<sup>88</sup> ὄχλησιν. Τὸ τοίνυν μητρῶον πάθος κατεῖχεν αὐτήν, καὶ συνδιεκυβέρνηα τῷ υἱῷ καὶ βασιλεῖ καὶ τὰς ἡνίας ἔστιν ὅπου καὶ μόνη παρηλαβοῦσα, ἀπροσπαίσιτως τε καὶ ἀναμαρτήτως τὸ ἔργον τοῦ κράτους ἤλαυεν. Ἦν γὰρ καὶ φρενήρης ἄλλως καὶ βασιλείως γνώμη αὐτόχρομα καὶ θρόνων καταρῥωσις ἄνθεισκε δὲ ταύτην ἐκ θατέρου καὶ ὁ πόθος ὁ πρὸς Θεόν. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸν Αὐγουστον μῆνα (2) ἐπινεμήσως τῆς αὐτῆς ἔτι τρεχούσης ἡ τοῦ Ῥομπέρτου διαπεραιώσις τοῦτον ἐξεληθεῖν κατανάγκαζεν, εἰς φῶς ἦδη καὶ ἔργον τὸ τῆς ψυχῆς ἐννόημα ἐξάγων, τὴν αὐτοκράτορα διοίκησιν τῇ μητρὶ καὶ μόνη ἀπεκλήρωσατο, καὶ διὰ χρυσοβούλλου λόγου τὰ βεβουλευμένα εἰς προῦπτον πᾶσι κατέστησεν. Ἐπεὶ δὲ τὸν ἱστορίαν συγγράφοντα οὐ παχυμερῶς τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν πράξεις καὶ τὰ θεῖα ἔργα παραπέμπειν χρεῖ, ἀλλὰ τὰς μὲν καταλεπτύνειν ὡς ἐνόν, τὰ δ' ἐκείνοις δεδογμένα ἐκτίθεσθαι, εἰμὶ<sup>89</sup> καὶ αὕτη τοῦτον τὸν τρόπον τὰ τοῦ βῆθντος χρυσοβούλλου ἐκθρομένη, τὰς τοῦ γραφῆως μόνον κομφείας<sup>90</sup> περιελούσα ἔχει δὲ οὕτως. *Locumque indicasse contenti, etiam ipsis æternis tantæ rei monumentis intextendis huic operi plenioram ejus distinctiorumque notitiam posteritati transmittamus descriptione istius ipsius bullæ aureæ, quam hic deinceps cum fide reddimus, superfluo duntaxat scriptoris ornatu detracto.*

Τὰ τοῦ χρυσοβούλλου τοῦ γεγονότος περὶ τῆς διοικήσεως τῶν κοινῶν τῇ μητρὶ τοῦ βασιλέως.

Οὐδὲν ἰσοστάσιον μητρὸς συμπαντοῦς καὶ φιλόπαϊδος, οὔτε ταύτης ἰσχυρότερον φυλακτήριον, κἂν κίνδυνος προορᾶται, κἂν ἄλλο τι τῶν ἀπεικταίων λογίζοιτο [ἐλπίζοιτο]. Εἰ γὰρ βουλευέται αὕτη, πάγιον ἔσται τὸ βούλευμα ἢ εἰ ἐπέυξεται, στήριγμα ἔσονται αἱ εὐχαὶ καὶ φύλακες ἀκαταγνώστοι. Τοιαύτη γοῦν καὶ τῇ βασιλείᾳ μου ἐφάνη<sup>91</sup> ἐξ αὐτῆς τῆς ἀτελοῦς ἡλικίας πρακτικῶς ἡ ἡγιασμένη μήτηρ αὐτῆς καὶ δέσποινα, τὰ πάντα μοι γεγонуῖα, καὶ τροφὸς καὶ ἀναγωγός. Καὶ γὰρ τῷ συγκλητικῷ καταλόγῳ αὐτῆς συνουσίας, μητρὸς πόθος προέδραμε, καὶ υἱοῦ πίστις ἀκεραία συνετηρήθη. Μία ψυχὴ ἐν βῆρημένοις σώμασιν διεγνώσθη<sup>92</sup>, καὶ χάριτι Χριστοῦ καλῶς δετηρήθη μέχρι τοῦ νῦν, οὐ τὸ ἐμὸν, ἢ τὸ σὸν, τὸ ψυχρὸν τοῦτο ἔφημα ἐρῶρηθη, καὶ τὸ δὴ μεῖζον, ὅτι αἱ αὐτῆς εὐχαὶ τὸν πάντα χρόνον πληθυνόμεναι εἰς τὰ ὦτα Κυρίου εἰσέδυσαν, καὶ εἰς τὸδε τὸ ἔτος<sup>93</sup> τῆς βασιλείας ἡμᾶς<sup>94</sup> ἀνήγαγον. Ἄλλ' ἐπεὶ καὶ μετὰ τὸ ἐπιλαβέσθαι τῶν τῆς βασιλείας σκῆπτρων οὐκ ἔφερε μὴ συμπονουμένη ἐπίσης τῇ βασιλείᾳ μου, καὶ τοῦ συμφέροντος αὐτῆ ἀντεχομένη

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>88</sup> πολύτεχον καὶ πολυτάραχον. <sup>89</sup> εἰμὶ. <sup>90</sup> κομφείας. <sup>91</sup> Deest vox ἐφάνη. <sup>92</sup> ἐγνώσθη. <sup>93</sup> ὕψος. <sup>94</sup> Deest vox ἡμᾶς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(2) Κατὰ τὸν Αὐγουστον μῆνα. Non sibi constat hoc loco Anna. Nam lib. 1, pag. 57, Brundisio solvisse Robertum narrat sub hævem, sole ad Australes circulos et Capricornum vergente. Hic

A præteritorum memoria subacto quantum oportet ad multiplicem et spissam publicæ rei procuracionem, in tanto imperio tamque male affecto, ac tot undique tantisque hostibustentato. Evicit igitur maternus amor ut commodare manum filio mater ad habenas imperii tractandas, ipsumque quasi currum reipublicæ aurigæ vicem ipsa interdum sola vellet incitare, inoffenso cursu semper ac prospero. Erat enim prudentissima et regnis nata moderandis. Postquam autem nuntiata mense Augusto currentis adhuc indictionis irruptione ac trajectione Roberti cogi se ad prodeundum illi obviam cum copiis sensit Alexius, maturum id tempus ratus arcani hactenus sui de matre rebus præficienda consilii prodendi patrandique, auream palam bullam edidit qua matri suæ uni administrationem plenam rerum imperii universarum attribuit. Quoniam vero ad officium historici pertinet non solum designare summam consultam gestaque virorum præstantium, verum etiam in iis subtilius enucleatisque edisserendis exactiori diligentia versari: age nos quoque piun Alexii affectum in matrem non quomodo locumque indicasse contenti, etiam ipsis æternis tantæ rei monumentis intextendis huic operi plenioram ejus distinctiorumque notitiam posteritati transmittamus descriptione istius ipsius bullæ aureæ, quam hic deinceps cum fide reddimus, superfluo duntaxat scriptoris ornatu detracto.

*Bulla aurea imperatoris Alexii Comneni, qua matri suæ plenam potestatem tribuit rerum imperii administrandarum.*

Nihil comparabile bonæ matri et bona malaque suæ prolis ducenti propria; nullum illo amuletum præsidiumque potentius: seu providetur imminens periculum, seu triste aliquid aut illatibile timetur. Siquidem illa sive in periculi provisione consilium suggererit, erit id firmum et efficax: sive ad malum arcendum humana vi potentius preces ad Deum ac vota direxerit, erunt ea instar invictorum satellitum adversus quantavis insidias latera utique ac salutem tutantium. Id adeo experientia nos ipsi longa comperimus, in sanctæ ac venerabilis parentis nostræ ac dominæ providentiæ usque a prima ætatula ad hanc diem educati. Hæc enim nutrix, hæc institutrix, hæc una plane omnia nobis fuit. Quare cum illa nos ex suo sinu in senatum ac reipublicæ tractationem jam solutos emancipatosque dimitteret, non tamen tamen ejus hactenus impensi amoris oblivisci nos aut obsequii semper illi debiti potuimus, sed præcedens matris amor consequentem ac respondentem habuit filii pietatem, omnibus fidei **84** officiisque testatam docu-

vero, et pag. 98, Augusto mense, lib. iv, pag. 102, 105, Julii 17 die, ea ipsa qua coronatus est Alexius indictione 4. Vide Malaterram, lib. iii, cap. 24.

mentis. Unus sensus, una concordia, una in corporibus anima duobus perspecta semper est, charitasque per Christi gratiam tanta inter nos hactenus tamque fuit integre servata ut nec sono tenus atque aurium, mentione mei ac tui, frigidum illius verbi, perstricta unquam libataque fuerit. Cujus rei cum alios fructus cepimus, tum illum maximum: quod cum illam nostri charitas ad vota facienda pro nobis precesque religione atque officio incensas apud Deum assidue fundendas impulerit, iis, ut pie credimus, exoratum cœlestis numen nos in istum imperii apicem extulit. Ex quo illa tempore nunquam cessavit, quasi ut priorem benignitatem novis semper cumularet meritis, in laboris partem ultro accedere, nostrasque curas ac sollicitudines partim consolari miserando, partim suggerendo consilio in commune utili sublevare ac minuere. Cum igitur majestas nostra in procinctu expeditionis necessariæ et Deum ut confidimus habituræ faventem adversus hostes Romanicæ, delectibus habendis et tota constituenda militari disciplina supra modum occupata sit: eidemque tamen ex parte alia, non minus operosa, nec minus nostri officii propria rei judicialis et politicæ negotia impendeant, tot simul curis recte defungendis vix satis pares nihil melius ducimus quam si earum quas diximus rerum omnium administrationem sapientiæ venerabilis ac sanctæ matris nostræ committamus.

Decernimus igitur ac præsentī diplomate bulla aurea munito sancimus, ut prædicta venerabilis mater nostra, pro magna qua pollet peritia rerum humanarum ac sæcularium, tametsi eas semper religioso animo contempsit, plenam deinceps potestatem habeat rerum omnium pro suo nutu arbitrioque constituendarum, seu viva voce, seu scripto, sive is ad eam retulerit qui rei universæ judicariæ præest, sive inferiorum illo officialium quilibet, qui vel commentariorum vel libellorum, vel sententiarum curam gerat, horum cuiusvis quidquid illa responderit, quidquid etiam in cætera politicarum rerum gubernatione; puta rationibus fisci, et remissione publicorum debitorum in populi egentis sublevationem relaxanda; plane ratum haberi nobisque imputari præcipimus, nihiloque minoris obtinere firmitatis robur, quam si ab ipsa præsentē, pronuntiante, dictanteque serenitate nostra staterentur. Quæcunque, inquam, ab ipsa dubiorum oborientium solutiones ac responsa proferentur, quæcunque præcepta, scripta, non scripta, cum

A καὶ τοῦ κοινοῦ, ἐτοιμαζομένη δὲ ἡδὴ ἡ βασιλεία μου σὺν Θεῷ πρὸς τὴν κατὰ τῶν ἐχθρῶν τῆς Ῥωμανίας ἐξέλευσιν, διὰ φροντίδος μὲν πολλῆς ποιεῖται καὶ τὴν τοῦ στρατιωτικοῦ συλλογὴν τε καὶ διευθέτησιν, οὐκ ἐλάχιστον δὲ ταύτης νενόμισται καὶ ἡ περὶ τῆς τῶν σεκρετικῶν (3) τε καὶ πολιτικῶν πραγμάτων διοικήσεως φροντίς. Εὖρε γοῦν οἶον ἀριστοκρατίας ἀνεπιβούλευτον ὄχυρῶμα, ὡς ἂν τῇ ἡγιασμένη καὶ πανεντιμότητῃ μητρὶ αὐτῆς ἀνατεθῇ ἡ τῶν ἀπάντων διοίκησις.

Διορίζεται γοῦν ἡ βασιλεία μου καθαρῶς διὰ τοῦ παρόντος χρυσοβούλλου, ἵνα δι' ἣν ἔχει πολυπειρίαν περὶ τὰ βιωτικά πράγματα, εἰ καὶ τέλειον τούτων καταπεφρόνηκεν, ἅπερ ἂν ἔγγράφως διορίσῃται, κὰν παρ' αὐτοῦ ἠπροεστῶτος τῶν σεκρετικῶν (4) ἀναφέρωνται ἡ τῶν ὑπ' αὐτὸν σεκρετικῶν ἡ τῶν ἄλλων ἀπάντων, ὧν αἱ ὑπομνήσεις ἢ αἰτήσεις ἢ κρίσεις ἐτοιμασθήσονται ἐπὶ συμπαθείαις δημοσιακῆς ὀφλημάτων, τὸ κύρος ἐξοῦσι μόνιμον, ὡς παρὰ τοῦ γαληνίου κράτους τῆς βασιλείας μου οἰκονομούμενα, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ στόματος αὐτῆς τὰ γραφέντα ἀποστοματιζόμενα. Οἷαι γὰρ ἂν λύσεις παρ' αὐτῆς ἀποφανθήσονται, ἢ καὶ προστάξεις ἔγγραφοι ἢ ἀγραφοι, κὰν εὐλογοὶ κὰν ἀνεύλογοι, σφραγίδα φέρουσαι αὐτῆς τὴν μεταμόρφωσιν καὶ τὴν κοίμησιν (5), ὡς αὐτῆς τῆς βασιλείας μου λογισθήσονται. Τῷ δὲ μηνὶ τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν διοικούντος τὰ σέκρετα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ προβολῶν καὶ διαδοχῶν τῶν σεκρετικῶν, καὶ τῶν θεμάτων ἢ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀξιώμασι καὶ ὀφφικίοις καὶ δωρεαῖς ἀκινήτων βασιλικῶς ἢ ἅγια μητρὶ αὐτῆς ἐξεῖ ἀδειαν, δ δόξει

Διορίζεται γοῦν ἡ βασιλεία μου καθαρῶς διὰ τοῦ παρόντος χρυσοβούλλου, ἵνα δι' ἣν ἔχει πολυπειρίαν περὶ τὰ βιωτικά πράγματα, εἰ καὶ τέλειον τούτων καταπεφρόνηκεν, ἅπερ ἂν ἔγγράφως διορίσῃται, κὰν παρ' αὐτοῦ ἠπροεστῶτος τῶν σεκρετικῶν (4) ἀναφέρωνται ἡ τῶν ὑπ' αὐτὸν σεκρετικῶν ἡ τῶν ἄλλων ἀπάντων, ὧν αἱ ὑπομνήσεις ἢ αἰτήσεις ἢ κρίσεις ἐτοιμασθήσονται ἐπὶ συμπαθείαις δημοσιακῆς ὀφλημάτων, τὸ κύρος ἐξοῦσι μόνιμον, ὡς παρὰ τοῦ γαληνίου κράτους τῆς βασιλείας μου οἰκονομούμενα, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ στόματος αὐτῆς τὰ γραφέντα ἀποστοματιζόμενα. Οἷαι γὰρ ἂν λύσεις παρ' αὐτῆς ἀποφανθήσονται, ἢ καὶ προστάξεις ἔγγραφοι ἢ ἀγραφοι, κὰν εὐλογοὶ κὰν ἀνεύλογοι, σφραγίδα φέρουσαι αὐτῆς τὴν μεταμόρφωσιν καὶ τὴν κοίμησιν (5), ὡς αὐτῆς τῆς βασιλείας μου λογισθήσονται. Τῷ δὲ μηνὶ τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν διοικούντος τὰ σέκρετα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ προβολῶν καὶ διαδοχῶν τῶν σεκρετικῶν, καὶ τῶν θεμάτων ἢ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀξιώμασι καὶ ὀφφικίοις καὶ δωρεαῖς ἀκινήτων βασιλικῶς ἢ ἅγια μητρὶ αὐτῆς ἐξεῖ ἀδειαν, δ δόξει

#### Varie lectiones ex cod. Coislin.

<sup>1</sup> Deest vocula ἂν. <sup>2</sup> παρὰ τοῦ. <sup>3</sup> Desunt voces καὶ τῶν θεμάτων.

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(3) Σεκρετικῶν. Σεκρετικὰ πράγματα Annæ dicuntur res judiciales, uti recte interpretatur Possinus: σέκρετον enim Græcis mediæ ætatis est tribunal, et forum judicarium. Glossæ Basilic. Σέκρετον, δικαστήριον. Κομιστόριον, βασιλικὸν σέκρετον. Hesychius, σέκρετον, συνέδριον. Nicephorus Cpol. processuum, seu processionum (uti lites appellantur a D. Gregorio, lib. iv, indict. 13, epist. 40) ælem vertit: Τῶν προόδων οἴκους, ἃς Ῥωμαῖοι σέκρετα καλοῦσι. Secretum judicantis, in l. xiv Cod. de fide instrum. Judiciale secretum, apud Ammianum, lib. xv. Secretarium nude et simpliciter apud Severum Sulpitium, lib. iii de Vita S. Martini, et in l. iv Cod. Theod. de exact. In Anastasii Biblioth. Collectaneis, secretarium dicitur locus in quem senatus collectus est. SECRETARIUM AMPLISSIMI SENATUS REPARATUM; in veteri Inscript. apud Gruter. Cl.XX,

5; et Marlianum, lib. ii De topogr. urbis Romæ, cap. 5. Hinc σεκρετικοὶ in Nov. ii Constantini Porphy. et apud Annam, dicti senatores, et judicum assessores: σεκρετικὸν ἀξίωμα, dignitas curialis, seu senatoria, in Jure Græco-Rom.

(4) Προεστῶτος τῶν σεκρετικῶν. Quatuor potissimum secreta, seu fora civilia recenset Manuel Comn. in Nov. Primum, magni Drungarii; secundum, ejus qui προκαθήμενος τῶν δημοσιακῶν δικαστηρίων dicebatur; tertium, τοῦ πρωτασκηχρήτου; quartum denique, τοῦ δικαιοδότου. His omnibus qui præerat προεστῶτος τῶν σεκρετικῶν dicitur Annæ. Laudat porro hunc locum Cujacius ad tit. vii C. de primicer. lib. xii. Vide Notata ad pag. 157.

(5) Κοίμησις. Assumptionem Deiparæ. Vide Gœtzer. ad Codin.



ταύτη ποιεῖν. Ἄλλὰ καὶ εἴ τινες προβληθήσονται εἰς τὰ ἀσέκρετα, ἢ καὶ εἰς θέματα καὶ διαδεγθήσονται, τιμηθήσονται δὲ καὶ ἐν μεγίστοις ἀξιώμασι, καὶ μέσοις, καὶ ἐλαχίστοις, ἔσονται εἰς τὸ ἐξῆς ἀμετακλήτοι καὶ ἀμετάπτωτοι. Ἄλλὰ καὶ αὐξήσεις ῥογῶν (6), καὶ προσθήκας δόσεων, καὶ συμπαθείας τῶν λεγομένων συνθησιῶν (7), καὶ σχειδευσμούς (8), καὶ ἀποσχιδευσμούς, προστάξει αὐτὴ ἀνευδριάστως καὶ περιεκτικῶς εἰπεῖν, οὐδὲν ἀσυντελὲς λογισθήσεται ὅπερ αὐτὴ κελεύσει ἐγγράφως τε καὶ ἀγράφως. Τὰ γὰρ ῥήματα ταύτης καὶ τὰ προστάγματα ὡς τῆς βασιλείας μου λογισθήσονται, καὶ οὐδὲν τούτων ἀθετηθήσεται, ἀλλὰ καὶ κύρια καὶ μόνιμα ἔσονται εἰς τοὺς ἐξῆς χρόνους. Καὶ οὐτε εὐθύνην, οὐτε ἡντιναῶν ἀνάκρισιν ὑποπτεύσει \* νῦν ἢ εἰς τὸ μετέπειτα παρ' οὐτινοσῶν τῶν ἀπάντων οὐτε τις τῶν ἐξυπηρετουμένων αὐτῆς, ἢ αὐτὸς ὁ κατὰ τὴν ἡμέραν λογοθέτης τῶν ἀσρέτων, κἄν ἐλόγα κἄν παρὰ λογα τὰ πραχθηρόμενα δέξῃ. Τὸ γὰρ παντελῶς ἀλογοπράγητον \* ἐξοῦσιν ἐσαεῖ ὅποια ἂν καὶ εἴη τῷ παρόντι χρυσοθύλλῳ λόγῳ στηριζόμενα.

A causa, vel sine causa, impressa modo sigillo ejus, quod Transfigurationis et Mortis icones exhibet, omnino sic accipi haberique volumus, tanquam a nostra ipsa majestate summi jure imperii præscripta mandataque. Mense quoque ejus qui pro tempore rem judicalem administrat, etiam de promotionibus aut successionibus judicum aliorumve officialium fori ac consistorii, sed et in collationibus præfecturarum militarium, cæterarumque dignitatum et officiorum, insuper in donationibus immobilium quæ regie auctoritati reservatæ sunt, sancta eadem parens nostra liberam quidvis volet decernendi obtineat potestatem. Et quicumque per illam promoti fuerint in consistorianas vel in militares dignitates, aut ejus nutu in eas voluntateque successerint, aut quomodocunque admissi fuerint, promotione auctoritate illius ad honores summos, medios, infimos, immobiliter eos possideant, exerceant, fruantur, ab omni iis excidenti periculo 85 plane securi. Sed et augmenta stipendiorum, incrementa donativo-

#### Variæ lectiones ex cod. Coislin.

\* σχειδευσμούς; καὶ ἀποσχιδευσμούς. \* ὑποπτεύσει. \* εὐλογοπράγητον

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(6) *Αὐξήσεις ῥογῶν.* Rogæ hoc loco est honorarium, sive donativum, quod ab imperatore quotannis magistratibus dabatur, sive erogabatur (unde et vocis etymon), ut infra hoc lib. Ἡ βόγα τῶν δοθέντων εἴκοσι ὀξωμάτων. Et lib. vi: Καὶ αὐτὴν τὸν Δούκα Βενετίας τῶ τῶν πρωτοσεβάστων ἀξιώματι, μετὰ τῆς ἀναλόγου βόγας ἐτίμησεν. Quemadmodum vero ejusmodi rogæ magistratibus, ac proceribus, ab ipso Augusto distribuerebantur, helle narrat Luitprandus, lib. vi *Hist.* cap. 5, qui id fieri solitum scribit ea hebdomade, quæ Ramos Palmarum præcedit. Sic etiam vocabant *dona annua militum*, de quibus Hincmarus, *De ord. palat.* c. 22, aliavæ donativa, quæ iisdem erogabantur ab Augustis, unde et *Augustiaca* dicuntur Marcellino Comiti. Anastasius Biblioth. in S. Deusedit PP. 270 *Et data roga militibus, pax facta est in tota Italia.* Idem in S. Severino: *Miles iste nihil exinde subventus habet, quomodo et rogæ vestræ, quas D. imperator vobis per vices mandavit, ibi sunt a sancto viro reconditæ.* Will. Tyrinus, lib. xviii, cap. 25: *Effusa in populum civitatis, more solito, roga liberatissima.* Interdum roga pro stipendio sumitur. Hinc non semel: *Milites in roga imperatoris. De roga imperatoris legitimus* apud Robertum Monach. lib. ii; Baldricum Dolens. et Raimundum de Agiles. V. O. Gregor. lib. ii, indict. 2, epist. 52; lib. vii, indict. 2, epist. 130.

(7) *Συνθησιῶν.* Συνθήματα Græcis sunt tributa, vectigalia. *Gloss. Græco-Lat., salarium, παροχή, συνθήματα.* Leo in *Tact.* cap. 19, § 18: Ἡ τὸ ὀλοῦν δῶρον παρ' αὐτῶν λαμβάνειν, ἢ τὰς λεγομένας συνθησίας. Sic Latinis *consuetudines* eadem notione, apud Cassiod. lib. i, epist. 2; lib. iii, epist. 25; lib. vii, epist. 2, etc.; Gregor. Turon. lib. ix, cap. 30; Willel. Tyr. lib. iii, cap. 1; lib. xii, cap. 15; lib. xx, cap. 20; Anastas. in Vita PP. pag. 213 edit. Reg. et alios pa. sim.

(8) *Σχιδευσμούς.* Scissiones et rescissiones rerum judicatarum, vel contractarum, postquam solemnibus juris formulis firmate sunt, hic auguratur eruditus interpretes. Verum nemo, opinor, rem adeo injustam in principe justum colente animo concipiet, ut res judicatas solo regie auctoritatis jure contra fas rescindi velit, aut sinat. Quin potius malim σχειδευσμένον hoc loco esse donativorum, seu stipendiorum magistratibus debitorum rescissionem, quam Galli vocant, *retranchement de gages et d'appointements.* Solent enim interdum principes annua officialium suorum stipendia propter majores bellorum, quibus premuntur, impensas, aut omnino, aut ex parte rescindere. Sic ipse Alexius, ut auctor est Zonaras, σπανίζων γρημάτων, τὰς τε τοῖς ἀξιώμασιν ἀνηκούσας ἀνέκαθεν ἐτησίας δόσεις ἐξέκοψε, καὶ τὰς τῶν συκλητικῶν οὐσίας προσσαφηρεῖτο. Eadem habet Glycas. Sic Pachymeres, lib. ii, cap. 14, narrat Andronico Seniore imperatore, exhaustis imperatoris thesauris, ipsas palatinis consuetas erogari rogæ rescissas: Ἐπιταγεθέντων πάλαι καὶ αὐτῶν ῥογῶν, καὶ προσοδίων τοῖς ἐν ἀνακτόροις δουλεύουσιν, ἃ δὴ καὶ βασιλεῖς ἐξ ἀρχαίου εἰς μίσθους ἐτίθειον ἀναγκάσους, τοῖς ὑπηρετουμένοις ἐκείνοις ἐξεκενοῦντο. Et lib. xii, cap. 8: Τὰ γὰρ τῶν μισθῶν τῶν κατὰ τὰ ἀνάκτορα ἐκδουλεύσάντων ἐξεκενοῦντο. Sic denique Philippus VI Francorum rex binis edictis annorum 1337 et 1343, quæ exstant in registris Cameræ Computo. Paris. signatis *Cruz et Pater*; et alii deinceps qui subsequuti sunt reges non semel, iisdem de causis, magistratibus annua exsolvi solita stipendia, aut penitus abrogarunt, vel eorum partem fisco adjudicarunt. Quemadmodum igitur, ut rogæ, sive donativa, augere, ita et rescindere posset, matri concessit Alexius.

nulloque illorum abrogabile aut effectu cassum, omnia, rata, firma, immobilia in omne tempus erunt, nulli examini, cognitioni, retractationi cujusquam omnium unquam obnoxia, nec approbationis confirmationisve ullius, ut plane valeant plenumque effectum sortiantur, egentia. Neque quisquam qui illi ministraverit obsecutusve in aliquo fuerit, neque ipse qui pro tempore fuerit logotheta secretorum, quantumvis bene secusve consueta decretaque videantur quæ mandata fuerint, eo unquam a quoquam nomine vocari in jus ad causamque dicendam rationemve reddendam cogi poterit. Quippe cum omnia quæcumque tandem ac qualiacunque sint quæ mater nostra decreverit ac fecerit, vi præsentis bullæ aureæ vindicata nobis, nostræque auctoritati imputanda planeque in omne tempus rata, firma, valida decernamus, declaremusque.

Hactenus bulla aurea. Quam qui attendet jure utique mirabitur efferetque laudibus pietatem patris mei Alexii Augusti, qui nihil plane sibi reliquum fecerit quominus omnia supremæ potestatis jura decoraque matri filius suæ communicaret, ipsoque adeo imperiali solio ac fastigio, ut matrem loco sui regendo quasi currui reipublicæ præficeret, descendere quodammodo sit visus, circum apparenti ac cursandi, velut ministerii causa, partibus sibi tantummodo reservatis, soloque imperatoris nomine relecto: et hoc ex adolescente jam in virum evadens, qua ætate cupiditas imperandi major esse solet in hominibus sic natis, sicque institutis, talique fortuna usis. At sane non segnem desidiam prætextu materni honoris obtegit, aut otium securum astuta pietate redimit. Nempe bellum in barbaros periculaque illa ac labores sibi deposcit, speciosa et quæstiosa cætera, gubernationem negotiorum, electiones magistratum, vectigalium sumptuumque publicorum rationes, matri committit. Nimum id quidem liberaliter ac prodige, dicat fortasse quispiam, qui aulam in gynæceum transferri, et imperii tanti administrationem universam uni credi mulieri minime probandum putet. Verum is si sciat ac reputet quam exquisita fuerit ejus mulieris prudentia, quanta virtus, quam rara vis ingenii, vituperationem profecto in approbationem statim consilii talis et admirationem vertat. Tanta enim fuit in avia mea dexteritas in gerendis expediendisque rebus, tanta ordinandi digerendique civilia negotia facultas ac quasi capacitas magnæ mentis, ut non tantum Romano imperio quantum erat, sed regnis quæ sub sole sunt omnibus una optime regendis par videri posset. **86** Magna scilicet ex longa experientia usu prædita rerum humanarum, ingenio insuper ad naturas rerum facultatesque negotiorum pervidendas mire solerti: cui numeratum esset ac promptum, unde inchoandum quidlibet? qua et quo provehendum? quæ quibusque adversarentur, quæ quibusque juvandis nata aptaque essent: quid opus facto, celerrime pervidens; id ipsum ad prudenter exsequendum strenua et constans. Nec vero cum tantis ingenii consiliique partibus commendaretur, deficiebat illam lingua; quin habebat facultatem ejus generis innatam quæsitæ similem, naturæ bono, non industriæ beneficio rhetor quæ-

A 'Αλλὰ ταῦτα μὲν τὰ τοῦ χρυσοδοῦλλου. Θαυμάσει δ' ἂν τις ἐν τοῦτοις τὸν ἐμὸν πατέρα καὶ αὐτοκράτορα τῆς εἰς τὴν μητέρα τιμῆς, καὶ ὅπως αὐτῇ παρακεχωρήκει τῶν ἀπάντων, αὐτὸς τῆς βασιλικῆς ἡγίας οἶον ὑπεξιστάμενος, καὶ τρόπον τινὰ ἐποχουμένην τοῦ βασιλικῆς ἄρματος αὐτῇ παραθέων, καὶ ψιλῶ μόνου τοῦ τῆς βασιλείας μετέχων ὀνόματος. Καίτοι κατὰ τὴν ἑλικίαν τὸν μέγαρα ἤδη παρῆλαττε, καθ' ὃν μάλιστα καιρὸν ἐπιφύεται τοῖς τοιοῦτοις ἤθεσιν ὁ τῆς φιλαρχίας ἔρωσις. Τοὺς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς Βαρβάρους πολέμους καὶ ὅσα τῶν ἀθλῶν καὶ τῶν ἀγώνων ὑπῆν, αὐτῆς ἀνεξώσατο, πᾶσαν δὲ τῶν πραγμάτων διοίκησιν καὶ πολιτικὰς ἀρχὰς, καὶ τοὺς περὶ τῶν εἰσφορῶν λόγους, καὶ τῶν ὑπὲρ τῆς βασιλείας ἀναχωμάτων ἑ τῇ μητρὶ κατεπίστευσε. Καὶ ἴσως μὲν ἂν τις ἐνταῦθα γινόμενος καταμέμψοιτο τὴν οἰκονομίαν, ὡς γυναικωνίτιδι καταπιστευσάντος τοῦμοῦ πατρὸς τὴν τῆς βασιλείας διοίκησιν. 'Αλλ' εἰ τὸ φρόνημα τῆς γυναικὸς ἡπίστατο, καὶ ὅση τις ἦν ἀρετὴν καὶ τὸν νοῦν καὶ ὅπως εἶχε δραστηριότητος, ἀφήμενος μὲμψεως πρὸς θαῦμα τῆν μέμψιν μετέβαλε. Τοσαύτη γὰρ ἡ ἐμὴ μάμμη περὶ τὰ πράγματα δεξιωτάτη καὶ τάξει καὶ καταστήτασθαι πολίτειαν εὐμήχανος, ὥστε μὴ μόνον τὴν Ρωμαίων ἀρχὴν διοικεῖν δύνασθαι, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν τὴν ὅπου δῆποτε βασιλείαν ὀπόσῃν ἤλιος ἐφορᾷ. Πολυπειρὸς τε γὰρ ἦν καὶ πολλῶν πραγμάτων ἐγίνωσκε φύσεις, καὶ ὅπως ἀρχεται, καὶ εἰς ὃ κατανήσειεν ἕκαστον ἐξῆπιτάτο, καὶ τίνα μὲν τίνων εἶσιν ἀναίρετικὰ, τίνα δὲ μᾶλλον ἐπιβρῶννυσιν ἕτερα, ὁξωτάτη τε τὸ δέον καταμαθεῖν καὶ μετὰ ἀσφαλείας καταπράξει δαινή. Καὶ οὐκ ἦν μὲν τὴν γνώμην τοιαύτη, γλῶτταν δὲ εἶχεν ἀπόδουσαν πρὸς τὴν γνώμην· ἀλλ' ἦν αὐτόχρημα βήτωρ πιθανότητος<sup>8</sup>, καὶ οὕτως ἄλλος καὶ εἰς μῆκος τοὺς λόγους ἐκτείνουσα, οὕτε ταχέως ἀπελιμπανεν αὐτὴ τὸ πνεῦμα τοῦ λόγου, ἀλλ' ἐπικαίρως ἀρξαμένη εἰς τὰ καιριώτατα πάλιν κατέληγε. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς θρόνος αὐτῆν παρεγκμακυῖον κατέλιθεν, ὅτε καὶ μᾶλλον τὸ φρονοῦν ἤκμαζε καὶ ἡ σύνεσις ἐπήνθει καὶ ἡ περὶ τὰ πράγματα ἐπιστήμη συνήκμαζεν, ἐξ ὧν οἰκονομία καὶ διοικήσεις τὸ κράτος ἔχουσιν. Ἐχει δὲ ὡς ἡ τοιαύτη τὸ εἶδος ἡλικία οὐ μόνον τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον, ὡς ἡ τραγωδία φησὶν, ἀλλὰ καὶ συμφορώτερον πράξει. Ὁ δὲ κατόπιν χρόνος καὶ ὀπόταν ἐκείνη ταῖς νεωτέραις συνεξετάζετο γυναίξιν, θαῦμα ἀντικρυς ἦν, πολὺν ἐν νεαρᾷ ἡλικίᾳ

B

C

D

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>7</sup> ἀναλωμάτων. <sup>8</sup> πιθανώτατος.

ἐπιδεικνυμένη φρόνημα. Καὶ παρῆγεν ἐξ αὐτῆς ἄλωος τῷ βουλομένῳ καταθρεῖν τὴν ἐνοῦσαν αὐτῇ ἀρετὴν ἑμοῦ καὶ ἐμβρίθεισαν<sup>9</sup>. Ἄλλ' ὅπερ ἔλεγον, ὁ ἐμὸς πατήρ τῆς βασιλείας ἐπιδραξάμενος τοὺς μὲν ἄγωνας καὶ ἰδρωτῶτας<sup>10</sup> τεταμίευκε θεωρῶν τῶν ἀγῶνων τὴν μητέρα ποιούμενος, ἐκείνην δὲ δισπότιν καταστηράμενος, τὸ παρ' ἐκείνης κελευόμενον, καθάπερ δοῦλος, ἔλεγέ τε καὶ ἐπραττεν. Ἐστεργεν οὖν αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ὑπερφυῶς καὶ τῶν αὐτῆς βουλευμάτων ἐξήρητο (τοσοῦτο<sup>11</sup> ἦν φιλομήτωρ), καὶ τὴν δεξιὰν ἐδίδου τῆς ἐκείνης γλώττης ὑπηρετεῖν, καὶ τὴν ἀκοὴν τῶν ἐκείνης φωνῶν εἰς ἀκράσιν, καὶ εἰς ἅπαντα ταῦτα ὁ βασιλεὺς συγκάτενευεν, ἡ ἀνένευεν, ἐφ' οἷς ἄρα ἐκείνη κατανεύσειεν ἢ ἀναεύσειεν. Καὶ ἦν τὸ πρῶγμα ὅλωσ τοιοῦτον. Ἐκείνος μὲν γὰρ σχῆμα βασιλείας εἶχεν, ἡ δὲ τὴν βασιλείαν αὐτὴν καὶ ἡ μὲν ἐθεσμοθέτει, διόκειε τὸ πᾶν, ἐπρωτάνευεν, ὁ δὲ τὰς διοικήσεις ἐκείνης καὶ τὰς ἐγγράφους καὶ τὰς ἀγράφους, τὰς μὲν χειρὶ, τὰς δὲ φωνῇ, ἐπεσφράγιζε, καὶ ὡς οὕτω γε φάσαι, ὄργανον ἦν αὐτῇ βασιλείας, οὐ βασιλεύς. Ἠρέσκετο γὰρ ἐφ' ἅπασιν οἷς ἡ μήτηρ διαγνοίη καὶ διορίσειε, καὶ οὐχ ὡς μητρὶ μόνον καταπειθέστατος ἦν, ἀλλὰ γὰρ ὡς ἐξάρχῳ βασιλικῆς ἐπιστήμης ταύτης προσεῖχε τὸν νόον. Ἥδει γὰρ ἀκριβῶς τὸ ταύτης ἐφ' ἅπασιν ἐπὶ τὸ κράτιστον συγχευηρικῆς, καὶ ὅτι διαφερόντως πάντας τοὺς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γεγονότας ἀνθρώπους εἰς φρόνησιν τε καὶ σύνεσιν πραγμάτων ὑπερέλαυε.

ansque longe ultra communem modum, quadam humilitate mancipii : ex ejus consiliis totus pendens, dexteram non aliud quam maternæ linguæ famulam, aures nihil aliud quam vocem ac præceptorum ipsius exceptrices volens esse : quin etiam nutus omnes renutusque suos ex maternorum præjudiciis ducebat ; eadem cum illa postque illam semper abnuere juxta annuereque solitus. Planque sic seres habebat : ille speciem, hæc rem ipsam obtinebat regni. Illa jus dicebat, leges condebat, gubernabat, dispensabat omnia. Ille autem placita ejus sive scripto edita subscriptione firmabat ; sive sola declarata voce, vocis item suæ suffragio corroborabat : ita ut, si dicere liceat, non imperator Alexius, sed matri instrumentum imperii fuerit. Adeo grata et rata habebat quæcunque illa decerneret statueretque ; neque ut matri solum obedientissime<sup>87</sup> obsequeretur, verum etiam ut magistræ consultissimæ artis regnandi attentum et docilem præbebat animum. Quippe ipsi exploratissimum erat, illam, quod esset in quaque re factu optimum, videre semper optime sequique rectissime ; eandemque haud parvo intervallo omnes qui tunc erant homines prudentiæ laude peritiæque negotiorum antecellere.

Τοιαῦτα τὰ τῆς Ἀλεξίου βασιλείας προέμια. Οὐ γὰρ τις αὐτοκράτορα τοῦτον εἰκότως τόγε νῦν δομάσαιε, τῆς αὐτοκράτορος περιωπῆς ἅπαξ ἀποκληρωθείσης παρ' αὐτοῦ τῇ μητρὶ. Ἄλλος μὲν οὖν νόμοις ἐγκωμισαστικοῖς ὑπέκων, πατρίδα τῆς θαυμασίας ἐκείνης ἐπαίειτο, καὶ γένος πατρὸς Ἀδριανῶς ἐκαίνους τοὺς Δαλασσηνοῦς (9) ἀναφερῶ-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>9</sup> καὶ ἐμβρίθειαν. <sup>10</sup> τοὺς ἰδρωτῶτας αὐτῶν. <sup>11</sup> τοσοῦτον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

9) Τὸς Δαλασσηνοῦς. Exstitit Dalassenorum familia Constantinopoli perillustis, ex qua recensentur Constantinus patricius, quem Constantinus imperator, Basilii frater, successorem sufficere decreverat, qui affectati postmodum imperii reus, in Protam insulam relegatus est a Michaelæ Paphlagonæ ; Theophanes et Romanus, iidem patricii, Constantini fratres ; et Adrianus horum

 Lamentatio de capta a Turcis CP.  
 Ἔχεται δὲ τὴν Βουλγαρίαν, καὶ τὴν Ἄρβανίτιαν.

## ANNΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΛΟΓΟΣ Ε΄.

### ANNÆ COMNENÆ

ALEXIADIS LIBER V.

#### 123 ARGUMENTUM.

Robertus Dyrrhachio in potestatem redacto in Italiam rediens, Henricum Alamaniam regem fugat, castris ejus captis. Baimundus in Illyrico relictus, multis urbibus captis, Alexioque imperatore bis acie victo, tertio ad Larissam prælio non plene victor, quanquam nec omnino victus, redire tamen ad patrem cogitur conspiratione suorum, quos contra illum Alexius clam concitaverat. Italus quidam homo turbulentus, Constantinopoli revocare prava dogmata publice jubetur.

#### PERIÖCHE.

Roberti deliberatio. Dyrrhachienses urbem dedunt. Roberti charitas in suos et cura sup-  
 plendi exercitus. Imperatoris mæror generosa spe conjunctus. Comparatio Alexii cum Ro-  
 berto. Illius præ hoc excellentia. Imperator Deaboli suos colligit. Novos delectus cogitat. Bo-  
 taniatis 124 profusio. Exinanitio ararii. Cur Alexius imperium non abdicarit. Principes  
 pecuniam conferunt. Spes militum immensæ. A sacris pecuniis subsidium quæsitum. Sebasto-  
 crator convocata synodo Ecclesiarum minus celebrium spolia petit. Repugnat ei libera voce  
 Metaxu; Leo Chalcedonensis spoliatione templorum efferatur in Alexium: quem acriter in-  
 cessit longa ejus abutens patientia. Pecuniæ sacræ iterum tentatæ. Leo doctrinæ suspecta  
 reus factus. Licentissime in Augustum invehitur. Ejus reconciliationem oblatam spernit.  
 Chalcedonensi sede deponitur; in exsilium mittitur. Imperator milites exercet. Legatis missis  
 Alamaniam regem in Robertum incitat. Constantinopolim revertitur. Manichæi ab eo rece-  
 dunt. Robertus audita Henrici expeditione in Longobardiam Baimundum Illyrico præficit,  
 ei bellum Romanum commendat. Italiam repetit. Exercitum Salerni congregat. Romam ten-  
 dit. Hinc cum papa junctus in Henricum movet; qui territus fugit. Robertus ejus castris et  
 spoliis potitus Romam redit. Ibi papa in sede firmato rex ab eo salutatur. Tum Salernum se  
 recipit; ubi patrem Baimundus tristi vultu convenit, perfidia suorum a medio victoriarum  
 cursu revocatus. Is post patris abscessum magnis copiis transfugio Romanorum auctis mul-  
 tas urbes capit, arces munit, regiones vastat, bis Alexium acie vincit et fugat insidiis ejus  
 evitatis. Trium comitum conjurationem detegit et vindicat. Alexius auxilia Turcorum im-  
 plorat. Baimundus Larissam obsidet, propugnante Leone Cephalo. Alexius auxilio Larissen-  
 sibus venit. Somnium videt; votum facit; insidias struit. Hinnitu equorum victoriæ omen  
 capit. Simulata Romanorum fuga, Imperator castra Gallorum capit. Clades equitatus Gallici.  
 Baimundi vanum gaudium. Fortitudo præsentis animi. Latini Romanos cœdunt. Laudes Mi-  
 chaëlis D.ica. Stratagema Baimundi. Romani exercitus fuga. Uxæ fortitudo. Latini turbantur

*inclinatione vexilli. Alexius comites Gallos colloquiis tentat; non frustra; conspirant enim contra Baimundum et recedere ipsum cogunt. Alexii studium pro religione et sana doctrina. Itali novatoris ortus et primordia. Litterarum studia imperante Alexio florent. Michael Psellus divinitus adjutus in studiis. Jurgia Itali cum Psello. Michael Ducas Augustus et fratres ejus amantes litterarum. Italus Epidamnium mittitur, Romam fugit, Constantinopolim revocatur. Principatum professionis philosophicæ obtinet. Vitia ejus et laudes. Doctrinæ qualitas et genus. Parum prodest discipulis. Digressio de studiis Alexii et Irenes. Nam hæc deditissima lectioni fuit præsertim operum sancti Maximi. Italus convincitur pravi dogmatis. Judicium ecclesiasticum eludit. Dogmata ejus anathemati subjiciuntur. Ea ipse revocat, et se Ecclesie reddit.*

## ΑΛΕΞΙΑΣ Ε΄.

Ὁ μέντοι Ῥομπέρτος (3), ἀμεριμνήσας παντά- A  
 πασι, τὴν λεῖαν πᾶσαν, καὶ τὴν βασιλικὴν σκητὴν  
 ἀφελόμενος, τροπαιοφόρος, καὶ γαυριῶν τὴν πεδιάδα  
 κατέλαβεν εἰς τὴν πρότερον ἠύλιζέτο, τὸ Δυρράχιον  
 πολιορκῶν. Καὶ μικρὸν διαναπαυσάμενος ἐβου-  
 λεύετο ἢ <sup>36</sup> χρῆ αὐτὸς ἀποπειράσθαι τῶν τούτου τει-  
 χῶν ἢ τῆν μὲν <sup>37</sup> πολιορκίαν εἰς τὸ ἐπιὸν ἔαρ παρα-  
 φυλάξασθαι, τὸ παρὸν δὲ τὴν Γλαβινίτζαν καταλα-  
 βεῖν, καὶ τὰ Ἰωαννίνα (4), κάκεισε παραχειμάσαι,  
 καταθέμενον τὴ ὀπλιτικὴν ἅπαν, εἰς τὰ ὑπερκεί-  
 μενα τέμπερ τῆς πεδιάδος Δυρράχίου. Οἱ δ' ἐντὸς  
 Δυρράχίου, καθάπερ ὁ λόγος εἰδήλωσεν, ἐπεὶ οἱ πλείους  
 ἀπὸ Μέλφης, καὶ Βενετίας ἦσαν ἄποικοι <sup>38</sup>, τὰ ξυμ-  
 πεσόντα τῷ αὐτοκράτορι μεμαθηκότες, καὶ τὴν το-  
 σιύτην ἀνδροκτασίαν, καὶ τὴν τῶν τηλικούτων ἀν-  
 δρῶν σφαγὴν, καὶ τοὺς στόλους ὑποκεχωρηκότας, B  
 καὶ οἷε ὁ Ῥομπέρτος εἰς τὸ ἐπιὸν ἔαρ τὴν πολιορ-  
 κίαν ταμειύεται, διεσκοπεῖτο ἕκαστος ὃ τι πράττειν  
 χρῆ καὶ σῶζεσθαι, καὶ μὴ αὐτὸς ἐς τοσοῦτους ἐμπε-  
 πτωκέναι κινδύνους. Συλλεξάμενοι οὖν ἑαυτοὺς, τὸ  
 ἀπόρρητον ἕκαστος εἰς τὸ ἐμφανὲς ἀγοῦσι, καὶ περὶ  
 τῶν ὄλων γνωσιμαχίσαντες, ὡσπερ ἐν ἀπόροις πό-  
 ρον εὐρηκέναι ᾗθησαν πεισθῆναι τε <sup>39</sup> τῷ Ῥομ-  
 πέρτῳ, καὶ παραδοῦναι οἱ τὴν πόλιν. Ἐριθισθέντες  
 δὲ καὶ παρὰ τοῦ τῶν ἀποίκων <sup>39</sup> Μέλφης, καὶ ταῖς  
 τούτου πεισθέντες ὑποθημοσύνας, τῆς εἰσόδους  
 ἀναπετάσαντες, πάροδον τῷ Ῥομπέρτῳ (5) δεδώ-

125 Cæterum Robertus belli securus, quippe  
 plene jam victor, castris impedimentisque Romani  
 exercitus universis, et ipso Augusti tabernaculo,  
 potitus, tropæis erectis exsultabundus, triumphans-  
 que superbo gaudio, planitiem quam ante prælium  
 castris insederat, cum Dyrrhachium obsideret,  
 repetiit iterum, modicaque illic mora, deliberavit:  
 erquid oppugnationem urbis de integro resumere  
 præstaret, murosque iterum quater? an potius ea  
 re in ver proximum dilata, nunc Glabinitzam oc-  
 cupare ac Joannina, ibique hibernare, universo  
 exercitu distributo per amœnas et uberes valles  
 quas ii montes efficiunt, qui æquabilem et camp-  
 estrem Dyrrhachiensis soli regionem ab oriente  
 terminant? Qui vero Dyrrhachio inclusi, resistere  
 B athuc velle, ut superius vidimus, videbantur;  
 homines attenti suis rebus et Melforum Veneto-  
 rumque coloni plerique, audita imperatoris clade,  
 cædeque tot ducum ac virorum principum, cum  
 insuper classem utramque Romanam Venetamque  
 recessisse cernerent: reputarentque secum, nec  
 saltem experiendæ virtutis præsentem occasionem  
 dari; quoniam percrebuerat decrevisse Robertum,  
 eos lenta duntaxat per hiemem obsidione circum-  
 eludendos, in vernam tempestatem totis viribus  
 oppugnandos differre; his, inquam, perculti qui  
 Dyrrhachium obtinebant cogitare pro se quisque

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>36</sup> ἐβουλεύετο εἰ. <sup>37</sup> τῆν. <sup>38</sup> ἀποικοι. <sup>39</sup> Deest vocula τε. <sup>39</sup> ἐποικῶν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(3) Ὁ μὲν Ῥομπέρτος. Malaterra, lib. iii, cap. C  
 27: *Nostri itaque victorium adepti, duce eos re-  
 primente, haud longe fugientes persecuti sunt, sed  
 ad castra eorum regressi, dux in tentoriis impera-  
 toris hospitatur.* Guillelmus Apul.  
*Dux in Alexinis remorari tempore castris  
 Non multo propter putrefacta cadavera curat.*

(4) Ἰωαννίνα. Joannina, Acarnaniæ, seu Ætolia  
 oppidum, olim Cassiope dictum, episcopali sede  
 insigne sub Metropolitano Naupacti. Hujus men-  
 tio est apud Porphyrogenn. in Basilio cap. 16;  
 Cantacuzenum, lib. ii, cap. 34; Joannem Anagno-  
 stam, cap. 48; Laonicum, lib. i, Gregoram, etc.

(5) Πάροδον τῷ Ῥομπέρτῳ. Venit Dyrrhachium  
 in potestatem Roberti, proditione Dominici, no-  
 bilis Veneti, cujus mox memini, qui in proditio-  
 nis præmium filiam Willelmi principatus comitis,  
 ejusdem Roberti ex fratre nepitem, in uxorem obti-

nuit, uti narrant Malaterra, lib. iii, cap. 48; Or-  
 dericus Vitalis, lib. vii, et Guillelmus Apul.  
 lib. iv, qui pluribus historiæ et modum capti  
 Dyrrachii prosequitur. Unde mirum cur Anna  
 proditorem hunc 292 Melfensem faciat, cum  
 in confesso sit ex prædictis scriptoribus fuisse na-  
 tionem Venetum. Huc spectant quæ habet Willelm.  
 Malmesbur. lib. iv, *Hist.*, a quo hausit quæ in  
 eandem sententiam scribit Albericus, an. 1084:  
*Cum oppidani fiducia mœnium facitarent ideo ur-  
 bem Duracium nominant, quod contra omnes obsi-  
 diones imperterrita duraret: Et ego, inquit Gui-  
 scardus, vocor Durandus, et eousque in obsidione  
 durabo, quo civitali nomen auferam, ut non Durra-  
 chium, sed Mollucium amodo dicatur. Cujus res-  
 sponsi constantia effecit, ut confestim pavefacti  
 portas aperirent.*

intentius ac disquirere privatim taciti cœperunt, A  
 ecqua iniri posset opportuna ratio salutis expediendæ, cavendique in posterum ne in mala periculave iis similia quibus modo defuncti essent, denuo revolverentur. His diu singillatim animo versatis, congregati aliquando in cœtum unum ut in medium consulerent, unoquoque quod privatim sapiebat in commune proferente, post medicam sententiarum altercantium pugnam haud gravate consenserunt: unam optimam videri difficultatis in qua essent explicandæ viam, si cum Roberto agerent, eique certis conditionibus dederent civitatem. Exstitit præcipue in isto deditiois consilio suadendo urgendoque obnixum studium cuiusdam coloni Melphensis, quo multa in eam partem commemorante monenteque, tandem in ejus est sententiam deliberatio conclusa, decretumque ut portæ pateferent, Robertique potestati urbs permitteretur: qua is occupata copias in eam ex hibernis evocavit: ibique recreavit exercitum, diligenti cura sauciorum habenda; non eorum duntaxat qui vulnerati graviter fuissent, verum et illorum quoque quos vel leviter in summa cute gladius strinxisset. Exquisivit etiam exacte quot qualesve suorum præteritis absumpti pugnis perissent, quorum in locum, quoniam delectibus habendis aptum per hiemis otium tempus videretur, novas auxiliarium cohortes conducere videlicet sibi adjungere parabat: in animo habens, simul ver illuxisset **126** instructo exercitu infestis signis recta in imperatorem tendere.

Talia victor, sibi que victoriam ipse applaudens B  
 ac magnifice gratulans Robertus cogitabat parabatque. E contrario imperator victus fugatusque, insuper et vulnere in fronte deformatus, sed et majore intus in animo percussus plaga, pudore nimirum tam acerbæ luctuosæque cladis, et desiderio tot fortium illustriumque virorum qui funesto illo prælio ceciderant: tacitus mœrensque ac velut malis attonitus aliquandiu stupebat, segni lactu desidens. Verum torpore isto cito excusso brevi se sibi reddidit, atque in generosas spes curasque se dignas excitato animo, totum se dedit rationibus exquirendis reparandæ jacturæ, cladisque atque ignominie cumulate in hostes vere proxime secuturo refundendæ. Erat hoc par dum cum tanta utrimque similitudine præditum laudum, quanta fere odii atque hostilium irarum acerbitate discors: uterque ad omnes bellicæ rei functiones ac partes manu juxta menteque promptissimus; ambo in providendo acres, in conscientia celanda cautissimi, neuter ullius rudis militaris artis, seu oppugnare arcem, seu struere insidias, seu aperto Marte signa conferre opus esset, pariter expediti consilio, manu strenui, pectore firmi atque intrepidi, ut nunquam ullo bello ad spectaculum orbis

κασιν. Ἐγκρατῆς δὲ τούτου γενόμενος, τὰς δυνάμεις μετακαλεῖτο, φιλοκρινῶν <sup>21</sup> ἅμα εἰ που τι τρωταὶ τις καιρίαν, ἢ ἐπὶ χροῦτα παραξήσαντος <sup>22</sup> τυχόν τοῦ ξίφους, καὶ διερευνώμενος ὅποιοί τε καὶ ὅπως: πολέμου παρανάλωμα γερύνασιν <sup>23</sup> ἐν ταῖς προηγησαμέναις μάχαις, σκοπῶν <sup>24</sup> ἅμα, ἐπεὶ χαιμῶν ἦδη παρήν, κατὰ τόδα καιροῦ διὰ τούτου καὶ μισθοφορικῶν ἕτερον ἐπισυνάξει, καὶ ξενικῆς ἐπισυλλέξει δυνάμεις, καὶ ἦρος ἐπιφανέντος, τηλικαῦτα πανστρατὶ κατὰ τοῦ βασιλείως χωρήσει.

Ἄλλ' οὐκ αὐτὸς μὲν ὁ Ῥομπέρτος, καίτοι νικητὴν ἑαυτὴν καὶ τροπαιοῦχον ἀνευφημῶν, τοιαῦτα ἐλογίζετο, ὁ δ' ἤττηθείς βασιλεὺς, καὶ τραυματίας γεγονώς, διὰ τὴν ἀνόποιστον ἐκείνην ἤτταν καὶ τοσοῦτους καὶ τοιοῦτους ἀποβεβληκῶς, μορμολυχθεὶς (6), οἷον συνέσταται· ἀλλὰ μηδὲν μικροπρεπὲς ἑαυτοῦ <sup>25</sup> λογισάμενος, μηδὲ χαλάσας ὄλως τὸν λογισμὸν, σπεύδων ἦν ἕλη γνώμη τὴν ἤτταν ἦρος φανέντος ἀνακαλέσασθαι. Ἦσαν γὰρ ἄμφω πάντα προῖδειν καὶ συνιδεῖν ἱκανοί, καὶ πολεμικῶν τεχνασμάτων οὐδενὸς ἀδαεῖς, ἀλλὰ πάσαις μὲν τερχομαχίαις, πάσαις δὲ λοχήσεσι, καὶ ταῖς ἐκ παρατάξεως; ἀγωνίαις αὐθάδεσι <sup>26</sup>, τὰς δὲ διὰ χειρὸς πρίζεις δραστηκοὶ καὶ γενναῖοι, καὶ ἔχθροὶ πάντων τῶν ὑπ' οὐρανὸν ἠγεμόνων <sup>27</sup>, γνώμη καὶ ἀνδρεία κατάλληλοι. Εἶχε δὲ τι τοῦ Ῥομπέρτου πλέον ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος, ὅτι νεάζων τὴν ἡλικίαν (7) ἔτι, κατ' οὐδὲν ἐλάττων τοῦ ἦδη ἀκμάζοντος ἦν, καὶ τὴν γῆν μικροῦ σαλεύειν, ὄλας τε φάλαγγας ἐκ μόνου ἐμβοήματος αὐχοῦντος συνταράττειν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἑτέροις συντηρήσθωσαν τόποις. Μελήσει γὰρ πάντως τοῖς ἐγκωμιάζειν ἐθέλουσιν. Ὁ δὲ γε βασιλεὺς Ἀλέξιος, ἐν Ἀχρίδι μικρὸν ἑαυτὸν ἀνακτησάμενος, καὶ τὸ σῶμα διαναπαύσας, καταλαμβάνει τὴν Δεάδολιν (8).

#### Variae lectiones ex cod. Coislin.

<sup>21</sup> φυλλοκρινῶν. <sup>22</sup> παραξέσαντος. <sup>23</sup> γέγοναν. <sup>24</sup> καὶ σκοπῶν. <sup>25</sup> περὶ αὐτοῦ. <sup>26</sup> ἐθάδες. <sup>27</sup> ἠγεμόνων.

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(6) *Μορμολυχθεὶς*. Guillelmus Apuliensis:

*Lacrymatur Alexius hostem  
 Prævaluisse sibi, cui nec par copia gentis,  
 Nec par census erat, discedit saucius ipse,  
 Cogitur et lacrymans inglorius ille reverti,  
 Gloria cui fuerat frustra sperata triumphû.*

(7) *Νεάζων τὴν ἡλικίαν*. Erat Alexius cum imperium accepit annorum circiter 33, vixit enim juxta Zonaram, annos 70, a quibus si 37, cum aliquot mensibus, quot imperavit, demantur, resta-

D bit numerus annorum supraddictus.

(8) *Δεάδολιν*. Deabolis Nicephoro Gregoræ, lib. iii, et Nicephoro Callist. lib. xvii, cap. 28: Τὸ τοῦ Δεαδόλου ἄστυ. Acropolitæ, cap. 80, et Pachym. lib. ii, cap. 41. Duplicem Deabolim statuit idem Acropolita, cap. 49: Magnam et Parvam. Unde forte Δεαδόλις numero multitudinis effert Cantacuzenus, lib. i, cap. 55. Hodie *Diaroli*, hanc procul a lacu Achridis. Vide Jus Græcor. pag. 265 et Not. ad pag. 380.



Καὶ τοὺς μὲν τοῦ πολέμου διασωθέντας τῆς ἐκ τοῦ μόθου κακοπαθείας ὡς ἐνὸν ἐπανελάμβανε, τοὺς δὲ γε ἐπιλοίπους ἀπανταχόθεν ἀποστείλας διεκρηύκευς τὴν Θεσσαλονικὴν καταλαβεῖν. Ἐπεὶ δὲ πείραν τοῦ Ῥομπέρτου, καὶ τῆς τόλμης τοῦ τηλικούτου ἔσχε στρατεύματος, καὶ πολλὴν ἀφέλειαν καὶ ἀνανδρίαν τῶν ὑπ' αὐτὸν κατεψήφισατο (οὐ γὰρ ἂν προσήειν στρατιωτῶν, οὐ καὶ οἱ κέως παρόντες, ἀγύμναστοί τε τὸ παρ' ἅπαν ἦσαν, καὶ πάσης <sup>38</sup> στρατιωτικῆς ἐμπειρίας ἀδαεῖς). διὰ τοῦτο γοῦν εἶδετο συμμάχων· τὸδε ἔτερ' χρημάτων οὐκ ἐνήν· τὰ δὲ οὐ παρῆν. τῶν βασιλικῶν ταμειῶν, ἐπὶ μηδενὶ δέοντι κενωθέντων ὑπὸ τοῦ προβεβασλευκότος Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου (9), ὡς <sup>39</sup> μηδὲ τῶν ταμειῶν κεκλεισθαι τὰς θύρας, ἀλλὰ ἀνέτως πατεῖσθαι παντὶ τῷ βουλομένῳ δι' αὐτῶν ὁδοῦν· προπέμποτο γάρ. Ἐνθεν τοι καὶ ἐν ἀμνηχανίᾳ τὸ πᾶν συνίστατο, ἀσθενείας καὶ πενίας ὁμοῦ συμπεζούσης τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους. Τότε δὲ, τότε, τί τὸν νέον βασιλεία, καὶ ἄστι τῶν τῆς βασιλείας οἰάκων ἐπιβεβηκότα ἐχρῆν διαπράξασθαι; Πάντως καὶ <sup>40</sup> ἐξαπορούμενον τὸ πᾶν καταλείποντα <sup>41</sup> ἐκστῆναι τῆς ἀρχῆς, ὡς μὴ ἐναντίον <sup>42</sup> οὕτως αἰτιῶτό τις αὐτὸν ὡς ἀπεροπόλεμον καὶ ἀνεπιστήμονα ἀρχηγόν, ἢ ἐξ ἀνάγκης ὡς ἐνὸν καὶ συμμάχους μετακαλέσασθαι καὶ τὰ τούτοις [ἐπαρκέσσοντα] ἄλλοθι σόμενα χρημάτων <sup>43</sup> εἶδεν δὴποτε συναγαγεῖν, καὶ τούτους <sup>44</sup> ἀπανταχῆ διασπαρέντας τοῦ στρατεύματος διὰ δωρεῶν ἀνακαλεῖσθαι, ἵνα ἐντεῦθεν μείζους ἐλπίδας κτησάμενοι, αὐτοὶ <sup>45</sup> μετ' αὐτοῦ ἐγκαρτερήσασιν, καὶ οἱ ἀπύνητες πρὸς τὸ ἐπανερχεσθαι προθυμότεροι γένοιεντο, καὶ οὕτως γενναϊότερον πρὸς τὰ Κελτικὰ πλήρη ἀντικαταστήναι δύνησασιντο <sup>46</sup>. Ἀνάξιον μὲν οὖν καὶ ἀσύμφωνον τῆς αὐτοῦ περὶ τὰ στρατιωτικὰ ἐπιστήμης ὁμοῦ καὶ τόλμης μηδὲν πεπραχέναι βουλόμενος, πρὸς δύο ταῦτα ἀπέβλεψε, συμμάχους τε ἀπανταχόθεν μεταπέμψασθαι ἐλπίσι πολλῶν δωρεῶν εὐμηχάνους τοῦτους ὑποσπορόμενος, τὴν δὲ γε μητέρα, καὶ τὴν ἀδελφὸν αἰτήσασθαι χρήματά οἱ ξυμποροσάμενους εἶδεν δὴποτε ἐκπέμψαι.

quid rapaciati forte transeuntium exponeretur. Hinc publica res magnis e at in angustiis, infirmitate simul et egestate Romanum imperium urgentibus : ut cui nec ad sui tutelam milites suppeteret, nec ad delectus pecunia. Quid ergo facere oportebat juvenem imperatorem habenas tantamque male constituti principatus tractare tum primum exorsum? utrum desperata salute reipublice redire in privatam fortunam imperiumque abdicare? Atqui futurum erat, si hoc faceret, ut pusillanimitatis atque ignavia damnaretur : et quamvis honestas sui receptus haberet causas, tamen infamiam aeternam suo nomini conscisceret : tanquam metu degeneri, conscientiaque inertis atque imbellis animi, non ullo laudabili consilio, turpes latebras otii privati, aulae ac solio praetulisset. Quod dedecus cum morte pejus homini esset sic nato sicque instituto, sustinenda illi plane ad extremum persona semel suscepta fuit, et ne anteacta vita rebusque prius gestis indignum aliquid sapere facereve posset argui, summo undique conatu reparandum bellum, copiis omni ex parte cogendis, evocandisque viris strenuis spe ingenti praemiorum; quorum fides et certa expectatio

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>38</sup> πάσης, sine καί. <sup>39</sup> τοσοῦτον, ὡς. <sup>40</sup> ἤ. <sup>41</sup> καταλείποντα. <sup>42</sup> ἀνατίον. <sup>43</sup> χρήματα. <sup>44</sup> τοῦς. <sup>45</sup> αὐτοὶ δέ. <sup>46</sup> δύνησεται.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(9) Βοτανειάτου. Addit editio Hoescheliana, καὶ Μηχαήλ τοῦ Δοῦκα.

præsentibus pignoribus donorum in antecessum oblatoꝝ sancienda erat. Hoc ille consilium sequi certus duas in res magnopere incubuit. Primum enim dimissis quoquoversum magna celeritate viris idoneis auxiliares congregare copias studuit, magnifica ostentatione donorum ingentium. Deinde cum matre fratreque instantissimis egit nuntiis litterisque ut ii pecunias quomodocunque confectas omnino ad se quamprimum mitterent.

Ad ea illi mandata consiliis collatis, circum- A spectisque ac desperatis viis omnibus aliis pecuniæ cogendæ, ad voluntariam rerum omnium suarum collationem confugerunt. Ergo quidquid mater, quidquid frater, quidquid uxor Alexii Augusti auri argentique habuere, totum ad fornacem publicam, ubi moneta [fundi cudique solet, in nummos commutandum missum est. In quo enituit imperatricis matris mææ studium : quæ prima omnium sine cunctatione ulla liberalissime prorupit in profusionem rerum plane omnium quas vel a patre, vel a matre, hæreditatis nomine unquam acceperat. Magnum exemplum, et, quemadmodum rebarur, imitatores habiturum, edens, contemnendarum in tanto publico discrimine privatarum rationum. Sub hæc qui vel consanguinitate vel amicitia conjunctiones Comnenis erant, pro affectus quisque sui ac facultatis modo plus minusve contulere auri argentique. Inde quantum plurimum confari nummorum potuit, partim sociis 128 stipendia poscentibus numeratum, partim Augusto suppeditatum est, nihil satis habenti ad præsentem usum. Nam et illi qui prælio infausto qualemcunque operam voluntarii navaverant, ita exspectabant sua præmia, ut si ea spebus non responderent recessuri viderentur : et qui stipendia merebant, non modo repræsentari ea flagitabant, sed etiam augeri. Ergo cum iis varie satiandis sedandisque statim esset universa profligata recens pecuniæ, tamen inhiante ad plura cupiditate plurimorum, nihil actum apparebat, nutareque haud dubie fides exercitus videbatur, nisi uberiore largitiones affluerent, coactus periculo Augustus iterum institit gravissime ut pecuniæ plures suggererentur. Res enimvero incommoda! quo enim jam tenderetur ultra extremum? aut quid erat demum reliquum post ipsam principalem domum priori collatione spoliata? Consultationes igitur inter potentes rerum trahebantur longæ, nullumque expedientes exitum; idque tum privatis con-

Οἱ δὲ πόρον πορισμοῦ μὴ ἐφευρίσκοντες <sup>47</sup> ἕτερον, πρότερον μὲν ἅπαντα τὰ αὐτῶν συναγαγόντες χρήματα ὅποσα ἐν χρυσῷ, καὶ ἀργύρῳ, τῇ βασιλικῇ χωνεῖα παραπεπόμφασι· πρώτη ὅτι <sup>48</sup> πάντων ἡ βασιλεὺς καὶ μητέρα ἐμὴ ὅποσα ἐκ τε πατρῶου καὶ μητρῶου <sup>49</sup> κλήρου ἐνυπῆρχον αὐτῇ κατεβίβλητο, καὶ τοὺς ἄλλους ἐντεθεῖεν πρὸς τοῦτο ἐρεβίσαι οὐραμένη· ἐδεδίει γὰρ ὑπὲρ τοῦ αὐτοκράτορος, ἐν στενῷ κομιδῇ τὰ κατ' αὐτὸν ὀρώσα <sup>50</sup>. Ἔτα δὲ καὶ ἐξ ἑτέρων ὁπόσοι εὐνοϊκώτερον πρὸς τοὺς βασιλεὺς τούτους διέκειντο αὐθαιρέτως προτεθυμηκότων καταβάλλεσθαι ὁπόσης <sup>51</sup> ἕκαστος εἶχε προθέσεως χρυσοῦ καὶ ἀργυροῦ πορισάμενοι, ἐξέπεμφαν τὸ μὲν τι τοῖς θυμάχοις <sup>52</sup>, τὸ δὲ τι πρὸς τὸν αὐτοκράτορα. Ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐπικειμένην B χρεῖαν μηδὲ μὴ ἐφαρκοῦντων, τῶν μὲν χάριτας αἰτούντων, ὡς συναγωνισαμένων δῆθεν, τῶν δὲ ὁπόσον μισθοφορικόν, δαψιλέστερον τὸν μισθὸν ἐξαιτουμένων, ἐνέκειτο αὐτοῖς καὶ ἕτερα ἀνακαλούμενος διὰ τὸ ἀπεγνωκέναι τὴν Ῥωμαίων εὐνοίαν. Οἱ δὲ ἐν ἀμηχανίᾳ γεγόνητες, καὶ πολλοὺς λογισμοὺς ἀνελεῖξαντες ἰδίᾳ τε καὶ κοινῇ, ἐπεὶ καὶ τὸν Ῥομπέτρον αὐτοῖς ὀπιζόμενον μεμαθηκῶσαν μὴ ἔχοντες ὁ τι καὶ δράσαιεν, εἰς τοὺς πάλαι κειμένους νόμους (10), καὶ τοὺς κανόνας (11) περὶ τῆς τῶν ἱερῶν ἐκποιήσεως ἀπέβλεψαν. Καὶ μετὰ τῶν ἄλλων εὐρηκότες, ὅτι περὶ <sup>53</sup> ἐπ' ἀναρῶσαι ἀρχμαλώτων τὰ τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν ἱερὰ ἔξεστιν ἐκποιεῖσθαι (ἐρώων δὲ ὅτι καὶ τῶν Χριστιανῶν ὅσοι περὶ τὴν Ἀσίαν ὑπὸ τὴν βαρβαρικὴν ἐτέλουν χεῖρα καὶ ὁπόσοι τὴν σφαγὴν ἐξέφυγον, ἐμειλόντο διὰ τὴν τῶν ἀπίστων συναναστροφὴν), ὄλγ' ἄστα τῶν πάλαι ἡρηγύχτων ἱερῶν καὶ καταλελυμένων, ὡς εἰς μηδεμίαν χρεῖαν συντελοῦντα, ἀλλ' ἀφορμὴ μόνον ἱεροσυλίας, καὶ ἀσεβείας ἄμα <sup>54</sup> τοῖς πολλοῖς παρεχόμενα, ὡς ὕλην χάραγματος <sup>55</sup> (12) εἰς μισθὸν τοῖς στρατιώταις καὶ συμμαχοῖς τὰ τοιοῦτα χρηματίζειν ἐσκέψαντο.

#### Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>47</sup> ἐφευρίσκοντες. <sup>48</sup> δέ. <sup>49</sup> μητρῶου καὶ πατρῶου. <sup>50</sup> ἐνωρώσα. <sup>51</sup> καταβαλέσθαι ὁπόσον. <sup>52</sup> συμμαχοῖς. <sup>53</sup> ὅτι. <sup>54</sup> Decet vox ἄμα. <sup>55</sup> χαραγμάτων.

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(10) *Εἰς τοὺς πάλαι κειμένους νόμους.* Justinianæ leges intelligit, quibus rerum et cimeliorum ecclesiasticorum alienatio prohibetur, excepta causa redemptionis captivorum, l. *Sancimus*, Cod. de sacr. Eccles. nov. 7, 65 et 120.

(11) *Καὶ τοὺς κανόνας.* Vide D. Gregor. lib. vi, epist. 13, 35, lib. vii, indict. 2 : epist. 14. D. Ambros. lib. ii *De offic.* cap. 28, a quo Gratianus deduxit canonem *Aurum habet Ecclesia* 12, quæst. 5. Exempla de distractis Ecclesiæ vasis ob redemptionem captivorum, vel alimoniam pauperum, prostant apud Priscum in Excerptis de legat. Vi-

ctorem Uticens. lib. i ; Possidium. in Vita S. Augustini, cap. 24. Socrati. lib. vii, cap. 21 ; Hoveden. pag. 751 ; Radulf. de Diceto pag. 630 ; Monachus S. Mariani an. 1179, etc. Vide præterea in eadem sententiam Epistolam Melchioris Inferi in Notis Allatii, ad cap. 3, Acropolitæ.

(12) *Χάραγματος.* Χάραγμα est moneta signata. Ducas, *Χάραγμα ἀργυρῶν χιλιάδος ζ'.* Character Paulo Diac. lib. xix, *Hist. Misc.* Χάρασσειν νομισματα καὶ μιλιάρησια apud Syncellum. Hinc *Parracharagma*, moneta adulterina, apud Cassianum, Collat. i, cap. 20, 22 ; et Collat. i, cap. 9 ; et

gressionibus, tum in senatu ad ipsum vocato. Tandem prevalente in dies metu Roberti, perditis rebus, quasi ad sacram anchoram ecclesiasticorum thesaurorum adjecta naufragantis reipublicæ cogitatio est. Replicati ad obtentum rei parum in vulgus plausibilis veteres canones, quibus in redemptionem captivorum impendi sacras pecunias confarique vasa templorum, fas esse cavebatur. Admonebant incidisse tempus illud. Servire enim servitutem miserabilem et in exitum animæ ac periculum salutis præsens sub dominis infidelibus Christianos per Orientem innumerabiles. Quibus succurri posset non ex ipsis quidem celebribus et quotidiana religione frequentatis sacris ædibus redemptionis pretio petendo : sed ex desertis nullumque jam fere usum habentibus : quæ magna donariorum veterum copia refertæ nihil aliud nisi sacrilegia nocturnorum furum expectarent provocarentque. Quæ quanto melius utiliusque in monetam cusa conducendo exercitu nostrorum sociorumque Christianos olim erepturo Turcicis vinculis, expenderentur ?

Τούτου οὖν <sup>55</sup> συνδόςαντος, ἀνέρχεται ὁ σεβαστο- A  
κράτωρ Ἰσαάκιος εἰς τὸ τοῦ Θεοῦ μέγα τέμενος τὴν  
σύνοδον ἐκκλησιαστικῆς, καὶ τὴν τῆς Ἐκκλησίας ; ἅπαν  
πλήρημα. Θεασάμενοι δὲ τοῦτον οἱ τῆς ἱερᾶς συνόδου  
ἐπ' Ἐκκλησίας ᾧ <sup>57</sup> συνεδριάζοντες <sup>58</sup> Πατριάρχῃ ἑκ-  
θαμβοὶ γεγονότες <sup>59</sup> ἡρώτων ἔτου χάριν παρεγένετο.  
Ὁ δὲ, λέγων ἦκου τι πρὸς ὑμᾶς χρῆσιμον τῇ  
βίᾳ τῶν πραγμάτων παρεμπιπτόσιν καὶ σωστι-  
κῶν τῶν σιγατῶν. Ἄμα δὲ καὶ τοὺς περὶ τῶν μὴ  
χρησιμευόντων (13) ἱερῶν κανόνας ἀπαστομάτισε.  
Καὶ πολλὰ περὶ τούτων δημηγορήσας, ἀναγκάζο-  
μαι, φησὶν, ἀναγκάζειν, οὗς οὐ βούλομαι ἀναγκά-  
ζειν, καὶ γενναίους προτιθέμενος λογισμοὺς, ἐδίδ-  
κει τάχα πείθειν τοὺς πλείονας. Ὁ δὲ γὰρ Μεταξᾶς  
ἀντέτεινεν, ἀντυποφορᾶς <sup>60</sup> τινὰς εὐλόγους ἐισαγαγῶν,  
ἀπασκώπτων ἅμα καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Ἰσαάκιον. B  
Ἄλλ' ὁμῶς τὰ δεδογμένα ἐκράτει. Τοῦτο ὕλη μεγίστης  
κατηγορίας τοῖς βασιλεῦσιν ἐγένετο (οὐκ ὀκνῶ γὰρ  
καὶ τὸν Ἰσαάκιον ἀπόρφυρον βασιλέα κατονομάζειν),  
οὐ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ μέχρι καιροῦ διαρκέσασα.  
Καὶ γὰρ ἀρχιερεῦς τις τῆν καὶ Χαλκηδόνος, Λέων  
πρόσκάθητο, οὐ τῶν πάντων σοφῶν καὶ λογίων, ἀρε-  
τῆς δὲ ἐπιμελημένους, τὸ δὲ ἦθος αὐτῶν σκληρὸν  
καὶ ἀπόκροτον. Οὗτος οὖν τῶν ἐν τοῖς Χαλκοπρα-  
τεῖσις (14) πωλῶν, ἀφαιρουμένους <sup>61</sup> τοῦ ἐπιχειμέ-

Hanc ubi tentare viam placuit, sebastocrator  
Isaacius in magnam Dei Ecclesiam se confert,  
ibique indicto cœtu sacrorum ministrorum, non  
modica est exceptus admiratione præsulum asses-  
sorum patriarchæ, verentium quorsum hic talis  
viri adventus spectaret; denique ad interrogatio-  
nem ipsorum, cujus rei gratia adesset ultro per-  
contantium, sic Isaacius respondit : *Veni huc dictu-  
rus vobis aliquid in hoc deploratissimo republicæ  
statu necessarium, utpote quo uno spes servandi  
exercitus continetur.* His subiecit mentionem eorum  
quos dixi canonum, et templorum minus celebra-  
torum religioso fidelium concursu e quibus mi-  
nimo incommodo aliquid opum acervatim conge-  
starum delibari posse videretur. Dissertit in eam  
sententiam verbis sane multis : tum facundix vim  
regni autoritate corroborans, non dissimulavit,  
extorquere se paratum, si oporteret, id quod im-  
petrare perorando conatus esset lactenus. De-  
precatus tamen invidiam odiosi verbi, sic eam  
in fortunam ac necessitatem transtulit : *Cogo vos,*  
inquit, *sed coactus ipse prius ad utendum coactione  
ista, coactus autem extrema necessitate rerum et  
supremo periculo nominis Romani.* Ita ille partim  
129 rogans, partim imperans, plerosque flexerat,

#### Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>55</sup> γούν. <sup>57</sup> Deest vocula ᾧ, sed spatium vacuum relinq. <sup>58</sup> συνεδριάζοντα. <sup>59</sup> Desunt voces ἑκθαμβοὶ γεγονότες. <sup>60</sup> ἀνθυποφορᾶς. <sup>61</sup> ἀφαιρούμενος.

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

*Paracaraximus*, apud Petrum Damianum lib. II, epist. 1, quam vocem sic interpretatur Ælfricus in Gloss. Saxon. *Paracaraximus* : *Fals pening*, id est, falsus denarius. Inde etiam *Paracharactæ* C  
dicti, qui falsos nummos cudunt L. 8. Cod. Theod. de Falsa moneta. *Παραχαράττειν τὸ δίκαιον* dixit Anastasius Sinaita. Vide Innoc. Ciron., lib. III. Obser. Jur. canon. cap. 2 et Meursium.

(13) *Περὶ τῶν μὴ χρησιμευόντων*. Vasa superflua Ecclesiæ distrahi posse sanxit Justinianus Nov. cxx, non tamen ex omni causa, sed tantum si ipsa Ecclesia debitis prægravetur. Porro jam antea Heraclius moturus in Persas, cum ærarium prioribus bellis exhaustum esset, ex templorum et ædium sacrarum donariis et vasis nummos confaverat, ut auctor est Theophanes.

(14) *Χαλκοπρατεῖσις*. 293 Chalcopratia forum æris venalis interpretatur hoc loco Possinus. Sane ex istis olim Constantinopoli vicum, seu plateam sic dictam ab officinis ærariis, testantur Codinus in *Orig.* et Leunclavius in *Pand. Turc.* cap. 248 : quemadmodum alia fuit ab argentariorum officinis, ἀργυροπρατεῖων appellatione donata, ut auctor est

Theophanes, an. 5 Justiniani. *Vicum Argentarium* dixit S. Augustinus, lib. VII *De civit. Dei*, cap. 4. Verum secus censet Cujacius, ad l. VII C. *De colleg. et chartopr.* lib. II; contendit enim locum hunc perperam *Chalcopratia* a scriptoribus vocari, cum *Chartoprata* dicere debuissent, in quo nempe erant officinæ, ubi chartæ distrahebantur. Nam fuit in urbe Constantinopolitana, ut ait Justinianus Nov. XLIII, πολλὴ ἡ τῶν χαρτῶν ἀφθονία. Sed sive Chalcopratia officinæ fuerint ærariæ, seu chartariæ, id pro certo haberi debet eas officinas non intellexisse Annam; siquidem de templis agit, a quibus τὰ μὴ χρησιμεύοντα ἐπαβόσθιλις abstulit Alexius, in quibus fuerunt valvæ argenteæ Chalcopratorum ædis, Deiparæ sacræ, cui id nominis a loco, ubi inædificata erat, inditum. De ejus conditore variæ sunt scriptorum sententiæ. Cedrenus enim Theodosium Juniorem condidisse templum Chalcopratorum, et Deiparæ sacræ commemorat, cum locus is antea esset Judæorum synagoga. Cedreno concidunt Glycæ et Joelus. Theophanes verò, et ex eo Anastasius in *Hist. Eccles.*, et Paulus Diac. lib. XII *Hist. Misc.* Justinum ædis Chalcopratianæ condi-

at non Metaxam, qui ei constanter obstitit, multasque contra rationes attulit plausibiles, loquendi libertate etiam usque ad sugillationem Isaacii provecta: verum pluribus cedentibus, frustra fuit, et in sententiam sebastocratoris conclusa res est. Ea magnarum adversus imperatores (nam Isaacium non dubitem imperatorem citra purpuram dicere), gravium ea, inquam in fratres Comnenos querelarum causa exstitit, non in præsens modo aut finitimum tempus, sed et in longe consequens invidia durante, cui accendendæ non segnem dedit operam Leo quidam Chalcedonensis tum antistes, non ille quidem valde doctus aut eloquens, cæterum virtutis cultor, homo duris austerisque moribus. Is cum e valvis templorum quæ ad forum æris vænalis procul ab opportunitate populi sita minori concursu terebantur, auri argenticæ laminæ atque emblemata revelli cerneret, in medium irruens voce liberrima intercessit; nec ulli excusationi necessitatis aut allegationi prisorum canonum concedere quidquam voluit. Quin etiam ex eo tempore contumeliose atque impotenter inveli consueverat in Augustum, præsentemque in os objurgare, quoties ille redibat in urbem regiam; dabatque animos homini, abutenti ea re quam venerari debuerat, patientia incredibilis et humanissima facilitas principis talia dissimulantis. Nunc vero cum occasione primæ Alexii expeditionis in Robertum Isaacius justissimis de causis ex Senatusconsulto, impetrato etiam consensu præsulum, pecunias servandæ rerum summæ necessarias et

νου αὐταῖς ἀργυρίου καὶ χρυσίου, εἰς τὴ μέσον εἰσόδου ἐπαβήρησάετο, μὴ δ' ὅλως ἡ οἰκονομίας, ἡ τῶν περὶ τῶν ἱερῶν κειμηλίων νόμων ἐπαισθανόμενος. Ὑβριστικώτερον δὲ καὶ ὅσον εἰπεῖν ἀτακτότερον τῶν τῆνικαῦτα, κρατοῦντι προσεφέρετο, ὁσάκις εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανήει, τῇ ἀνεξικακίᾳ ἐκείνου, καὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ καταχρώμενος. Καὶ ὀπηνίκα μὲν τὰ πρῶτα κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου ὁ αὐτοκράτωρ τῆς βασιλείδος πόλεως ἐξήει, Ἰσαακίου τοῦ σεβαστοκράτορος καὶ αὐταδέλφου αὐτοῦ χρήματα, μετὰ τῆς κοινῆς γνώμης, ἔθεν δὴποτε συμποριζομένου, μετὰ τῶν νόμων ἅμα καὶ τοῦ δικαίου, εἰς θυμὸν ἐκίνει τὸν βῆθύντα ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως, ἀναίσχυντότερον αὐτῷ προσφερόμενος. Ὡς δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς, πολλὰκις μὲν ἡττηθεὶς καὶ μυριάκις αἰθῆς κατατολήσας τῶν Κελιτῶν, Θεοῦ νεύσει νικηφόρος, καὶ στεφανίτη; ἐπανελθούσῃ, ἐπει καὶ αὐτῆς ἄλλο νέφος ἐχθρῶν, τοὺς Σκύθας φημι, κατ' αὐτοῦ ἐξορμῶν ἔδη μεμαθήκει, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἡ συλλογὴ τῶν χρημάτων, καὶ τοῦ βασιλέως ἐν τῇ μεγαλοπόλει ἐνοδημούντος ἐφ' ὁμοίαις αἰτίαις; ἐσπουδάετο, ὁ ἀρχιερεὺς ἐκεῖνος ἀναδίστατον προσέειπε τῷ αὐτοκράτορι. Καὶ συζητήσεως ἐνετύθεν πολλῆς περὶ τῶν ἱερῶν γενομένης<sup>55</sup>, λατρευτικῶς<sup>56</sup> οὐ σχετικῶς (15) δὲ προσκυνεῖσθαι τὰς ἀγίας εἰκόνας παρ' ἡμῶν ἐδογματίζεν ἐν τισὶ μὲν εὐλόγως καὶ κανονικῶς<sup>57</sup>; ἅμα ἐνιστάμενος, ἐν τισὶ δὲ καὶ οὐκ ὀρθῶς δογματίζων οὐκ οἶδα εἶτε δι' Ἐριν, καὶ τὴν πρὸς τὸν βασιλέα ἀπέχθειαν τοῦτο πεπονήως, εἶτε δι' ἀγνοίαν. Ἐξακριβοῦν γὰρ ἀσφαλῶς τὸν λόγον οὐκ εἶχεν ὁ τι λογικῆς μαθήσεως ἀμέτοχος ὀπῆρχε παντάπασιν. Ὡς δ' ἐπὶ πλέον πρὸς τοὺς βασιλεῖς ἐθρασύνεται, χαίρει κάκως ἀνδράσι πειθόμενος; ὁποῖοι πολλοὶ τότε ὑπῆρχον τοῦ πολιτεύματος, εἰς τοῦτο παρανυττόμενος, καὶ πρὸς ὑβρεῖς καὶ βλασφημίας ἀκαίρους ἐτρέπετο, καὶ ταῦτα παρακα-

#### Variæ lectiones ex cod. Coislino.

<sup>55</sup> γινομένης. <sup>56</sup> λατρευτικῶς. <sup>57</sup> ἀρχιερατικῶς.

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

torem agnoscunt, traduntque eo perinde exstitisse loco, ubi antea fuerat Judæorum synagoga, haud procul a Magna ecclesia. A Theophane et cæteris dissentit *Chronicon Alexandrinum*, in quo Marciano et Pulcheriæ uxori attribuitur. Theodorus Lector, Ecl. 1, quem sequitur Nicephorus Call. lib. xiv, cap. 2 et 49, solam Pulcheriam conditricem agnoscit. Denique Justinianus Nov. iii, cap. 1, a Verina Leonis M. uxore ædificatam scribit. Sed hæc ita concilianda sunt, uti jam olim monuimus, ut dicamus a Theodosio inchoatam, a Pulcheria confectam, a Verina postmodum et Justiniano de novo instauratam. De hoc templo agunt præterea idem Theodorus Lector, Ecl. ii; Gregorius II. PP. epist. 2, ad Leonem Isaurum, Cedrenus in Mauricio, Porphyrogen. *De adm. imp.* cap. 29, et Gyll. lib. ii, cap. 21.

(15) *Λατρευτικῶς, οὐ σχετικῶς.* Id est, cultu patriæ, qui soli Deo competit, non vero per accidens, et respectu prototypi, qui Theophani A. Leonis Isauri X. σχετικῆ τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκύνεσις dicitur: *affectivam imaginum adorationem* vertit Anastas. in *Hist. Eccl.* Quo spectant illa ex Act. iv synodi Roumæ sub Stephano IV PP. apud Holstenium in Collectione Romana: *Non sicut deos imagines adoramus nos fideles, absit,*

*sicut pagani; sed tantummodo affectum et charitatem animæ nostræ ad vultum faciei imaginis aptamus.* Quæ verba sumpta sunt ex vii synodo, act. 4: Καὶ προσκυνῶ οὐχ ὡς θεοῦς, μὴ γένοιτο! ἀλλὰ τὴν σχέσιν καὶ πόθον τῆς ψυχῆς μου, ὃν εἶχον πρὸς αὐτοὺς τὸ πρῶτον καὶ ἀρτίως ἐνδεικνύμενος, παρακαλῶ πάντας αὐτοὺς ὁμοψύχως προσεῦειν ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς Θεόν, etc. Act. ii, *De imaginibus:* Καὶ ταῦτα σχετικῶς πόθῳ προσκυνούμεν. Constantin. Manasses in Theophilo κατὰ σχέσιν dixit:

Καὶ γὰρ ἀπεχθανόμενοι ταῖς ἱερογραφίαις,  
Καὶ τοῖς ἀπεικονίσμασι Χριστοῦ, καὶ τῶν μαρτύρων, |  
Τοὺς ἀπονέμοντας αὐτοῖς τὸ κατὰ σχέσιν σέβας  
Ἐν ὑποφόροις καὶ δειναῖς στρεβλώσεσιν ἐκάκου.

Joannes Damascenus, lib. iii *De cultu imag.* Προσκυνούμεν οὐν ταῖς εἰκότιν, οὐ τῇ ὅλῃ προσφέροντες τὴν προσκύνησιν, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τοῖς ἐν αὐταῖς εἰκονιζομένοις· ἡ γὰρ τῆς εἰκόνας τιμὴ εἰς πρωτότυπον διαβαίνει. Eadem habet vii synodus, act. vii, p. 686 edit. 1618. Vide Theophan. Ceram. Homil. de SS. Imagin. Vitam S. Theophanis 294. Confess. editam ab Henschenio 12 Martii cap. 16; et *Turcogr. Crusii* pag. 51 et 498.

λοῦντος αὐτὸν τοῦ βασιλέως μεταβαλεῖν τὴν περὶ τῶν εἰκόνων γνώμην, ἔτι δὲ ἑκατὸν καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀποσχέσθαι ἄπεχθείας ὑπισχνουμένου ἅμα καὶ τὰ ἱερὰ ταῖς ἀγλαῖς Ἐκκλησίαις λαμπρότερα ἀποδοῦναι, καὶ πᾶν ὅτι θεοὶ ποιεῖν πρὸς διόρθωσιν, καὶ ἡδὴ κατὰ διορθωμένον ἑπὶ τῶν ἔλλογιμωτέρων τότε τῆς συνόδου, οὐδὲν οἱ τῶν Χαλκηδόνος μέρει προσκείμενοι κόλακας ἐκάλουν, καθαιρέσει κατεδικάζετο· ὡς δὲ μηδὲν ὑποπιτήσων οὐδὲ ἠρέμει, ἀλλὰ καὶ αὐθις συνετάραττε τὴν Ἐκκλησίαν, οὐκ ἀγεννῆ φρατρίαν συνεπαγόμενος, ὡς ἄτακτος ἦν πάντῃ καὶ ἀδιόρθωτος, μετὰ πολλῶν ἐναυτῶν παρεμβυσιν, πάντες ὁμοῦ τοῦ ἀνδρὸς κατεψηφίσαντο, κἀντεῦθεν ὑπερροσίαν καταδικάζεσθαι. Καὶ δέχεται τοῦτον ἢ περὶ τὴν Πόντον Σωζόπολις (16), παντοίας προνοίας καὶ θεραπείας βασιλικῆς ἄξιόμηνον, καὶ οὐδαμῶς χρῆσθαι ταύταις ἠθούλετο, ὕστερον, δὲ ἦν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἔτρεφε μῆνιν ὡς ἔουκεν.

obsistendi imperatori a quo dudum abhorrebat, an denique ignorantiae veri assignandam puteni, in ultimam tamen hanc partem suspicione propendeo. 136 Quoniam enim is vir multam operam litteris non dederat, artisque ratiocinandi funditus rudis erat, facile fieri potuit ut quaedam minus ad theologiae canones exacta inter disputandum effutierit; verum in dies successibus ipsis adolescente ea quam impune lacessendis imperatoribus usurpare semel coeperat audacia, incitantibusque ad ipsum ultro currentem male feriatis plurimis, quibus ea quae tum erat reipublicae gubernatio non placebat, homo sui parum potens in contumelias maledictaque intempestiva et intolerabilia efferebatur, Augustum licentiasime proscindens, placare hominem e contrario constantem, suadentemque amicissime ut et quae temere de sacris imaginibus dixerat mature revocaret, et deposita simultate, redire secum in gratiam vellet: se enim restituere paratum quae e sacris abstulerat aëlibus, imo splendidiora repositurum, ad emendationem porro culpae istius qualiscunque nihil legitimi piaculi recusaturum: quo in genere praecipuis sacrorum, antistitem adeo jam satisfecerat, ut ii causam ejus diligenter tuerentur, eoque ipso nomine ab iis qui Chalcidonicas partes fovebant assentatores audirent; verum ad ea illo obsurdescens omnia, irrevocabiliter quo impetum coeperat ruebat. Quare ad necessarium remedium animadversionis canonicae ventum tandem est, homoque multis nominibus id meritum de sede quam occupabat est depositus. Non fregit indomitum animum ea res; turbat iterum et factiones ciet in Ecclesia, non exigua sibi adjuncta secumque abducta multitudine sectariorum. Quod dum per multos annos agit, turbulentique sui ingenii et inflexibilis pervicacia plenam fidem facit omnibus, denique omnium calculis damnatus exaulare jussus est apud Sozopolim ad Pontum: ubi providerat imperator, ut officiosissime exciperetur, curareturque copiose: quanquam, ille contumacia se involvens sua, et in concepta semel adversus Augustum ira animum, ut apparebat obfirmans, oblata ejus uti liberalitate noluit.

Ἄλλὰ ταῦτα μὲν ὧδε περὶ περιγεγράφθω. Ὁ δὲ γε αὐτοκράτωρ τοὺς νεήλυδας (συνέρρεον γὰρ ἱκανοὶ περιωθέντα τοῦτον μεμαθηκότες) ἐπιμελῶς ἐξέπαιδευεν, ὅπως ἵππευεῖν χρῆ καὶ τοξοῦεῖν εὐστοχώτατα, ὀπλιτεύειν τε καὶ ἐνεδρεῦεῖν ἐπικαιρότατα. Ἐπετόμφοι δὲ αὐθις πρὸς τὸν βῆγα Ἀλαμανίας πρέσβεις ὡν προεξήρχον ὁ Μεθύμνης (17) κα-

A de illis reportatis victoriis ultus esset, Deo juvante; coronatusque inde ac triumphans in urbem regiam esset invectus: exortaque nova Scytharum in imperium irruentium gravissima procella, in non dispari periculo ad simile praesidium simili omnium consensu, praesente insuper et rem urgente imperatore, confugeretur, idem hic homo solita sua pervicacia magnopere apud imperatorem offendit. Porro hac occasione cum de sacris aedibus signisque et imaginibus multa ut fit disputarentur, hic antistes in eam sententiam disseruit, ut contenderet, sacras imagines absoluto a nobis et in ipsis haerente cultu affici, non autem duntaxat relativo. Itaque ut ille quidem nonnulla plausibiliter eanoniceque et pro dignitate sacerdotii diceret B agereturque, tamen in aliis prolabeatur parum orthodoxe sentire reprehensus: cujus erroris causam haud scio an aestui contentionis, excurrentis plerumque longius quam par est, an studio

Sed de his hactenus. Ad imperatorem enim redeundum est, qui recens appulso milite (multi siquidem ad eum, ut salvum esse constitit, confluxere) sedulo exercebat ad omnes partes functionis militaris: docens, equum scite regere, collimare arcu quam certissime, vadere exsertis armis in adversos, rursusque tempestive subsidere in insi-

C

Sed de his hactenus. Ad imperatorem enim redeundum est, qui recens appulso milite (multi siquidem ad eum, ut salvum esse constitit, confluxere) sedulo exercebat ad omnes partes functionis militaris: docens, equum scite regere, collimare arcu quam certissime, vadere exsertis armis in adversos, rursusque tempestive subsidere in insi-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

ἑ γάρ. ἑ ἀπέχεσθαι. ἑ διορθουμένου. ἑ Deest vox βασιλικῆς. ἑ προεξήρχον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(16) Σωζόπολις. Sozopolim ad Pontum Euxinum pariter s'ait Cantacuzenus, lib. 1, cap. 3: Τὴν Σωζόπολιν κατὰ τὴν Εὐξεινον Πόντον, πολυάνθρωπον οὖσαν καὶ μεγάλην πόλιν. Sozopoleos mentio fit praeterea apud Annam pag. 362. Tzetzem, chil. 12, hist. 596, et Samuelem Guichenonum, in *Allobrogum principum Historia*, ad an. 1366. Aliam ejus-

dem appellationis urbem in Pamphylia statuunt Nicetas in Joan. n. 4; Scylitzes et Tageno Pataviensis; in alterutra natus Joannes patriarcha Constantinopolitanus, de quo Gregoras, lib. vi.

(17) Ὁ Μεθύμνης. Methymna Ptolemaeo et aliis, est Lesbi insulae oppidum. Vide infra, p. 206. Est etiam Æliano, lib. xiv Περὶ ζώων, cap. 20, urbs

diis. Miserat vero denuo legatos ad regem Alama-  
niæ, sub quodam Methymne dicto, quem legationis  
esse principem jusserat. His et litteras et mandata  
dederat quibus magnopere instigare Henricum  
conabatur ad rumpendas omnes moras invadendæ  
Longobardiæ, juxta pacta conventa inter ipsos an-  
tea transacta. Iret ergo quamprimum moveretque  
infesta signa in Roberti ditionem, quo, ejus viribus  
ad necessariam rerum suarum defensionem a Roma-  
no imperio tantisper aversis, respirare interim a  
clade Alexius posset, et conductis iterum auxilia-  
ribus copiis comparare se ad Robertum toto Illyrico  
pellendum. In eo si rex Alamanïæ operam commo-  
dare ipsi facillimam vellet, maximam ab se initurum  
gratiam, quam omnibus officiis et beneficiis  
rependere ac remunerari **131** paratissimus esset  
imperator Alexius, in primis vero connectenda  
quamprimum affinitate quam Henrici legati regem  
ipsorum cupere significaverant, cujusque ipsis spes  
facta fuerat. His ita dispositis Augustus Pacurianum  
magnum domesticum ibi relinquens, ipse in urbem  
regiam revertitur, auxiliares illuc undecunque  
copias commodius convocaturus, et alia quædam  
pro tempore ac rerum præsentium statu dispositu-  
rus. Manichæi Xantias et Culeo, cum iis quos  
ductabant, numerum æquantibus quingentorum  
supra duo millia, temere atque injussu domum  
revertuntur : sæpiusque ab imperatore revocati,  
promittebant quidem, sed nullo morarum sine  
differebant reditum. Quare in id sedulo incumbebat  
imperator donis et honoribus per litteras pollicen-  
dis, ut eos reduceret : in quo tamen frustra fuit,  
illis ne sic quidem reverti curantibus. Dum hæc  
ita imperator adversus Robertum comparat, veuit  
ad eundem Robertum trepidus nuntius, regem Ala-  
maniæ in procinctu esse ad invadendam Longobardiam.  
Ea ille re in curam versus postquam in  
contrarias sententias alternavit animm aliquandiu,  
acri attentione disquirens, quid in tali articulo  
rerum factu esset optimum, tandem reputans se  
Rogerio filio ditionem Italicam attribuisse, jam tum  
cum in istam expeditionem versus Illyricum solveret,  
Baimundo vero alteri filio nullam adhuc assignasse

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>10</sup> μετὰ τῶν συγχειμένων συνθηκῶν. <sup>11</sup> Ἀλαμάνων. <sup>12</sup> ὑπισχοῦνται. <sup>13</sup> Ἀλαμάνου. <sup>14</sup> κατέλειπε.  
<sup>15</sup> Βαϊμούνδου. <sup>16</sup> ἀπενείματο. <sup>17</sup> Deest vocula τούς. <sup>18</sup> ὀπλιτικοῦ. <sup>19</sup> Βαϊμούνδου. <sup>20</sup> νεανίσκου.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Cretæ insulæ. Ab alterutra dictus, quisquis fuit,  
legatus iste, quem Methymnæ episcopum fuisse  
conjicio. Est enim Methymna urbs episcopatu in-  
signis apud Allatum, *De Eccl. Occid. et Orient.*  
*consens.* lib. II, cap. 12. In concilio Nicæno I sub-  
scripsit Andreas ἐπίσκοπος τῆς Μεθυμνῶν πόλεως  
τῆς Λεσβίων νήσου, ut est in schedis Sambuci  
apud Seldenum ad Eutychiei *Origines*, pag. 127. De  
hac porro Alexii ad Henricum legatione Bertholdus  
agens : *His temporibus Constantinopolitanus impe-  
rator maximam pecuniam Henrico quondam regi  
transmisit, ut Robertum Guiscardum ducem Cala-  
briæ et Apulie, conjuratum militem Domini Papæ,  
in ultionem ejusdem regis bello appeteret.* Conradus  
abbas Usperg. an. 1083 : *Eodem tempore legati  
Græcorum venerunt munera multa et magna in auro  
et argento, vasisque ac sericis afferentes.*

**D** (18) *Κῆδος ἐκπληρῶσαι.* Vide supra, pag. 94.  
(19) *τῆν τοῦ βῆρος Ἀλαμανίας.* De hac Hen-  
rici IV in Italiam expeditione consulendi Berthold.  
Argentin., Uspergensis, Leo Ost., Hugo Flavii.,  
Marianus Scotus, Otho Frising., Sigebertus, et  
alii.  
(20) *Βαϊμούντορ.* Guillelmus Apuliensis :  
*Robertus geminis exacto navibus anno,  
Adriacis undis loca rursus ad Appula transit,  
Is primogenito populum commiserat omnem,  
Cui nomen Boemundus erat, pariterque Brieno.*  
(21) *Καὶ φησιν.* Comparanda hæc Roberti  
oratio cum ea quæ exstat apud Ordéricum, I, VII,  
p. 642. Consulendus etiam Gaufr. Malaterra,  
lib. III, cap. 33.

regionem cui præsetet summo jure, comitibus et lectis ex toto exercitu viris in consilium vocatis, accersitoque Baimundo, ipse ad orandum altiori loco considens, sic locutus est :

ὼδατε, κόμητες, ὅτι τὸν φιλιτάτον μου υἱὸν A Scitis, comites, charissimum filium meum primogenitum Rogerium a me cum in Illyricum trajicerem constitutum fuisse dominum ditionis Italicæ meæ. Non enim oportebat me illinc ad tantæ aleæ ac periculi negotium solventem, solum proprium ac quasi natule meum, sine custode ac principe cujusvis expositum cupiditati relinquere, velut paratam prædum omni tollere ausuro. Quoniam vero rex Alamaniæ, ut certis indicibus comperimus, in eam spem se accingit, et magno exercitu invadere nostras domos ac terram parat, utique faciendum nobis est ut ejus conatibus obviam eatur. Quæ enim ratio sinit, ut qui alienis acquirendis insistimus, propriorum jacturam ignava desidia seramus? Ego igitur hanc spississimam operæ partem ultro depono mihi et sumo: bellum, inquam, cum rege Alamaniæ ego ipse gesturus toleraturusque propere; huic vero juniori meo filio Dyrrachium et Aulonem urbesque ac insulas cæteras quæ belli hujus nondum licet patrati, quasi anticipata præmia in pignora reliquorum jam habemus, relinquo, addico, commendoque. Quod ut prospere feliciterque cedat oro obtestorque vos, ut eum non alio habeatis loco quam me ipsum: ita ut sicut pro me fecistis, sic pro ejus causa atque capite toto animo totoque pectore pugnandum vobis arbitremini. Tibi vero, fili charissime, pro jure atque affectu patrio impero 132 commendoque (hæc dicens vultum et orationem ad Balmundum vertit) ut omni honoris atque observantiæ genere quo par est, comites prosequaris, consiliisque ipsorum tantum tribuas, ut nihil plane rerum prius gerere aggrediaris quam eorum sententiam exquisieris; quam quidem tanti apud te momenti esse volo, ut nunquam ei privatam tuam quantumvis ea tibi scita callidumque videatur, præferendam putes. Præcipue autem præ cæteris omnibus etiam atque etiam mando tibi Romanum bellum. Et vide ne nulla unquam hujus tibi curæ remissio subtrepat. In Romanum, inquam, bellum, fili, jam a nobis affectum, tu patrandum incumbe. Res tibi reliqua est cum imperatore magno prælio victo, ab ingenti clade vix incolumi elapso. Qui hoc ipsum in lucro posuit, quod cæsis deletisque plerisque omnibus suis copiis, ipse unus tantum non occisus, tantum non captus, e manibus nostris evaserit. Tu ne vim, ne impetum remittas; insta; incumbe in concussum semel; illud metuens, ne is colligendi sui spatium per te nactus, formidolosior existat ultor acceptæ cladis, majoresque ac vehementiores ipso dolore ac sensu ignominie in nos spiritus colligas. Non est is, mihi crede, de vulgo aliquis, et quem impune possis contemnere. Homo a puero in bellis præliisque nutritus, qui Orientem Occidentemque victoriis peragraverit. Audivisti omnino quam

Variæ lectiones ex cod. Coislino.

<sup>81</sup> Ἀδάμ. <sup>82</sup> ὕμν. <sup>83</sup> τουτωί. <sup>84</sup> παρεγγυώμαι. <sup>85</sup> Βαίμουδον. <sup>86</sup> Deest vocula ἐν. <sup>87</sup> καταμελήσης. <sup>88</sup> συλλέξει. <sup>89</sup> Deest vocula ἐν. <sup>90</sup> ἡμεδαπής.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(22) Ἐναυθετεῖν. Hesychius, Αὐθεντεῖν, ἐξουσιάζειν. Phrynichus, Αὐθέντης, ἐπὶ τοῦ δεσπότητος, οἱ περὶ τὰ δικάσθηρια ῥήτορες. Vide quæ de hujus

vocis notatione habent præterea Meursius et Fabricius, in Gloss. et Allatius, lib. 1 *De Eccl. Occid. et Orient. perpet. consens.* cap. 21, n. 4.

multos quaque potentes tyrannos prioribus imperatoribus ipse armis manumque victos ac vincitos adduxerit. In hoc tali tu hoste si attentionem laxas, si aliter in eum quam totis viribus summaque contentione ferris, brevi quæ ego molimine ac labore promovam magno, in nihilum tua culpa tuoque damno recident omnia. Tuo, inquam, damno; nam tibi si, quod Deus avertat! secus quam mando faceres, acerbis fructus tuæ desidiæ otiose gustandi longo tempore obtruderentur. In his verbis et mandatis tute tibi dico, fili, vobisque, comites, alia hinc ad pericula aliaque bella sine mora pergens, decertaturus cum rege Alamania, ipsumque e nostris finibus pulsurus, ut charissimo meo filio Rogerio possessionem olim a me datam idem vindicem atque asseram propriam.

Hæc locutus monerem conscendit, et in oppositam oram Longobardicam trajecit; momentoque Salernum delatus (quæ civitas dudum a plerisque qui ei terrarum tractui imperitare affectaverant in ducalis curiæ ac comitatus sedem totiusque principatus quasi metropolim delecta fuerat), ibi per otium delectibus habendis, convocandisque magno undique studio ac sumptu copiis, tum ex civibus atque indigenis, tum ex aliis etiam remotis gentibus, quamplurimis quamque firmissimis, vacavit. Interim rex Alamania, juxta ea quæ Augusto promiserat, se ad invadendam Longobardiam accingebat. Qua re comperta, Robertus festinavit Romam, ut ibi conjunctis cum papa copiis certiori spe successus ad arcendum suis finibus Henricum pergeret. Consensit in id papa facile. Ergo ambo communi impetu adversus Alamanum vadunt: qui magnis ostentatis minis haudquaquam consentanea subjungens, quippe refrigeratus Orientalibus nuntiis de imperatoris prælio adverso, quo amissis maximam partem copiis, ipse vulneratus multis locis, mira generositate invicti animi, conatibusque **133** heroicis, Deo superisque omnibus juvantibus vix salvus evasisset, tutiora respicere consilia decrevit, nec necesse aut con-

**C** Et hæc quidem hactenus de sultanibus. Helcanes autem archisatrapa cum suis occupatis Apolloniade ac Cyzico, civitatibus ad mare sitis, maritimam in le universam oram infestam latrocinii habebat. Id simul imperator audiit, naviculis quæ forte ad manum fuere (nam classis nondum parata erat) satis magno numero expeditis, impositisque in cas machinis ad oppugnationes urbium aptis, una cum fortibus militibus, præfectoque omnibus Euphorbeno Alexandro viro et genere illustri, et fortitudine inclyto, apparatus istum omnem adversus Helcanem misit. Pervenit cito Apolloniadem cum his Alexander, urbemque impigre adortus, continua oppugnatione sex dierum, ne noctibus quidem relaxata, totum exteriorem civitatis ambitum, quem nunc Exopolon vulgari verbo consuetudo

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>18</sup> ἀποδράσαντες, I ἀποδράσαντες. <sup>19</sup> Κλιτζίσθάν. <sup>20</sup> Μουχούμετ. <sup>21</sup> νυκτὶ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

princeps, qui Antiochiam cepit : *vetus Tudebodo*, pag. 783, dicitur, ad discrimen Solymanni Junioris, veteris filii, cujus primogenitus frater fuit Clitziasthan, qui Nicæam occupavit : quam urbem Solymanno fratri Clitziasthanem cecisse par est credere in partem hæreditatis paternæ, reservata sibi Lycaonia, vel Cappadocia. Nam et tempore expugnatæ a nostris Nicææ, urbi imperitabat Solymannus, Clitziasthan vero Lycaoniæ et Iconiensi urbi. Vide *Annales*, pag. 318.

**D** Si ita se res habet, erit ἐξώπολον porta exterior, uti appellatur ab Hovedeno, pag. 736, quæ etiam a Græcis recentioribus ἐξώπορτον, et ξωπόρτης dicitur. Verum nihil hoc loco temere immutandum; est enim ἐξώπολον, ὃ ἐξωθεν τοῦ κάστρου, seu πόλεως, κύκλος; hoc est, extra urbem munitio, seu murus exterior, Latinis *antemurale* et *barbecanum*, nuncupatus. Joan. de Janua in *Catholico* : *Procestria, loca extra civitatem, sicut procastria, loca extra castra*. Laonicus, lib. ix, ἐξώκαστρον, dixit : *προτείχιμα*, Procopius, ut et *Anna*, lib.

(67) Ἐξώπολον. Reponit interpres ἐξώπολον.

vocat, redegit in potestatem, Helcanemque in arcem contrusit fortiter inde repugnantem auxilii mox adfuturi fiducia, quæ nequaquam ipsum est frustrata. Brevi enim apparuit multitudo ingens barbarici exercitus cui suum longe imparem Alexander sentiens, melius putavit cœptis assistere, quam copiis sibi creditis in certum exitium committendis, dedecus tentatæ sine successu arcis unius tot fortium virorum jactura cumulare. Obsidione igitur trepide soluta, vicissim ipse jam conclusus atque in arcto res suas positas sentiens, ideoque anxie circumspectans salutis expediendæ vias omnes, denique nihil tutius reperit quam si mare versus iter intenderet. Sua ergo suosque in eas quas dixi naviculas impositos propelli per stagnum jubet. Præsentit Helcanes consilium, **181** præoccupatoque præsidii tum stagni ostio tum ponte fluminis, Romanos omni ex parte circumvenit. Visitur illic templum olim ædificatum a sancta Helena in nomine Magni Constantini, a quibus appellationem pons iste hodieque obtinet. Eo ubi cum suis scaphis Romani pervenere, cooriuntur ex insidiis repente milites Helcanæ inter fortissimos delecti, maximoque numero hinc pontem insidentes, illinc stagni, quod diximus, ostium. Nostri, sero intelligentes sese incidisse in paratos laqueos, quod extremum desperatio fortibus facit allisis utrinque ad litus scaphis exsiliens in terram ad hostes audacter vadunt. Nec desunt sibi Turci; pugnatur atrociter; tandem paucitas opprimitur a numero; multi nostrorum et in iis eximii quique capti, multi hausti fluvio. Periculis tristi nuntio Augustus Opum cum justo exer-

A Ἐλχανῆς καρτερῶ; ἀντεποιεῖτο τῆς ἀκροπόλεως, δυνάμεις ἐπιζῶν ἐξωθεν ἐλθεῖν. Καὶ δὴ στρατιᾶν βαρβαρικὴν ἀξιόμαχον ἐπικαταλαμβάνουσιν εἰς ἀρωγὴν τοῦ Ἐλχανῆ ὡς θεασάτο ὁ Ἀλέξανδρος, τοὺς δ' ὑπ' αὐτὸν μὴ δὲ τὸ πολλοστὸν τῆς ἐπικαταλαμβάνουσης δυνάμεως σώζοντας, βέλτιον ἔγνω κἄν μὴ νικῶν, ἀλλὰ γε τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἀσυνεῖς διατηρῆσαι. Ἐν στενῷ δὲ κομιδῇ τὰ κατ' αὐτὸν ἐληλακότες συνορῶν, καὶ οἷ σωτηρίας τρόπος οὐχ ὑπολέλειπται, ὡς πρὸς τὴν θάλασσαν ἀπονενεύκει. Καὶ διὰ τοῦ ποταμοῦ εἰσελθὼν ἐν ταῖς ἰδίαις ναυσὶ πρὸς αὐτὴν διεπλοῖζετο <sup>21</sup>. Στοχασάμενος; ὁ <sup>22</sup> Ἐλχανῆς τὸν <sup>23</sup> τοῦ Ἀλεξάνδρου σκοπὸν <sup>24</sup>, προκαταλαβὼν τὸ τῆς λίμνης (68) κατέσχε στόμιον, καὶ τὴν τοῦ ποταμοῦ <sup>25</sup> γέφυραν ἐν ἧ καὶ τέμενος <sup>B</sup> πάλαι παρὰ τῆς ἁγίας ὤκοδόμητο Ἐλένης, ἐπ' ὀνόματι τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἐξ ὧν τὴν ἐπωνυμίαν ἡ γέφυρα μέχρι καὶ νῦν ἐκτήσατο. Τῷ γοῦν ἤδη ῥηθέντι στομῶ, καὶ αὐτῇ δὴ τῇ γεφύρῃ ἄνδρας πολεμικωτάτους ἐπιστήσας ἐφ' ἑκάτερα, παρήγγειλε τὴν τῶν πλοίων δίδοον ἐνεδρεύειν. Ὡς δὲ ἅπαντες ἐν τοῖς ἤδη ῥηθείσιν ἀγγαρίοις (69) εἰσελθόντες διὰ τοῦ στομίου τῆς λίμνης, ταῖς πάγαις τοῦ Ἐλχανῆ ἐμπεπτῶκασι, θεασάμενοι τὸ καταλαβὼν αὐτοὺς δεῖν, καὶ μὴ ἔχοντες ὅ τι καὶ δράσειεν, τῇ χέρσῃ τὰς νῆας ἐφορμίσαντες, κίχαιθεν ἀλλόμενοι, περὶ τὴν ἡπειρὸν ἐξεληλύθεισαν. Καταλαβόντων δὲ αὐτοὺς τῶν Τούρκων, μέγας ἀναρῆγγυται πόλεμος. Καὶ πολλοὶ μὲν τῶν λογάδων ἀλίσκονται, πολλοὶ δὲ καὶ ταῖς δίναις τοῦ ποταμοῦ ἐμπεπτωκότες παρεσύρησαν. Ταῦτα μεμαθηκῶς ὁ βασιλεὺς καὶ μὴ φέρον τὴν ἤτταν, ἀξιόμαχον εὐνάμιν μετὰ τοῦ Ἄπου διὰ τῆς ἡπείρου, κατ' αὐτῶν ἐξέπεμψεν. Ὡς καὶ τὴν Κύζικον καταλαβὼν ἐξεπιδρομῆς ταύτην κατέσχε.

Variae lectiones ex cod. Coislin.

<sup>21</sup> διεπλοῖζετο. <sup>22</sup> δὲ ὁ. <sup>23</sup> τῶν. <sup>24</sup> σκοπῶν. <sup>25</sup> τῷ ποταμῷ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

xiv, pag. 496 : Ἐπεφρούρητο δὲ ἡ πόλις καὶ ἄλλοις μὲν ἀρραγέσι τείχεσι, καὶ δὴ καὶ τρισὶ προτειχίσμασι κύκλῳ ταύτην περιλαμβάνουσιν, ὃ γὰρ ἐξώτατο; κύκλος περιεῖχε τὸν δεύτερον. Anastasius in Hist. Eccl. pag. 95, προπύργια apud Theophanem; *antemuralia* vertit. In *Glossario Græco-Lat. procastrium*, ὃ πρὸ τῆς παρεμβολῆς τόπος exprobitur. Est igitur ἐξώπολον murus exterior, quo cætera urbis vel castri mœnia cinguntur et muniuntur, ne ad illa statim hostibus accessus pateat; unde *ca. promurale* appellatur ab Isidoro, lib. xv, *Orig.*, cap. 2; eo quod, inquit, sit pro munitione muri. Gesta Stephani reg. Angl.: *Exterius promurale quod ad castellum muniensium aggere cumulatisimo in altum sustollebatur.* **327** Interdum non modo muris aut parietibus munebatur illud procastrium, sed sæpe fossis et vallis. Willelmus Brito, lib. 1 *Philipp.* :

*Opposuit medium flumen natura fluentem,  
Qui burgum vallo disternit exteriori.*

Et ante :

... Vallum quod erat munitio prima.

Petrus monachus Vallis Sarnæi cap. 63 : *Adversarii autem quædam extra fossata repagula de lignis fecerant, et post illa repagula aliud fossatum, manebantque semper inier duo illa fossata, et inde*

*exibant sæpius, et infestabant nostros.* Quæ quidem fossata et repagula eidem scriptori paulo infra *Barbecanæ* dicuntur. Vide notata ad pag. 54, et Cinnamum, lib. iv, n. 4.

(68) Τὸ τῆς λίμνης. Lacum Lopadium intelligit, e quo annis profluit, Rayndacus olim dictus, ad cuius ostium exstructa fuit Apollonias, ut est apud Plinium, Ptolemæum, et Stephanum. Hujus signi, vel lacus, ut et pontis ad annum exstructi, de quo Anna, mentio fit apud Laonicum, lib. iv. Vide Leuncl. n. 86, et notas nostras ad Villhard., n. 169.

(69) Ἀγγαρίοις. Persuasum haberem ἀγγάρια ita dicta τὰ πρὸς ἰχθύων ἀγρῶν σκίφη, de quibus Nicetas in Isaacio, lib. i, n. 6, nisi doceremur a Constantino Porphyrog. *De adm. imp.* cap. 51, imperatores, cum peregre (unde etiam forte ejusmodi navigio nomen) et in suburbana prædia Byzantii ultra Bosphorum secedebant, his vehi solitos. Proinde malim *agrariis* ejusmodi naves, eadem esse, aut iis pernilites, quas *Agrarienses* vocat lex un. Cod. Theod. de lusoriis Danubii; ita ut iis uterentur, cum ἀγγαρεύειν vellent, id est, in suburbana prædia secedere. Hesychnus, ἀγγαρεύεις, περιέρχη. De lusoriis, vide Salmasium ad Vopiscum; de agrariis vero, rursum Annam, pag. 205.

Δειῶν δὲ καὶ τῶν ἰδίων ταγματῶν ἄνδρας τειχεσι- A  
 πλήτις καὶ φιλοκινδύνους ὡσεὶ τριακοσίουσιν κατὰ  
 τοῦ Ποιμανηνοῦ (70) ἐξαπέστειλεν. Οἱ καὶ ἐξ ἐφόδου  
 τοῦτο κατέσχον, καὶ τοὺς μὲν τῶν ἐντὸς, τοῦτου αὐ-  
 τοῦ που κτείνουσι, τοὺς δὲ καὶ ζωγρίαν πρὸς τὸν  
 Ὀπὸν πεπόμφασιν. Ὁ δὲ θάττον τοὺτους πρὸς τὸν  
 βασιλέα ἐκπέπομφεν· αὐτοὺς δὲ ἐκείθεν ἀπάρας, τὴν  
 Ἀπολλωνιάδα καταλαρβάνει, καὶ πολιορκῶν ταύτην  
 οὐκ ἐνεδίδου. Ὁ δὲ Ἑλλάνης ἀποχρῶσαν ἀπ' ἄρτι  
 πρὸς αὐτὸν μὴ ἔχων δύναμιν, τὴν μὲν πόλιν ἐθελοντῆς  
 παραδίδωσιν, αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν καθ' αἴμα προση-  
 γνητων αὐτομολεῖ πρὸς τὸν βασιλέα καὶ μυρίων μὲν  
 ἐπαπολαύει δωρεῶν· τυγχάνει δὲ καὶ τοῦ μεγίστου,  
 τοῦ ἀγίου φημί φωτισματος<sup>27</sup>. Ὅποσοι δὲ συνέψε-  
 σθαι τῷ Ὀπῳ οὐκ ἤθελον, ὃ τε Σκαλιάριος<sup>28</sup> καὶ ὁ  
 ἐν ὑστέροις Ὑπερπεριλαμπος, τιμηθεῖς. Ἀρχι- B  
 σατράπαι δὲ<sup>29</sup> οὗτοι τῶν ἐπιφανῶν μαθόντες [μεμα-  
 θηκίτες] τάς εἰς τὸν Ἑλλάνην φιλοφροσύνας καὶ  
 θαυμάσιους δωρεάς τοῦ αὐτοκράτορος, προσεληλυθότες  
 καὶ αὐτοὶ, τῶν ὁμοίων<sup>30</sup> ἐπιτυγχάνουσιν. Ἦν γὰρ  
 ὁ βασιλεὺς οὗτος ἄντικρυς ἱερατικώτατος, καὶ τὴν  
 ἀρετὴν καὶ τὸν λόγον, ὡς εἶπεῖν εὐσεβείας ἀπάσης  
 ὀρχιερεύς. Διδασκαλικώτατός τε γὰρ ἦν τοῦ ἡμετέ-  
 ρου δόγματος, καὶ ἀποστολικὸς τὴν προαίρεσιν καὶ  
 τὸν λόγον, καὶ εἰσὼ τῆς ἡμετέρας πίστεως ποιήσας  
 βουλόμενος, οὐ μόνον τοὺς Νομάδας τουτουοὶ Σκυ-  
 θας, ἀλλὰ καὶ τὴν Περσίδα πᾶσαν, καὶ ὅποσοι τὴν  
 Αἴγυπτον καὶ Λιβύην νέμονται Βάρβαροι. καὶ ταῖς  
 τοῦ Μωάμεθ τελεταῖς ὀργιάζουσιν.

gionem propagare Christianam, vir et virtutis usu ac  
 cultu, et meditatione ac exquisitione sacrae  
 doctrinae, ultra modum captumque vitae laicae, usque ad  
 æmulationem episcopaliū curarum, et studii  
 Apostolici progressus, promptissimus ad docendum per se  
 ipse promulgandumque dogma no-  
 strum, tum nulli ad id sumptui, nulli labori certus parcere:  
 qui nihil sibi amplius, nihil expetibilis  
 hungeret, quam si quo modo posset consequi, ut, non modo  
 isti Nomades Scythæ, sed 182 Persis  
 quoque universa quanta est, et quotquot Ægyptum  
 Africamque incolunt Barbari profanis Moamethis  
 initiati orgiis, ad sacros nostros ritus, patria ipsorum  
 damnata superstitione, se transferrent.

Ἄλλὰ περὶ μὲν τούτων ἄλις. Βουλομένη δὲ δεινο- C  
 τέραν καὶ μεζονα τῆς προλαθοσύνης κατὰ τῆς τῶν  
 Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐφοδὸν διηγῆσασθαι, εἰς ἀρχὴν  
 αὐθις καθιστῶ τὸν λόγον· ἄλλα γὰρ ἐπ' ἄλλοις διεκυ-  
 μάνθησαν. Γένος τι Σκυθικὸν (71) παρὰ τῶν Σαυρο-  
 ματῶν καθ' ἐκάστην σκυλευόμενοι ἀπάραντες τῶν  
 οἴκοι κατέλθον πρὸς τὸν Δάνουδιν. Ὡς δὲ πρὸς ἀνάγ-  
 κης ἦν αὐτοῖς μετὰ τῶν κατὰ τὸν Δάνουδιν οἰκού-  
 των σπείσασθαι, τούτου συνδόξαντος πᾶσιν εἰς ὁμι-  
 λίαν ἦλθον μετὰ τῶν ἐκκρίτων, τοῦ τε Τατοῦ (72),  
 καὶ Καλῆ ὀνομαζομένου, καὶ τοῦ Σεσθιάδου, καὶ  
 τοῦ Σατζᾶ<sup>31</sup> (χρῆ γὰρ καὶ τῆς ἐπωνυμίας μεμνη-  
 σθαι τῶν καθ' αὐτοὺς ἀρίστων ἀνδρῶν, εἰ καὶ τὸ

Varia lectiones ex cod. Coislin.

<sup>27</sup> βαπτίσματος. <sup>28</sup> Σκαλιάρης. <sup>29</sup> δὲ καί. <sup>30</sup> ἱμετρομένων. <sup>31</sup> Σατζῶ.

Cœr. Dufresnii Du Cangii notæ.

(70) Ποιμανηνοῦ. Urbs Villharduino Pumenienor D et Scylitzes, pag. 775. De iis multa passim hæret  
 nuncupata, in provincia Hellesponti. Notitiæ vete-  
 res passim. Constantinus, *De adm. imp.* cap. 1, 2, 3, 4 et seq.  
 et 37.

(71) Γένος Σκυθικόν. Patzinacarum bellum cum  
 Alexio narrat etiam Zonaras. Sunt vero Patzinacæ du-  
 cis meminit præterea idem Zonaras in Mich.  
 l'ura.

strium meminisse oportet nominatim; tametsi A vocabulorum istiusmodi barbaries Historiæ quasi corpus asperat et maculat faciem). Quorum primus quidem Dristræ imperitabat, alter B. tzinæ, alii aliis circum urbibus aut locis. Hi satis collocuti fœdus ferunt post quod jam secure Scythæ Danubio trajecto in orâ objaecentis populationem incubuere : ne oppugnatione quidem aut occupatione abstinentes oppidorum ejus limitis. Deinde tamen induciis quibusdam factis, ad terram colendam versi, milli triticique sementem fecerunt. At Balbus Manichæus una cum conjuratis et sequacibus suis qui excelso situm loco Beliatobæ oppidum occupaverant, de quibus superius pluribus egimus, quo statim Scytharum advenarum res essent, certiores facti, quod dudum parturierant enixi sunt denique. Occupatis enim semitis asperis atque angustis, viam ad se per eas vocatis præbuere Barbaris, illorumque vim cum sua ipsorum inhumanitate junctam, in universam jam ditionem immisere Romanam, assiduis eam incursionibus ac latrociniiis agentes ferentesque crudelissime. Est enim Manichæorum genus natura sanguinarium, fundendoque quotidianis pugnis ac quasi liguriendo humano cruore luxuriari amans canino quodam genere deliciarum. His imperator Alexius auditis domesticum Occidentis Pacurianum (quem norat peritissimum exercitus ducendi instruendique ad prælium, gubernandique ex usu omnia, præsentis consilio subitis eventibus aptando) jussit, adjuncto sibi Brana, viro et ipso strenuissimo, adversus Scythas vadere cum copiis. Id illi executi impigre Barbaros deprehendunt explicatos angustiis montium ultra Beliatobam positis castris : quorum multitudinem innumerabilem Pacurianus æstimans oculis, et pro sua militari prudentia verens ut succedere prælium posset paucorum cum plurimis, sane propendebat in consilia tutiora, servare sine pugna copias integras arbitrans satius, quam præcipitando certamine temeritatem mox luere clade plurimorum. Verum intercessit salubri cogitationi fervidior impetus Branæ, cui præferenti magnificè apertam vim, et in alacritate **183** congressus prima ipsa occasione strenue captati omen victoriæ certum agnoscenti suspicionem timiditatis et famæ labem domesticus metuens opponere suam sapientiam non est ausus. Jussis ergo suis arma capere, aciem ipse instruens, medium in ea sibi locum legit : mox recta in hostes uincit. Quorum cum pars vel una de multis longe nostros numero vinceret, et ea tanta imparitas Romanorum ad pugnam euntium oculis cer-

σῶμα τῆς ἱστορίας τοῦτοις καταμαίναται). τοῦ μ ν τὴν Δρίστραν (73) κατέχοντος, τῶν δὲ τὴν Βιτζίναν (74) καὶ τάλλα. Σπεισάμενοι γοῦν μετ' αὐτῶν ἀδεῶς τοῦ λοιποῦ διαπερῶντες τὴν Δάνουβιν, ἐληξίζοντο τὴν παρακειμένην χώραν, ὡς καὶ πολίχνια τινὰ κατασχεῖν. Κάντεῦθεν ἔεχειριαν τινὰ σχόντες, ἀροτριῶντες ἔπειρον <sup>81</sup> κέγγρους τε καὶ πυρούς. Ὁ δὲ Τραυλὸς (75) ἔκεινος Μανιχαῖο; μετὰ τῶν συνεφεπομένων αὐτῷ, καὶ οἱ τὸ κατὰ τὴν ἀχρολοφίαν τῆς Βελιατόθης πολίχνιον κατασχόντες ὁμόφρονες περὶ ὧν ὁ λόγος φθάσας ἐδίδαξεν πλατύτερον, τὰ κατὰ τοὺς Σκυθὰς μεμαθηκότες, ὃ παλαιὸν ὄδιον, εἰς φῶς ἐξήγαγον. Καὶ κατασχόντες τὰ; τραχέια; ἔδου; καὶ στενωπούς, κατακαλοῦντο <sup>82</sup> τοὺς Σκυθὰς. Κάντεῦθεν τὴν ἄπασαν Ῥωμαίων ἐληξίζοντο χώραν. Γένος **B** γὰρ οἱ Μανιχαῖοι φύσει μαχιμώτατον καὶ αἵμασιν ἀνθρώπων λαφύσσειν καθάπερ <sup>83</sup> οἱ κύνες ἀεὶ λυιρόμενον. Ταῦτα ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος μεμαθηκῶς παρακελεύεται τῷ δομestικῷ τῆς ἐσπέρας Πακουριάνῳ, γινώσκων αὐτὸν ἱκανώτατον οἰκονομῆσαι στρατεύματα, καὶ κατὰ φάλαγγα στήναι, καὶ πράγματα <sup>84</sup> διαμηχανήσασθαι ποικιλώτατον <sup>85</sup> σὺν αὐτῷ τῷ Βρανᾷ (ἄνηρ δὲ καὶ οὗτος μαχιμώτατος) τὰ; δυνάμεις ἀναλαθόμενον κατ' αὐτῶν ἀπελθεῖν. Καταλαθὼν δὲ τοὺς Σκυθὰς, διελθόντας τοὺς στενωπούς καὶ τῆς Βελιατόθης ἔβθεν <sup>86</sup> τὸν χάρακα πηξαμένους, πλήθος ἀναριθμητὸν τοῦτους θεασάμενος, πρὸς τὸν μετ' αὐτῶν εὐθύς ἀπενάρχησε πόλεμον, βέλτιον νομίζων τὰς ἰδίας τὸ παρὸν ἀμνηγεῖ διασῶσαι δυνάμεις ἢ τὸν μετὰ τῶν Σκυθῶν ἀναδυσάμενον πόλεμον, **C** καὶ ἤτηθέντα πολλοὺς ἀπολωλέκναι. Ἀλλὰ τῷ Βρανᾷ φιλοκινδυνότατῳ τε καὶ θρασεῖ ὄντι ταῦτα οὐκ ἤρεσκεν. Ὁ δὲ γὰρ δομestικός, ἵνα μὴ δειλίας ὑποψία τις κατ' αὐτοῦ ἀναβαλλομένου τὸν πόλεμον δοθῆ, ἐνεδίδου ταῖς ὄρμαι; τοῦ Βρανᾷ, καὶ θωρήξασθαι τε ἄπισι κελεύσας καὶ πολέμου σχήμα διατυπώσας, κατὰ τῶν Σκυθῶν ἐχώρησε, τὸ μεσαιτάτον αὐτὸς διέπων τῆς φάλαγγος. Ἐπει δὲ οὐδὲ τὸ πολλοστὸν τοῦ πλήθους τῶν ἀντιτεταγμένων τῷ Ῥωμαϊκῶν ἔσασε στρατεύματα, ἐκ μόνης ὀψεως περιβεβῆ; ἐγεγονέισαν ἅπαντες. Προσβαλόντες δ' ὁμοῦ ταῖς Σκυθαῖς, ἀναιροῦνται μὲν πολλοὶ ἐν τῷ μάχῃσθαι, πίπτει δὲ καιρίαν πληγὴς ὁ Βρανᾷς. Ὁ δὲ γὰρ δομestικός, ἐκθύμως μαχόμενος καὶ σφοδρὰς τὰ; **D** κατὰ τῶν ἐναντιῶν ἱππασίας ποιούμενος, φηγῶ προσκεκρουκῶς ἀφήρηται παραχρῆμα τὴν ψυχὴν. Τὸ δὲ ἐπιλοιπὸν τοῦ στρατοῦ ἄλλο; ἀλλαχού διεσπάρησαν.

#### Variæ lectiones ex cod. Coislino.

<sup>81</sup> ἔσπερον. I. ἔσπειρον. <sup>82</sup> μετεκαλοῦντο. <sup>83</sup> καθάπερ. <sup>84</sup> παράταξιν. <sup>85</sup> ποικιλώτατα. <sup>86</sup> ἐβθεν.

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(73) *Δρίστραν*. Dristra, seu Drista, ut est apud Cedrenum, olim Dorostolum dicta, Mœsiæ inferioris urbs ad Istrum sita. Vide Notitias vet. apud Carolum a S. Paulo in *Geograph. sacra*, pag. 20 et 52, et Excerpta Geograph. Bon. Wulkanii.

(74) *Βιτζίαν*. Occurrit in Notit. Andronici. Vide infra pag. 195.

(75) Ὁ δὲ *Τραυλὸς*. Cujus meminuit Anna rursus, pag. 157.



neretur, percussis nimirum omnes aspectu sunt, et fædo cladis augurio conturbati. Congressi tamen cum Scythis, multi quidem in pugna cæsi sunt; ipse autem Branas lethali vulnere cecidit. At domesticus fortissime dimicans, sæpiusque collecto impetu infestus equitans in cohortes hostiles, denique ad fagum cursu offendens examinatus est. Reliquus exercitus quo quemque sors tulit varie dispersus dissipatusque est.

Ταῦτ' οὖν μεμαθηκώς ὁ αὐτοκράτωρ ἐπέμβη μὲν Α τοὺς πεπτωκότας ἅπαντας, ἰδίᾳ, καὶ καθ' ἕνα, καὶ ἐμοῦ. Ἐπὶ δὲ τῷ τοῦ δομestικoῦ θανάτῳ, καὶ μάλιστα <sup>α</sup> στενάζων, κρουνοῦς ἤρπει δακρύων. Ἐφίλει γὰρ ἐξόχως τὸν ἄνδρα, καὶ πρὸ τῆς ἀναβήσεως. Οὐ μόντοι διὰ ταῦτα ἀναπέπτωκεν, ἀλλὰ μεταπεμφόμενος τὸν Ταττίκιον <sup>β</sup>, μετὰ χρημάτων ἱκανῶν ἐκπέμπει πρὸς Ἀδριανούπολιν, ἐφ' ᾧ τοῖς μὲν στρατιώταις τοὺς ἐπιτελοῦσι διδόναι μισθοῦς, συλλέγειν δὲ ἅπανταχόσε δυνάμεις, ἵνα στρατεύματα ἀξιόμαχον αὐθις συστήσῃται. Τὸν δὲ Οὐμπερτόπουλον εἰς Κύζικον φρουρὰν ἀξιόμαχον καταλιπόντα, μετὰ μόνον τῶν Κελτῶν, εἰς τὸν Ταττίκιον <sup>γ</sup> γοργῶς ἐφθακέναι παρεκελεύσατο. Οὗτος δὲ τοὺς Λατίκως καὶ τὸν Οὐμπερτόπουλον θεασάμενος, καὶ τεθαρήρῃκως (ἐπεὶ καὶ ἱκανὸν προσφθάσει συλλέξασθαι στρατεύματα) κατευθὺ Σκυθῶν ἐχώρησε παραχρημα. Καταλαβὼν δὲ τὰ περὶ τὴν Φιλιππούπολιν παρὰ τῷ χελεῖ <sup>δ</sup> τοῦ κατὰ τὸν Σαλίον <sup>ε</sup> (76) μέντο; ποταμοῦ, χάρακα πήγνυται. Ἐπὶ δὲ τοῦς Σκυθῶν ἐκ προνομῆς ἐπανερχομένους ἐθεάσατο, λείαν πολλὴν καὶ δορυαλώτους συνεπαγομένους μίμω σχεδὸν τὰς σκευὰς εἰσω τοῦ χάρακος καταθέμενος ἱκανοῦς ἀποτελεσόμενος κατ' αὐτῶν ἐκπέμπει. Αὐτοῦς δὲ ὀπλισάμενος, καὶ πάντας θωρήξασθαι κελεύσας, τὰς φάλαγγας καταστησάμενος τοῖς προπεμφθεῖσι παρείπετο στρατιώταις. Θεασάμενος δὲ τοὺς Σκυθῶν μετὰ τῶν λαφύρων καὶ δορυαλώτων, τῷ ἐπιλοτῆρι στρατεύματι τῶν Σκυθῶν ἐνωθέντας κατὰ τὸν σπιορὸν <sup>ς</sup> ὄχθον, διχῆ τὸ στρατεύμα διελών, καὶ τὸ ἐνωθίον ἐκατέρωθεν ἤχηται κελεύσας, σὺν ἀλαλιγμῷ καὶ βοῇ πολλῇ προσβάλλει τοῖς Βαρβάροις. Καὶ καρτερὰς τῆς μάχης γενομένης πίπτουσι τῶν Σκυθῶν οἱ πλείονες, πολλοὶ δὲ καὶ διασπέντες ἐσώθησαν. Ὁ δὲ τὴν λείαν πᾶσαν ἀναλαβόμενος, νικητῆς τὴν Φιλιππούπολιν καταλαμβάνει. Κεῖθι δὲ τὸ ὀπλικὸν <sup>ζ</sup> ἅπαν καταθέμενος, ἐσκόπει ὅθεν χρὴ καὶ ὅπως τοῖς Βαρβάροις αὐθις προσβαλεῖν. Ἀπειροπληθεῖς δὲ τὰς αὐτῶν γινώσκων δυνάμεις, σκοποῦς ἅπανταχόσε ἐξέπεμπεν, ἵν' ἐκείθεν ἔχοι τὰ κατὰ τοὺς Σκυθῶν συχνάκις μανθάνειν. Ἐπαναδεδραμηκότες δὲ οἱ σκοποὶ, κίθηθαι Βαρβάρων ἔλεγον πολὺ περὶ τὴν Βελιάτοβαν ἐν ἀτρίθειν, καὶ τὰ περίξ ληΐζεσθαι. Καὶ ὁ Ταττίκιος προσδύκωμος <sup>η</sup> τὴν τῶν Σκυθῶν ἐπέλευσιν <sup>θ</sup> ἔχων, καὶ πρὸς τοσοῦτους μὴ ἀποχρύσας ἔχων δυνάμεις τὸ πᾶν, ἀναλύων <sup>ι</sup> τοῖς λογισμοῖς, ἐν ἀμχανίᾳ καθειστήκει. Ἄλλ' ὅμως καὶ τὸ σιδηρῶν

Gravem luctum ejus cladis nuntius imperatori attulit, nunc communiter universos qui ceciderant, nunc sigillatim unumquemque lamentanti; acriori tamen illum urebat doloris sensu mors magni Domestici quem et præcipue amabat et dudum, jam tum ex eo scilicet quo ante susceptas imperii habenas viri ejus virtutes consuetudine familiari militiæ et vitæ civilis usu perspexerat. Ergo non se continuit quin ad talis amici jacturam et suspiria ex imo duceret pectore, et rivus lacrymarum ex oculis funderet. Nec tamen animo concidit, aut in isto dedecore ac periculo rei Romanæ ignavis defungi questibus satis habuit, verum accersitum currículo Taticium cum pecunia multa Adrianopolim misit, annua illic stipendia numeraturum jam conscriptis militibus, novosque præterea circum undique delectus habiturum quoad conflatus esset exercitus ejus firmitatis ac roboris ut tuto Scythis opponi posset. Jussit etiam Umpertopulum, præsidio, quantum sufficeret, Cyzici relicto, cum solis Gallis ad Taticium strenue pergere: qui paratis jam idoneis copiis Umpertopuli Gallorumque adventu aspectuque non parum confirmatus, nulla jam amplius expeditionis capessendæ mora facta signa infesta in Scythas movet. Eo itinere circa Philippopolim perlatus, dum castra munit prope ripas fluminis fluentis Salinum versus, videt revertentes e prædatione Scythas cum magno rerum et personarum captivarum impedimento. Nondum vasa intra vallum deposuerat; tamen momentorum in occasione pretium æstimans, immittit statim in Scythas viros fortes a cætero abscissos copiarum corpore, idoneo numero. Armatur ipse interim et omnibus ut armentur edicit structisque phalangibus et acie descripta, paratus ad prælium sequebatur velites præmissos. Sed cum vidisset hostes cum præda et captivis sese adjunxisse reliquis Scytharum copiis ad humentes ripas stagnantis annis, ipse bifariam divisit suis, dari classico signum utrinque jussit, simulque cum clamore alacri et consono invadit 184 Barbaros. Pugna conseritur acris, qua Scytharum plurimi cecidere, multi dispersi fuga servati sunt. Taticius, præda omni recepta, victor Philippopolim tenuit; ibique exercitu omni collecto, quasi ex specula imminere in occasionem rursus congregandi cum Barbaris. Cum autem innumerabile ipsorum circumstarum undique copias sciret, minus suæ unius specula-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>α</sup> μάλιστα. <sup>β</sup> Ταττίκιον. Sic semper postea. <sup>γ</sup> Ταττίκιον. <sup>δ</sup> τὰ χελεῖ. <sup>ε</sup> Βλίσον. <sup>ς</sup> πειρόν. <sup>ζ</sup> ἐπιτελοῦς. <sup>η</sup> προσδύκωμος. <sup>θ</sup> τὸ παραπάν ἀλύων, optime.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(76) Σάλιον. Rectius editio Hæschel. Βλίσον habet. Vide Not. ad Villhard. n. 232.

lacioni silens, alios omnem in partem speculatores A misit : qui ei, quæ quisque observarat statim nuntiantes, quantam maximam consequi posset rerum quæ a Scythiis agerentur pararenturque, cognitionem impertirent. Horum speculatorum concursus indicium fuit, multitudinem ingentem Barbarorum metatas habere sedes circa Beliatobam, indeque populationibus objacentia vastare. Ad eum Taticius nuntium, quanquam audiebat alium aliunde insuper adventare exercitum Scytharum, et facile videbat sibi nequaquam pares adesse adversus tantum hostium numerum copias, quibus de causis haud bene de summa rerum sperans, consternatus aliquandiu et mœrens hæserat ; ad extremum tamen iniuriæ generositatis memoria resumpta ferrum simul et animum exacuit, exercitumque ad B pugnandum animavit. Id ille agebat, cum procurrens quispiam, nuntius, ut apparebat, magnæ rei, trepide indicat infestis in Romanos signis venire Barbaros, adeoque jam esse in proximo confirmat. Perturbasset imparatos is rumor ; at nostri quod agere antea ceperant, alacrius nova jam ex causa, exsequi pergentes armati universi prodeunt, Ebrumque audacter trajiciunt. Taticius ultra hunc amnem legiones explicat, aciemque apte ac perite describit, medium in ea sibi locum sumens. Barbari contra suo et ipsi modo aciem instruunt, copiasque ad prælium ordinant. Uterque exercitus eas minas vultu ac motu præferbat ut lacessere hostem velle, pugnamque ambire videretur ; re tamen vera timorem utrinque mutuam istis audaciæ C significationibus celabant. Nam et Romanis anceps videbatur, paucos ipsos cum Scythiis innumerabilibus congregi, et Scythas percellebat terribili specie Romani acies exercitus aperto explicata campo, emicantibus tot signis vexillisque, tum armis et vestibus splendorem sole adverso vibrantibus. Soli ex omnibus thasones et temerarii Latini pugnam ultro deposcebant, et lacessere utique ac cunctantem præcipitare conabantur : quorum ferociam mulcebat vimque cohibebat Taticius, sedati vir animi, et sagacissimus unus omnium ad conjecturam cito et certo statuendam de futuris eventibus incertorum casuum. In eo statu et conspectu perseverarunt ambo exercitus diem totum ; nemine D uno utraque ex parte progredi aut equitare in medium auso. Denique occidente sole uterque impetator receptui suis cecinit, recessum in castra utrinque ac duobus continuo diebus hæc quasi pompæ ostentatio repetita productaque est, ductoribus 185 utrorumque nihil omittentibus quo minus mox commissuri certamen viderentur. Verum cum neutri ultra minas processissent, circa diei tertiæ diluculum Scythæ retrocedunt. Nec Taticium scellere, qui statim toto impetu abeuntes insecutus est. Sed pedes, quod aiunt, ad Lydium currum. Siquidem illi Sideram sive Ferream transgressi (nomen id loci est in concavis angustiis vallium) ubi recepti jam in tutum fuere, cum Ro-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>47</sup> αὐτῶν. <sup>48</sup> Desunt voces τῶν στρατευμάτων. <sup>49</sup> πεζοῦς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(77) Ἀλλὰ πεζός. Proverbium Pindaricum, de quo Diogenian. centur. 6, n. 28 ; Apostol. Eustath. ad D. on. Moschopolis Περὶ σχεδῶν, etc.

(78) 328 Σιθηράν. Clausura ad Hæmum montem sic nuncupata ; ejus iterum meminit Anna, lib. x, p. 231, et Seylitzes, pag. 784.

manis insequentibus nihil sui nisi vestigia relinquerent, Taticius universas copias Hadrianopolim reauxit, Gallisque ibi relictis, ac dimissis. Domum unoquoque suam, militibus reliquis, ipse cum parte quadam exercitus in urbem regiam instituit reditum.

# ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

## ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΛΟΓΟΣ Ζ΄.

### ANNÆ COMNENÆ

#### ALEXIADIS LIBER VII.

##### 186 ARGUMENTUM.

Alexius acie vincitur a Scythis. Cum Tzacha Turco bellum vario eventu per suos duces gerit. Ipse, consilio et arte supplens defectum virium, contra Scythas iterum ac tertio prospere pugnat.

##### PERIOCHE.

Tzelgu dux Scytharum Chariopolim incursat. Id Romani ulturi ac prohibitori veniunt. Anx a Romanorum deliberatio, eequid acie periclitandum? Scythæ vincuntur a Romanis. Tamen fines Romanos incurfare pergunt. Imperator cum magnis copiis contra Scythas vadit, decernendumque cum ipsis prælio censet. Quam importuna calamitas belli Scythici sucrit. Bryenius et Maurocatalo pugnam cum Scythis dissuadent. Descriptio Purpuræ, domus Augustarum puerperis dicatæ. Bryenii cæci præsagium dictum. Is erat rei bellicæ consultissimus. Historia conscripta a Bryenio Cæsare hujus cæci nepote Annæ marito. 187 Laudes et dotes Bryenii Cæsaris. Ister binominis. Scytharum metus et insidiosa legatio, cujus fraus Augusto subolet: quare illam rejicit. Solaris deliquii occasione ingeniose utitur imperator. Scythæ oratores in custodiam dati elabuntur. Alexius Sideram transit. Pabulatores Romani bis cæci. Scytharum subita et vehemens irruptio in castra Romana. Imperator Dristram expugnat, arces duas obsidet. Tali mandata ad suos. Consultatio Romanorum de prælio. Sapiens Palæologi et Maurocatalonis sententia. Peristhlaba magna quæ civitas? ubi sita? cur sic dicta? Diogenis filii feroces et inexperti rerum juvenes imperatorem in pugna consilium trahunt. Ordo Romanæ aciei. Sex imperatoris in prælio comites. Forma aciei Scythicæ. Mandata imperatoris ad suos procinctos. Mors Leonis filii Diogenis Augusti. Adriani fuga. Novus Scytharum exercitus. Alexius Pallium B. Mariæ Dei Matris pro vexillo manu ipse sua gestat in prælio. Alexii periculum consilio et fortitudine discussum. Moderatio Alexii. Protostratoris salubre consilium. Imperatoris fuga sapiens et generosa. Protostratoris casus et amor in Alexium. Confusio in fuga. Fortitudo Alexii. Nicephori Diogenis in periculo dexteritas. Alexius a jactantiæ suspicione purgatus. Cogitur Alexius vexillum relinquere. Incolumis Beroen pervenit. Palæologus amisso equo alium divinitus accipit, apparente ipsi Leone Chalcedonensi præsule. Ejus antistitis quæ laudes, quæ vitia ferantur. Palæologus ei addictissimus. Centum quinquaginta milites a Scythis conclusi Palæologi opera evadunt. Mirabiles casus Palæologi. Melissenus Cæsar captivus impedit ne captivi occidantur. Commanorum ad Scythas victores oratio, et pugna in eos victrix. Ozolinnæ paludis magnitudo. Non ab odore, sed ab Hunnis alias Uzis dictis nomen ea palus sortita est. Loca plurima imperante Alexio nomen mutarunt. Comparatio ejus in hoc cum Alexandro. Obsidio Scytharum ad Ozolimnam a Commanis soluta. Flandriæ comes imperatori juramentum præstat. Scythæ in fines Romanos irrumpunt. Pax cum iis per Synesium tractata, et conclusa. Commani facultatem pugnandi cum Scythis ab imperatore non impetrant. Scythæ a pace pacta resiliunt, et Philippopolim usque promovent. Nova belli gerendi ratio ab imperatore inita. Prudentia ejus ad præsentem rerum usum accommodata. Scytharum impetus ineluctabilis. Pax cum Scythis facta. Migideni filius cæsus. Migideni mors e luctu. Scythæ pacem violant. Archontopolorum cohors ab Alexio instituta, cur sic dicta. Archontopoli cæduntur a Scythis, magno Alexii dolore. Imperator oppidum Aprum præoccupat. Taticius Scythæ pabulatores cædit. Quingenti equites e Flandria Imperatori auxilio veniunt. Tzachas classem armat, et Clazomenus occupat. Mitylenem quoque totam, excepta Methymna. Moz totam etiam insulam Chium. Classem Romanam duce Niceta Castamonita

*Tzachas idem vincit. Dalassenus arcem Chii oppugnat. Aperto muro insultus militum a ducebus differtur. Turci dato spatio impigre usi novum murum faciunt. Iis Tzachas auxilio venit. Nova ratio classis instruendæ. Romana classis fugit. Dalassenus obsidionem Chii solvit, et suos instruit ad pugnam. Galli a Turcis fusi. Romani sine pugna fugiunt. Periculum classis Romanæ. Colloquium pacis componendæ causa et spe cum Dalasseno 188 expetitur a Tzacha. Tzachæ ad Dalassenum oratio. Responsum Dalasseni. Joannes Ducas contra Dalmatas et Bodinum missus. Undecim annis prospere ac fortiter rem gerit. Inde revocatur mittendus contra Tzacham. Tzachas Smyrnam se recipit. Dalassenus Bolissum capit. Chium iterum oppugnat et expugnat. Neantzes Scythæ transfuga proditor. Velitatio cum Scythis funesta Romanis. Latini Mantacatæ auxilio veniunt Romanis. Stratagema imperatoris perfidia Neantzis irritum. Impudens fiducia Neantzis proditoris, qui accusatori suo caput amputat; inde plus suspectus. Ejus scelus cur dissimulatum ab Augusto. Neantzes ad Scythas transit. Scythæ ejus maxime consilio Romanos vincunt. Imperator fugiens vultum hostibus obvertit, multosque necat. Pyrrhum Georgium Scythis opponit. Exercitu redintegrato in Scythas iterum movet eosque terret. Romanus exercitus augetur. Trutanes Scythæ perfidiæ pænitenz Alexio addictus. Ejus sapiens et fidem consilium, fidelisque ac utilis opera. Imperator suos ad prælium parat. Scythæ in Romanos infesti eunt et in fugam vertuntur. Domestici imperatoris viri fortes. Castra Romana Tzurulum translata. Scythæ Tzurulum et ibi imperatorem circumdident. Is ex angustiis stratagemate se expedit. Rotæ e muro suspensæ. Scythæ, in insidias pertracti, rotarum evolutione cæduntur fundunturque Postridie iterum vincuntur. Imperator Byzantium repetit.*

## ΑΛΕΞΙΑΣ Ζ΄.

Vere primo Tzelgu dux supremus Scythicæ militiæ, transgressus angustias montium qui Danubio superjacent, cum misto ex variis gentibus exercitu octoginta fere millium, partim Saurotarum ac Scytharum, partim etiam Dacorum (nam et hujus generis haud parva manus ductore Solomone quodam Tzelgu sequebatur) objacentes Chariopoli civitates, atque ipsam adeo Chariopolim latrociniiis agebat ferebatque; plurimamque ex omnibus corradens prædā in stativa convehebat apto situ munita, ad locum Scotinum vulgo sive *Tenebrosum* dici solitum. His cognitis Nicolaus Maurocatalo, et Bempetziotat nomen a patria sortitus, cum suis quisque copiis Pamphylo occupant, locum ita vocatum. Ibi cum viderent rusticos pagorum villarumve circumjacentium passim cum magna trepidatione in urbes aut arcas munitas se suaque in tutum recipere festinantem, ut regionem ab incursionum metu tegerent, promovent a Pamphilo ad oppidulum cui nomen est Cule, eoque in loco universas copias congregant. Hanc mentem ac destinationem, sive, ut ea res vulgo exprimi solet, vocabulo militibus usitatissimo, scopum hunc Romani exercitus, odorati Scythæ, conjuncti et ipsi sequi Romanos 189 instiit, vestigiaque ipsorum indagare ac premerc.

Ἐαρος δὲ ἐπιφανέντος διελθὼν ὁ Τζελγὸς τὰ ὑπερχειμένα τοῦ Δανούθως τέμπη (ἤγε μὲν δὲ οὐτοσὺν περιέχων τοῦ Σκυθικοῦ στρατεύματος) σύμμικτον ἐπιγόμενον στρατεύμα ὡσεὶ χιλιάδας <sup>80</sup> ὄγδοκροντα ἕκτε Σαυροματῶν καὶ Σκυθῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ Δακικοῦ στρατεύματος οὐκ <sup>81</sup> ὀλίγους, ὧν ὁ οὗτος καλούμενος Σολομῶν (79) δημαγωγὸς ἦν, τὰς κατὰ τὴν Χαριοπούλιν (80) παρακειμένους πόλεις ἐληίζετο. Καὶ εἰς αὐτὴν δὲ φθάσας τὴν Χαριοπούλιν, καὶ λεῖπαν πολλὴν ἀνασθεδόμενος, κατέλαβε τόπον τινα, Σκοτεινὸν καλούμενον. Μεμαθηκὼς τοῦτο ὁ Μαυροκατακαλῶν Νικόλαος, καὶ ὁ Βεμπετζιώτης (81) τὴν ἐπινομίαν ἀπὸ τῆς ἐναγκαμένης λαχῶν, μετὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦς δυνάμεων καταλαμβάνουσι τὸ Πάμφυλον (82). Ὁρῶντες δὲ τοὺς περὶ τὰς κωμοπόλεις τῶν παρακειμένων χώρων πρὸς τὰς πόλεις, καὶ τὰ φρούρια συνελαυνομένους διὰ πτολίαν πολλήν, ἀπάραντες τοῦ οὐτωσὶ καλουμένου Παμφύλου τόπου, καταλαμβάνουσι τὸ τοῦ Κούλη πολίχιον, τὸ ἅπαν συνεπαγόμενοι στρατεύμα. Ὅπισθεν δὲ τοῦτων ἐρχόμενοι, καὶ τὸν οὕτωσὶ καλούμενον σκοπὸν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος (λέξις δὲ αὕτη συνήθης τοῖς στρατιώταις) εὐρόντες οἱ Σκυθαί, παρτίποντο ἰχνηλατοῦντες ὅσον τὸ Ῥωμαϊκὸν στρατεύμα. Αὐθαζούσης δὲ ἡδὴ τῆς ἡμέρας τὰς ἰδίας ὁ Τζελγὸς καθιστὰ δυνάμει, καὶ τὸν κατὰ τοῦ Μαυροκατακαλῶν ἐβουλεύετο <sup>82</sup>

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>80</sup> Desunt voces ὡσεὶ χιλιάδας, etc., Δακικοῦ στρατεύματος. <sup>81</sup> οὐκ. <sup>82</sup> ἐβουλεύεσθε.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(79) Σολομῶν. Salomon Hungariæ rex, qui ea tempestate bellum gerebat cum Geisa fratre, quocum factus inierat Alexius. Thwroc. in *Chr. Hung.* part. II, cap. 50, 51 et 52; et Bonfin. dec. 2, *Rev. Hung.* lib. III et IV.

(80) Χαριοπούλιν. Oppidum notum Villhar-

duino, et aliis.

(81) Βεμπετζιώτης Nomen, inquit Anna, a patria sortitus, Bempetzo forte, urbe circa Euphratem, de qua Nicetas in Joan. n. 7.

(82) Παμφύλον. Cujus oppidi pariter mentio fit apud Villhard.

πόλεμον. Ἐκεῖνος δὲ κατὰ τὴν ὑπερκείμενον τῆς A  
 παιδῶτος αὐχένα ἀνήλθε μετὰ τινων λογάδιον, σκο-  
 πῆσων <sup>83</sup> τὰς βαρβαρικὰς δυνάμεις. Ὅρων δὲ τὸ  
 πλήθος τῶν Σκυθῶν, ἐσφάδαζε μὲν τὴν συμπλοκὴν  
 τοῦ πολέμου, ἀνεβάλλετο δὲ, τὴν Ῥωμαϊκὴν στρα-  
 τειὴν κατανοῶν μὴδὲ τὸ πολλοστὸν τώζουσαν τῆς  
 τῶν Βαρβάρων δυνάμεως. Ἐπινελοῦν δὲ μετὰ τῶν  
 λογάδων, τοῦ ὀπλιτικοῦ παντός, καὶ αὐτοῦ τοῦ  
 Ἰωαννιᾶκη <sup>84</sup> διεσκοπεῖτο, εἰ χρὴ προσβαλεῖν τοῖς  
 Σκύθαις. Τῶν δὲ πρὸς τοῦτο ἐποτρυνόντων, ἐπεὶ  
 καὶ αὐτὸς μᾶλλον πρὸς τοῦτο κατάρροπος ἦν, τριχῆ  
 διελὼν τὰς δυνάμεις, καὶ τὸ ἐνούσιον ἠχῆσαι κελεύ-  
 σαι, συμμίγνυται τοῖς Βαρβάρους. Πολλοὶ μὲν οὖν  
 τηνικαῦτα τρωθέντες πίπτουσι, κτείνονται δὲ οὐχ  
 ἤτους. Καὶ αὐτὸς ὁ Τζελγὸς γενναίως μαχόμενος, B  
 οἷα συν:σράσεων φάλαγγας, καιρίαν πληγεί, ἀ-  
 γήρηται τὴν ψυχὴν. Οἱ πλείους δὲ ἐν τῷ φεύγειν  
 πίπτοντες, εἰς τὸν ἀναμεταξὺ τοῦ καλουμένου Σκι-  
 ταινοῦ, καὶ τοῦ Κούλη ῥύακα, ἀπεπνίγοντο ὑπ'  
 ἀλλήλων συμπατούμενοι. Λαμπρὰν τοίνυν τὴν κατὰ  
 τῶν Σκυθῶν νικηὴν ἀράμενοι οἱ τοῦ βασιλέως <sup>85</sup>,  
 εἰσῆλθον εἰς τὴν Μεγαλόπολιν. Δωρεὰς δὲ καὶ τιμὰς  
 ἀπὸ τοῦ βασιλέως δεξάμενοι κατὰ τὸ ἀνάλογον,  
 ὑπέστρεψαν μετὰ τοῦ τηνικαῦτα προχειρισθέντος  
 μεγάλου δομεστικῆς τῆς Δύσεως Ἀδριανοῦ Κομνη-  
 νοῦ καὶ αὐταδέλφου τοῦ αὐτοκράτορος. Οὕτω δὲ  
 τῶν κατὰ Μακεδονίαν, καὶ Φιλιππούπολιν μερῶν  
 ἀπελαθέντες, παρὰ [περὶ] τὸν Ἰστρον αὐθις ἐπανα-  
 στρέψαντες ἠύλιζοντο.

Magnam ingressi civitatem, postquam donis ibi et honoribus pro cufusque merito cumulati sunt, re-  
 didere cum nuper creato magno domestico Occidentis Adriano Comneno Augusti fratre. Purgavit ea  
 victoria Macedoniam Scythis, et regiones Philippopoli vicinas. Ex quibus retro pulsus unde venerant  
 Barbari, hæsere tamen cis Istrum, perrexeruntque solita licentia undique objacentem Romanorum in-  
 cursare ac deprædari ditionem.

Ταῦτα <sup>86</sup> ὁ βασιλεὺς ἀκούσας οὐκ ἠνέσχετο, τῶν C  
 Ῥωμαϊκῶν ὀρίων εἰσω τοὺς Σκύθας παροικεῖν, ἅμα  
 δὲ καὶ δεδιὼς μὴ διὰ τῶν στενωπῶν διελθόντες, αὐθις  
 χεῖρονα τῶν προτέρων ἀπεργάτουνται. Ἐνθεν τοι  
 παρεσκευασμένος, καὶ καλῶς ἐξοπλίσας τὸ στρα-  
 τευμα, καταλαμβάνει τὴν Ἀδριανούπολιν καὶ ἐκεί-  
 θεν πρὸς τὸν Λαρδέαν (83) ἀπαισιν ἐν μεταίχμιῳ  
 τῆς Δαμπόλειος (84) καὶ Γολόης (85) διακειμένον.  
 Κάκεισε προχειρισάμενος ἠγεμόνα Γεώργιον τὸν  
 Εὐφορβηγόν <sup>87</sup> κατὰ τῆς Ἀρίστρας διαπόντιον ἐξ-  
 ἐπεμψεν. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέ-  
 ραις αὐτοῦ που ἐγχαρτερῶν <sup>88</sup>, τὰς ἀπανταχόθεν  
 δυνάμεις μετεπέμπετο. Ἰκανὸν δὲ συνειλοχῶς στρα-  
 τευμα ἐβουλεύετο, εἰ χρὴ, τὰς κλεισοῦρας διελθου-  
 θῆτα, τὴν μετὰ τῶν Σκυθῶν ἀναδέξασθαι μάχην,  
 ὅς χρὴ, λέγων, ἐκ:χειρίαν ὄλωι τοῖς Σκύθαις διδο-

Die illucescente sistit suos Tzelgu, et ad pugnam  
 cum Maurocatalalone mox lacessendam instruit.  
 Ille cum lecto comitatu tribunorum eminentiorem  
 cætera planitie locum superat, barbaricas inde co-  
 pias speculaturus; quarum ingens animadversa  
 multitudo magnam ei dubitationem objecit: ecquid  
 e re foret Romanas quæ ibi tunc erant legiones ne  
 cum parte quidem una de multis Scythici quem  
 spectabat exercitus numero comparabilis, tali loco  
 committere cum Barbaris? Multa dehinc reversis  
 a speculando deliberatio fuit quid facto esset opus;  
 adhibiti sunt cæteri cohortium ductores, in quibus  
 Joannaces. Plerique omnes contra Maurocatalonis  
 sententiam, non detrectandum prælium censebant,  
 frequentesque incumbebant ad adhortandum du-  
 cem, prudentiæ ratione, non frigore animi aut  
 ignaviæ vitio cunctantem, ut virtuti suæ suorumque  
 fideret. Quid multa? pervicerunt. Ipseque Mauro-  
 catalalo propriæ generositatis impetum commilito-  
 num suffragiis probatum contra suæ ipsius interdi-  
 cta sapientiæ secutus, trifariam divisas copias ducit  
 in Barbaros, acreeque cum ipsis conserit prælium,  
 quo illorum multi vulneribus prostrati, multi occisi,  
 Tzelgu ipse dux fortiter pugnans, phalangesque  
 conturbans totas interfecit: cæcis est. Plerique per fu-  
 gam trepidam temere se mutuo incurrentes concu-  
 cantesque indeque in voraginem medio inter Scoti-  
 num et Culen itinere hiantem acervatim prolapsi,  
 suffocati sunt. Romani, splendidiæ compotes victoriæ,  
 Id imperator audiens, et rem indignam ratus  
 intra Romanos fines injussu habitare Scythas; si-  
 mul metuens ne penetratis iterum angustiis novam  
 priori periculosiorem perniciosioremque irruptio-  
 nem molirentur, exercitum copiosissime instructum  
 præclareque armatum ipse in eos ducens Andriuo-  
 polim processit: indeque versus Lardeam movit,  
 locum inter Dampolim et Goloen situm. Illinc se-  
 gregatam partem exercitus duce ipsi præfecto  
 Georgio Euphorbeno, mari tendere in Bristram jussit.  
 Ipse mora quadraginta dierum ibidem tracta con-  
 vocatis undecumque copiis, cum jam idoneum ex-  
 ercitum congregasset, deliberabat, ecquid expediret  
 claustris transgressis adoriri Scythas, belli fortu-  
 nam experiri prælio, In 190 partem aientem haud  
 obscura erat inclinatio Augusti, dicitantis instan-

#### Variæ lectiones ex cod. Coislino.

<sup>83</sup> κατασκοπήσων. <sup>84</sup> Ἰωαννιᾶκίου. <sup>85</sup> Desunt voces οἱ τοῦ βασιλέως. <sup>86</sup> ἠύλιζοντο, καὶ ὡσπερ ἰδὶν  
 τὴν ἡμεδαπὴν ἀνέτω; πάντη παροικούντες ἐληίζοντο. Ταῦτα. <sup>87</sup> Φορβηγόν. <sup>88</sup> χρετιρῶν.

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(83) Λαρδέαν. Occurrit locus iste apud Nicetam  
 in Isaac. lib. II, n. 1.

(84) Δαμπόλειος, Dampolis, φρούριον haud pro-

cui ab Adrianopoli, Scylitzæ pag. 783.

(85) Γολόης. Memoratur Goloe ab eodem Scy-  
 litæ pag. 787.

dum victis, nec indulgendum ut loco ullo consistere-  
rent. Sane importunissima horum prælonum vicini-  
a erat; neque enim unam aliquam ex quatuor  
anni tempestatibus feriatam habebant saltem, aut  
cum per ætatem atque autumnum omnia late in-  
curSIONIBUS vastassent, per hiemem cessabant.  
Verum continuatis uno tenore furoris duodecim  
totis mensibus annos insuper plures una perpetua  
calamitatis intolerabilis acerbitate conjungere tantis  
Romanorum malis ac damnis ut eorum vix partem  
e multis unam assequi memoria, et complecti nar-  
rando valeamus. Accedebat horum intractabilis na-  
tura Barbarorum et eximia præ cæteris pertinacia,  
atque in odio nominis Romani obstinatio prorsus  
irrevocabilis. Nullius unquam eorum in fide suarum  
partium titubavit aut alternasse visus est senten-  
tiam. Nemo tot annorum spatio quibus bellatum  
est, non dico sponte, sed ne amplissimis quidem ab  
imperatore invitatus præmiis vel clanculum sur-  
timve ad nos transfugit. Hæc talique Augustus re-  
putans audendum manu, et genus alio modo indom-  
itum ferro excidendum censebat suadebatque.  
Obstabant Nicephorus Bryenius et Maurocatalo  
Gregorius, quem imperator captum a Scythis pretio  
quadraginta millium redemerat. His neutquam plac-  
cel at prope Istrum cum Scythis acie decerni. At  
Palaologus Georgius et Nicolaus Maurocatalo et  
si qui alii ætate ac ferocia juvenes incumbabant  
frequentes in sententiam Augusti, utroque instan-  
bant ut trans Hæmi tempe duceret, acieque in pla-  
nitie Istro vicina structa prælonum committeret cum  
Scythis. Magnopere idem suadebant filii duo Die-  
genis Augusti Nicephorus et Leo, qui post evectum  
ipsum in imperii apicem ex eo in Purpura nati  
erant. Est autem Purpura ædificium quoddam intra  
septia imperialis palatii ab ipsa basi usque ad terti  
suggrundia quadrata constructum forma: hinc in  
pyramidem desinens. Prospectum habet mare ver-  
sus, in eum portum in quo lapidea visuntur boum  
et leonum simulacra. Sola exhedrarum constrata  
marmore: parietes crustarum ex eodem lapide tectorio renident. Marmor porro istud non de vul-  
gari genere, aut modicis parabile sumptibus, verum ejusmodi quod propter eximiam excellentiam  
prios imperatores quando sedem imperii Byzantium transtulerunt deportare huc usque a Roma  
vetere tanti duxerint. Est is lapis purpureus fere totus: nisi quod punctulis arenosa tenuitate pas-  
sim inspersis candidat: meaque sententia est, a colore horum lapidum aulam istam Purpuram a priscis  
dictam. Redeo ad rem.

Cum victrix audendi sententia tubarum undique D  
clangoribus iter ad Hænum adversus Scythas in-

#### Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>55</sup> τουτουλ των. <sup>56</sup> ἀπηυτομόλησαν <sup>57</sup> Βρυένιος. Sic semper post. <sup>58</sup> ἐτέχθησαν. κἀντεῦθεν πορφυρο-  
γέννητοι προσηγορεύθησαν. ἢ δέ. <sup>59</sup> ἐπεσύροντο. <sup>60</sup> τὸ ὄλον.

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(86) Τὰ τέμνη τοῦ Αἴμου. Tempe montis Hæmi,  
clusuras, seu στενωπούς, ut vocat Theophylactus  
Symocatta, lib. II, cap. 11, describit Leunelavius  
in Pand. Turc. n. 107: In Thraciam ex Bulgaria  
profecturis duplex iter est ad superandum Hænum:  
unus aditus a Trajano plerisque putatur factus, ubi  
adhuc quadrato lapide porta maxima spectatur:

σθαι, εἰκότως τοῦτο περὶ τουτουλ <sup>55</sup> Βαρβάρων σκο-  
πήσας. Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τινος καιροῦ τῶν τεσσάρων  
καταρξάμεναι αἱ τῶν Σκυθῶν προνομαί εἰς τὸν ἐφε-  
ξῆς κατέληγον, θέρους τυχὸν εἰς τὸν καιρὸν τῆς  
ὀπώρας, ἢ καὶ χειμῶνος; ἐ φθινοπώρῳ παυσάμεναι.  
Οὐδὲ κύκλος εἰς ἐνιαύσιος τουτὶ τὸ κακὸν περιέγρα-  
ψεν. Ἄλλ' ἐφ' ἱκανοῖς ἔκεισι τὰ Ῥωμαίων ἔκυμα-  
νετο, κἀν ἐκ πολλῶν ὀλίγων τινῶν αὐτοὶ ἐπεμψ-  
σθημεν. Οὐδὲ διπλοῖς ἐμερίσθησαν λογισμοῖς, κἀν  
ὁ αὐτοκράτωρ πολλάκις διὰ παντοίων τούτους ἐφελ-  
κετο. Ἄλλ' οὐδὲ τις λαθὼν πρὸς τὸν βασιλέα ἀπη-  
τομόλησεν <sup>56</sup>, ἔτι ἀμετάθετον τῶς τὴν γνώμην  
ἔχοντες. Ὁ μὲν οὖν Νικηφόρος ὁ Βρυένιος <sup>57</sup>, καὶ ὁ  
Μαυροκατακαλὼν Γρηγόριος δὲν τιμῆς τεσσαράκοντα  
χιλιάδων ὁ βασιλεὺς παρὰ τῶν Σκυθῶν ἐάλωκτα  
ἐπρίετο, οὐδαμῶς τὸν μετὰ τῶν Σκυθῶν κατὰ τὸ  
περίστριον συνεχῶρον πόλεμον. Ὁ δὲ γε Παλαι-  
λόγος Γεώργιος, καὶ Νικόλαος ὁ Μαυροκατακαλὼν,  
καὶ ἕποσοι ἄλλοι νέοι καὶ ἀκμάζοντες, τῷ τοῦ βασι-  
λέως προσκείμενοι θελήματι ἐπέτρεπον τὰ τέμνη  
τοῦ Αἴμου (86) διεῖλαι, καὶ κατὰ τὸ περίστριον τὴν  
μετὰ τῶν Σκυθῶν ἀναδείξασθαι μάχην. Σὺν οἷς καὶ  
οἱ δύο υἱεῖς Διογένους τοῦ αὐτοκράτορος Νικηφόρος  
τε καὶ Λέων, οἱ μετὰ τὸ ἀνευχεθῆναι αὐτὸν εἰς τὴν  
τῆς βασιλείας περιωπῆν ἐν τῇ πορφύρῳ ἐξ αὐτοῦ  
ἐτέχθησαν <sup>58</sup>. Ἡ δὲ πορφύρα οὐκ ἐστὶ κατὰ  
τὰ ἀνάκτορα ἐξ αὐτῆς τῆς βάσεως; μέχρι τῆς ὀρθοῦς  
κινήσεως διὰ τετραγώνου συμπληρούμενον σχήμα-  
τος, ἐκείθεν δὲ εἰς πυραμίδα ἀποτελεσθῶν, ἀφορῶν  
μὲν ὡς πρὸς θάλατταν πρὸς τὸν λιμένα, οὐκ  
οἱ πέτρινοι βόες καὶ οἱ λέοντες, διὰ μαρμάρων δὲ  
τὸ τε ἔδαφος κατέστρωτο, καὶ οἱ τοῖχοι περι-  
στέλλοντο, οὐ τῶν τυχόντων, οὐδὲ τῶν ἄλλων ἕποσοι  
εὐποριστότεροι τῶν τιμιωτέρων λίθων εἰσὶν, ἀλλ'  
ἐξ ὧν ἀπὸ Ῥώμης οἱ ἀνέκαθεν βασιλεῖς ἐπεσύ-  
ραντο <sup>59</sup>. Ἔστι δὲ οὗτος ὁ λίθος ὄλως <sup>60</sup> εἰπεῖν, πορ-  
φυροῦ; δι' ὄλου, καὶ οἷον στίγματά τινα ψαμμοειδῆ  
λευκὰ αὐτῷ περιτρέχουσιν. Ἐκ τουτουλ τῶν λίθων  
οἶμαι πορφύραν τὸ οὐκ ἔχον, οἱ ἀνέκαθεν ὠνόμα-  
σαν. Ἄλλ' ὅπερ ἔλεγον.

Ἦ; οὖν ἡ ἀλπίγξ μέγα ἠχῆσατα ἄπασι τὴν  
πρὸς τὸν Αἴμον ἔδδν οἰοῖται κατὰ τῶν Σκυθῶν προῦ-

aker ad parvum est amnem, quem Stoditzam Bul-  
gari vocant. Vide eundem n. 20. Viam Trajani in  
Hæmo monte agnoscit etiam Simocatta, lib. VIII,  
cap. 4; portas, seu claustra S. Basilii ibidem me-  
morant Willelmus Tyrius, lib. II, cap. 4; et Anon-  
ymus, De Exped. Asiat. Fred. I. Adde Busbecq.  
in Itiner. CP. pag. 26.

τρέπετο, ὁ Βρυένιος πολλά κωλύων τὸν αὐτοκράτορα τοῦ ἐγχειρήματος, ὡς οὐκ ἐπειθεν, ἐπιφωνηματικῶς ἔφη <sup>65</sup>· "Ἴσθι, ὦ βασιλεῦ, εἰ τὸν Δίμον διέλθῃτε, τοὺς δρομικωτέρους τῶν Ἰσκιῶν δοκιμάσεις. Ἐρωτήσαντος δὲ τις τὸ ὄλογοσ οὐτοσ βούλεται, Ἐρ τῶ φεύγειν, φησιν, ἄπαντας. Οὗτος γὰρ ὁ ἀνὴρ, εἰ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς δι' ἀποστασίαν ἐξεκίκοπτο, ἀλλὰ τὸ γε εἰς στρατηγικωτάτην βουλήν καὶ παράταξιν ζεινότατος τῶν πολλῶν καὶ ποικιλώτατος ἐγνωρίζετο. Ὅπως δὲ τῶν ὀμμάτων ὁ πριμνημονευθεὶς <sup>66</sup> Βρυένιος ἀπεστέρητο δι' ἀποστασίαν ἢ ἐπανάστασιν κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος Βοτανειάτου, καὶ ὅτι, παρὰ τοῦ Κομνηνοῦ Ἀλεξίου τότε μεγάλου δομestικού τυγχάνοντος τῶν δυτικῶν τε καὶ ἀνατολικῶν στρατευμάτων κατασχεθεὶς, τῷ Βορλίλλω παρεδόθη τὰς ὄψεις ἀβλαβεὶς ἔχων, τοὺς ἐθέλοντας λεπτομερέστερον μαθεῖν, παραπέμπομεν εἰς τὸν μέγιστον Καίσαρα. Ὁ γὰρ Καίσαρ οὗτος τοῦ μὲν Ἀλεξίου ἡδὴ τὰ Ρωμαίων διέποντος σκῆπτρα, γαμβρὸς ἐγεγόνει, τοῦ δὲ Βρυενίου ἐκείνου ἀπόγονος (87). Ἄλλ' ἐνταυθὶ γενομένη συνέχομαι τὴν ψυχὴν, τοῦ καὶ πάθους ἐμπίπλαμαι <sup>67</sup>. Σοφὸς μὲν γὰρ τὴν γνώμην ἦν οὗτος ὁ ἀνὴρ, καὶ τὸν λόγον σοφώτατος. Πάντα γὰρ καὶ ῥώμη, καὶ τάχος, καὶ κάλλος σώματος, καὶ ἀπλῶ· ἐς ταυτὴν <sup>68</sup> συνελθόντα ὅσα ψυχῆς καὶ σώματος ἀγαθὰ τὸν ἀνδρα ἐκείνον ἐκόσμησεν. Ἐνα γὰρ αὐτὸν ἐν τοῖς ἄριστοις ἐξοχώτατον καὶ ἡ φύσις ἀνεδίάτησε, καὶ ὁ θεὸς ἐδημιούργησε. Καὶ ὅσον τὸν Ἀχιλλεῖα ὕμνησεν Ὅμηρος ἐν τοῖς ἀρχαίοις, τοιοῦτον ἂν τις εἶπε τὸν μὲν Καίσαρα ἐν τοῖς ὑπὸ τὸν ἥλιον ἄπασιν ἀναπεφηνότα. Οὗτος τοίνυν ὁ Καίσαρ καὶ τὰ στρατιωτικὰ γεγονῶς ἄριστος οὐκ ἀμελετήτως ἔσχε πρὸς λόγους. Ἀλλὰ πᾶσαν βίβλον ἀναπυξάμενος, καὶ εἰς πᾶσαν ἐπιστήμην ἐγκεκυφῶς πολλὴν σοφίαν ἐκείθεν ἠρύσατο, ὅση τε ἡμετέρα. καὶ ὅση ποτὲ οὐχ ἡμετέρα. Ὑστερον δὲ καὶ πρὸς συγγραφὰς ἐξέδωκεν ἑαυτὸν, καὶ δὴ καὶ σύγγραμμα ἐξ ἐπιταγῆς τῆς ἐμῆς δεσποτικῆς καὶ μητρὸς, τῆς βασιλίδος, φημί, Εἰρήνης, ἐσχεδίασεν ἄξιον λόγου καὶ ἀναγνώσεως; ἱστορίαν συντεταχῶς τῶν πρὸ τοῦ ἀναδῆσασθαι τὰς τῆς βασιλείας ἡνίας πράξεων τοῦμου πατρὸς, ἐν ἧ τὰ κατὰ τὸν Βρυένιον ἀκριβέστερον ἐπεξέρχεται. Καὶ ὁμοῦ τὰς τε τοῦ προγόνου συμφορὰς ὡς ἀληθῶς ἀφηγήσατο, καὶ τὰς τοῦ πενθεροῦ ἀριστείας συνέγραψε, καὶ οὐκ ἂν ὑπέσαστο, καίπερ <sup>69</sup> ἀμφοῖν ὡς τοῦ μὲν ἀγχιστεύς, τοῦ δὲ καθ' αἶμα προσήκων. Καὶ μέμνηται [μεμνημέθα] τούτων κιν τοῖς προτέροις λόγοις τῆσδε ἱστορίας.

A thalis languor, ex quo jam pene supremum spirans, Gulielmum ad se vocat nepotem suum eique omnes a se captas arces velut quamdam hæreditatem legat: copiis insuper eundem suis ac cohortibus militiæque cunctæ duceum loco sui prædicat. Illius morte Augustus comperta, litteras statim dat ad duceum Cypri, mandans ut prope Nicetam Calintzen cum multis pecuniis ad Gulielmum mittat, dato illi negotio ut conciliare imperatori juvenem curet, persuadereque ipsi ut imitari defunctum patrum fide tum juranda tum usque ad extremum spiritum Augusto præstanda, velit. Inde item Augustus audita deditione Laodiceæ Tancredo facta, has ad Baimundum litteras scripsit: Scis tute profecto ipse ac præclare recordaris quid tu comitesque vestri nobis jurati promiseritis. Quo magis miror te omnium primum prorupisse in isfractionem manifestam fœderis tam sancti, quo vestra gens ac natio his in terris militans Romano imperio devincta solemmiter est. Nam et Antiochiam occupasti contra religionem istam et alias arces quascunque tui juris facere potuisti, pari perfidia hodieque obtines: ipsamque adeo Laodiceam. Resipisce igitur vel sefo, et æqui ac jurisjurandi reverentia concepta, male invasam Antiochiam, arcesque reliquas **333** contra fas occupatas redde: neque committas ut perseverantia injuriæ nova contra te bella, justasque iras prorites in tuam perniciem. Hæc legens Baimundus veritate deprehensus et conscientia, reniti subito non potuit; sed primum ipsi ac simplicem annutum evidentia rerum ipsa furata vel invito est, quantum qui vultum ejus spectarunt dum legeret, observare potuerunt. Nec ab ista confessione scripta recesserunt, quibus jurasse se confessus, nec inficiatus delinere nihilominus captas arces, sic tamen

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>97</sup> πραγμάτων. <sup>98</sup> Ἀντιοχείας.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(62) Γελλεῖμον. Willelmus, cognomento Jordanis, Raimundi Tolosani comitis **376** ex sorore nepos, ab avunculo in montis Peregrini dominio hæres constituitur; Albert. Aq. lib. ix, cap. 50; *Gesta Franc.* cap. 54; *Hist. Hieros.* an. 1105; Tyr. lib. ii, cap. 2. Willelmi familiam attingit idem Albertus dum comitem de Sartengis nuncupat; hoc enim vocabulo expressit Gallicum de Cerdaigne, vel Hispanicum de Cerdana, seu Ceritaniam. Duxerat quippe in uxorem Willelmus Raimundi, Ceritanie in Hispaniæ limite comes, Pontii III, Tolosani comitis, filiam, Raimundi Sanctægidiani sororem. Ex quibus nuptiis nati Willelmus, Jordanis dominus montis Peregrini, et Bernardus-Willelmi Ceritanie post fratrem comes. Obiit vero Willelmus an. 1108, uti habent Albertus Aq. lib. ii, cap. 15; Fulcher. lib. ii, cap. 39; *Hist. Hieros.* an. 1108; Tyrius, lib. ii, cap. 9; Surita in Ind. an. 1105, et Andreas Bosch lib. *Del titoli de honor de Catalun.* lib. ii, cap. 22. Miror viros eruditos et oculos, qui stemma comitum Tolosanorum contexuerunt, de comitis Sanctægidiani sorore siluisse. Comitatus vero Ceritanie terminos hic damus, uti describuntur in Charta Jacobi regis Aragonum, x Kal. Sept. an. 1262, qua Jacobo filio regnum Majoricarum et comitatus Rossilonis et Ceritanie concedit: Est

etiam sciendum quod termini Ceritanie sunt isti, videlicet de Pincen usque ad Pontem de la Corba, et tota vallis de Ripis cum suis terminis et bajulia est de dominatione Ceritanie, et extenditur ex parte Burquandani usque ad Rocam Saucam, et totum dominium de Valespir cum pratis est de pertinentiis comitatus Ceritanie, et extenditur usque ad collem Bares, et sicut Serra hoc scindit usque ad collem de Pavissars, et de ipso colle de Pavissars usque ad Caput de Crucibus.

(63) Ὑποσχόμενος. Sponderat enim Alexius cruce signatos assecuturum se cum idoneo exercitu, ut est apud Guibertum, lib. iii, cap. 3, idque Alexio non semel objectum a nostris, et quod pacia conventa violaverat prior, narravit Baldricus, l. iv, pag. 122; Tyrius, lib. vii, cap. 20; et Petr. Diac. lib. iv *Chron. Casin.* cap. 11.

(64) Ἀντιόχειαν. Albertus Aq. lib. v, cap. 2: Juraverunt enim sibi (Alexio) ut si caperetur Antiochia, quia de regno ejus erat, sicut Nicæa, cum omnibus castellis et urbibus ad regnum ejus pertinentibus sibi suæque majestati reservarent. Hinc falli constat Guibertum, lib. iii, cap. 3, scribentem Baimundo promissam ab Alexio Antiochiam, dum adhuc Constantinopoli moraretur. Vide Tyrium, lib. xiv, cap. 25, et infra, pag. 405.

excipiebat, culpam in Augustum conferens eorum quæ ipse perperam egerat : *Quod arces non reddimus, non nos, inquit, sed tu in causa es. Pollicitus enim venturum te post nos cum validis copiis, fidem verborum factis præstare noluit; neglexistisque nos cum periculis extremis et ærumnis conflictantes, per trimestrem obsidionem Antiochiæ: quo toto tempore præter infestationes nunquam remissas pertinacissimorum hostium, etiam famem sustinuimus, quæ et senum memoriam et juvenum ac virorum constantiam vinceret. Nam nec nostrorum quisquam similem se aliquando calamitatem ejus generis memineral expertum: et ex iis plurimi cibi vetitis atque infandis ora polluere magno malo sunt coacti. Interim sane dum egregius a te nobis assignatus expeditionis comes, belli socius, Taticius ille fidissimus majestati tuæ, tali nos tempore, atque articulo periculi deseruit. At non deseruit Deus, cujus ope admirabili post vestrorum recessum, supervenientes a Corosane in Antiochenorum auxilium innumerabiles copias prælio vicimus. Quæ cum ita sint, cui videri æquum possit, nos ea quæ magnis ac multis nostris laboribus sudoribusque comparavimus, abjicere tam facile, ac eripi nobis sinere?*

His literis legatorum reditu ad se perlatis a seque perlectis imperator, facile agnovit rediisse hominem ad ingenium prius, excussa simulatione: planeque illum ipsum et eundem esse Baimundum nunc cum maxime, quem tam atroces olim secum exercuisse inimicitias memineral. Quocirca necessarium duxit violentis ejus occurrere ausibus, et limites imperii Romani talibus munire præsiidiis, quæ impetum vehementis hostis possent frangere. Delegit ad hoc Butumiten quem ire jussit in Ciliciam cum copiis lectissimis, atque adeo flore ipso militiæ Romanæ, vires omnes fortissimos et experimentis magnis probatæ virtutis. Erant in iis Bardas et Pocillatorum princeps Michael, florentes ætate juvenes et prima lanugine malas signantes: quos a prima ætate imperator nutrios apud se, imbuere rudimentis militaris artis per seipsum tanti duxerat, heroica puerorum indole, studioque sui ac fide majore delectatus. Cum his et alios mille generosissimos eximiosque bellatores partim Gallos partim Romanos tradit Butumitæ jubens eos submittere se illi et obtemperare in omnibus, simul etiam pro peculiari fide ipsorum illis mandans ut omnium quæ acciderent in momenta singula indicium statim ad imperatorem deferrent per arcanas litteras. Porro hac expeditione sic adornanda discernendaque cupiebat Augustus firmare sibi possessionem Ciliciæ **334** totius, provinciæ in primis opportunæ ad ea consilia quæ tum mente agitabat de Antiochia. Cæterum profectus Butumites cum his copiis, ubi ad urbem Attali pervenit, satis eo itinere expertus contumaciam Bardæ et Archiænochoi Michaelis, qui ambo favore principis præsumidi, obtemperare ipsi recusabant; et veritus ne

*Α* χόμεια, και λιμὸν ὁλον οὐδεὶς που<sup>99</sup> τῶν ἀνθρώπων τεθέεται, ὡς τοὺς πλείστους ἡμῶν καὶ ἀπ' αὐτῶν ὑπέρ<sup>1</sup> τοῦ νόμου ἀπηγορευμένων κρεῖων βεβρωκέναι. Ἐφ' ἰκανὸν δὲ ἐγκαρτερούντων ἡμῶν, καὶ αὐτὸς ὁδοθεὶς ἡμῖν εἰς ἀρωγὴν πιστότατος οὐκ ἐτήρης τοῦ σοῦ κράτους Τατίκιος οὕτω κινδυνεύοντας καταλιπὼν ἡμᾶς ἤχρητο. Εἰλομεν δὲ τὴν πόλιν παραδόξως καὶ αὐτὰς τὰς ἀπὸ τοῦ Χοροσᾶν εἰς ἀρωγὴν τῶν Ἀντιοχέων καταλαβούσας δυνάμεις, κατετροπωσάμεθα. Καὶ πῶς δικαιοῦν ἔσται ἄπερ οὐκείους ἰδρῶσι καὶ πόνοις ἐκτεθᾶμεθα, ῥαδίως οὕτως ἀποποιήσασθαι.

*Β* Ἵποστρεψάντων δ' ἐκειθεν τῶν πρέσβων, ὡς τὰς τοῦ Βαϊμούντου ὑπανεγνώ γραφάς, διαγνοὺς αὐτὸν ἐκεῖνον αὐθὶς εἶναι τὸν Βαϊμούντον μηδοπωσοῦν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβληθέντα, δεῖν ἔγω τῶν ὀρίων τῆς βασιλείας Ῥωμαίων ἀντέχεσθαι, καὶ τὴν ἀκάθεκτον αὐτοῦ ὄρμην ὡς ἐνὸν ἀνακόπτειν. Δυνάμεις τοίνυν πολλὰς μετὰ τοῦ Βουτουμίτου κατὰ τῆς Κιλικίας ἐξέπεμψε, καὶ τὸ ἐλλογιμώτατον τοῦ στρατιωτικοῦ καταλόγου, ἄνδρας μαχιμωτάτους καὶ ἄρεος ὑπασπιστὰς ἅπαντας, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν Βάρδαν καὶ τὸν ἀρχιοιοχόν Μιχαὴλ (65) ἀκμάζοντας καὶ ἀρτιφεῖς τὸ γένειον. Οὐδ' νηπιόθεν προslaδόμενος ὁ αὐτοκράτωρ καὶ τὰ στρατιωτικὰ ἐκπαιδεύσας ὡς εὐνοστέρους τῶν ἄλλων, τῷ Βουτουμίτῃ παραδίδωσι μεθ' ἐτέρων χιλίων ἀνδρῶν γενναίων Κελτῶν καὶ Ῥωμαίων, ἐφ' ᾧ συμπαρμαρτεῖν τε αὐτῷ καὶ ὑπέκειν ἐν ἅπασιν, ἅμα δὲ καὶ τὸ τυχόν τῶν καθ' ὥραν ξυμπιπτόντων δι' ἀπορρήτων γραμμῶν δηλοῦν αὐτῷ. Ἐσπευδε δὲ τὴν ἅπασαν χώραν τῆς Κιλικίας κατασχέειν ἐντεῦθεν ῥῆον τὰ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἐξαρτῆ. Ἀπάρας οὖν ὁ Βουτουμίτης σὺν θλαῖς δυνάμει, καὶ περὶ τὴν Ἀττάλου (66) ἐφθακῶς, ἐπεὶ τὸν Βάρδαν καὶ τὸν ἀρχιοιοχόν Μιχαὴλ μὴ ὑπέκοντα; ἑώρα τῷ τούτου θελήματι ἵνα μὴ καὶ τὸ ὀπλιτικὸν συμβαῖη στασιάζειν, κίχ τούτου κενόσπουδος ἡ σπευδῆ τῷ Βουτουμίτῃ γένηται καὶ ἀπρακτος τῆς Κιλικίας; ἀποπεμφθεῖ, παραχρῆμα τὰ περὶ τούτου δηλοῖ τῷ αὐτοκράτορι, τὴν μετ' αὐτῶν συνδιατριβὴν παρατιμῶμενος. Ὁ δὲ τὰς ἐκ τῶν τοιούτων εἰσθυίας γίνεσθαι βλάβας γινώσκων, γοργῶς ἐφ' ἐτέραν ὑπέθεσεν τούτους τε καὶ ὀπόσους ὑπόπτους εἶχε διὰ γραμμῶν προὔτρέπετο ἵνα τὴν Κύπρον τάχιον καταλάβόντες, τῷ Εὐφοροδηνῷ Κωνσταντίνῳ τὴν δουρικτὴν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>99</sup> πω. <sup>1</sup> ὑπό.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(65) Μιχαήλ. Dignitate pincernam, de quo pag. 242.

(66) Τὴν Ἀττάλου. Ἀττάλειον, Pamphyliae metropolis in themate Orientali apud Constant. Por-

phyrog. quam æcum expugnavit Iconiensis sultanus an. 1212, ut est in Chron. Altisiod. Describitur vero a Tyrio lib. xvi, cap. 26. Vide Leunclav. Pand. cap. 180.



ἀρχὴν τῆν καὶ τῆς νήσου Κύπρου ἀναβεβαμένω, ἂν  
 συνόντες ἐν πᾶσιν ὑπέλωσαν. Οἱ δὲ ἀσμένως τὰ  
 γράμματα δεξάμενοι, θάττον πρὸς τὴν Κύπρον  
 διαπλωζόνται. Μικρὸν οὖν χρόνον μετὰ τοῦ δουκὸς  
 Κύπρου ἐνδιατρίψαντες, τῆ συνήθει ἀναισχυντὶ καὶ  
 πρὸς αὐτὸν ἐκέχρητο· ἔνθεν τοι καὶ λοξὸν αὐτοὺς  
 ὑπεβλέπετο. Οἱ δὲ νεανίαι τῆς τοῦ βασιλέως περὶ  
 αὐτοὺς κηδεμονίας μεμνημένοι, διὰ τῶν πρὸς τὸν βα-  
 σιλέα γραμμάτων τοῦ δουκὸς πολλὰ κατέτρεχον τὴν  
 Κωνσταντίνου ἀνακαλούμενοι. Ἀναπτύξας δὲ τὰς αὐ-  
 τῶν γραφὰς αὐτοκράτωρ ἐπέβλεψε τινὰς τῶν τῆς μεί-  
 ζονος τύχης ὅσους ὑπόπτους ὁ αὐτοκράτωρ εἶχε σὺν  
 αὐτοῖς εἰς Κύπρον ἀπέστειλε. Προηθείς μὴ καὶ αὐτοὶ  
 ἐκ λήπης ἴσως συναπαχθῶσιν ἐκείνοις, εὐθὺς τῷ Καν-  
 τακουζηνῷ ἐπέσκηψεν ἀναλαβέσθαι τοὺτους μεθ'  
 ἑαυτοῦ. Ὅς φθάσας εἰς Κυρήναιαν καὶ μετακαλε-  
 σάμενος τοὺτους μεθ' ἑαυτοῦ ἀνελάβετο. Ἀλλὰ ταῦτα

μὲν τὰ περὶ τοῦ Βίρδα φημι, καὶ τοῦ ἀρχιοινοχόου  
 Μιχαήλ. Ὁ δὲ γε Βουτουμίτης μετὰ τοῦ Μοναστρῆ  
 καὶ τῶν σὺν αὐτῷ καταλειφθέντων λογάδων ἡγεμό-  
 νων τὴν Κιλικίαν ἐφθακῶς, ὡς τοὺς Ἀρμενίους  
 εὔρε σπεισάμενους μετὰ τοῦ Ταγγρῆ, παραδραμὼν  
 τοὺτους καὶ τὸ Μαρᾶσιν (67) καταλαβὼν κατέσχεν  
 αὐτό. Ἄμα δὲ καὶ τὰς παρκασιμένας ἀπάσας κωμο-  
 πόλεις καὶ τὰ πολίχνια καὶ ἀποχωρῶσας δυνάμεις  
 εἰς φρουρὰν τῆς χώρας ἀπάσης καὶ ἡγεμόνα τὸν  
 μισοδόρβαρον καταλιπὼν Μοναστρῆν, περὶ οὗ ἐν  
 πολλοῖς ὁ λόγος ἐμμένητο, πρὸς τὴν βασιλεῦσαν  
 ἐπανέστρεψεν.

Ὑποψίᾳ προνοητικῶς ἀποπέμψας αὐτοὺς ἐπὶ τὴν  
 ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ἀνελάβετο. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ περὶ  
 τοῦ Βίρδα φημι, καὶ τοῦ ἀρχιοινοχόου Μιχαήλ. Ὁ  
 δὲ γε Βουτουμίτης μετὰ τοῦ Μοναστρῆ καὶ τῶν  
 σὺν αὐτῷ καταλειφθέντων λογάδων ἡγεμόνων τὴν  
 Κιλικίαν ἐφθακῶς, ὡς τοὺς Ἀρμενίους εὔρε σπει-  
 σάμενους μετὰ τοῦ Ταγγρῆ, παραδραμὼν τοὺ-  
 τούς καὶ τὸ Μαρᾶσιν (67) καταλαβὼν κατέσχεν αὐ-  
 τό. Ἄμα δὲ καὶ τὰς παρκασιμένας ἀπάσας κωμοπό-  
 λεις καὶ τὰ πολίχνια καὶ ἀποχωρῶσας δυνάμεις εἰς  
 φρουρὰν τῆς χώρας ἀπάσης καὶ ἡγεμόνα τὸν μισο-  
 δόρβαρον καταλιπὼν Μοναστρῆν, περὶ οὗ ἐν πολλοῖς  
 ὁ λόγος ἐμμένητο, πρὸς τὴν βασιλεῦσαν ἐπανέ-  
 στρεψεν.

Ἐπει δὲ ἐξερχόμενοι οἱ Φράγγοι πρὸς τὰ Ἱερο-  
 σόλυμα πρὸς κατάσχεσιν τῶν πόλεων Συρίας, ὑπέ-  
 σχοντο τῷ ἐπισκόπῳ Πίσσης (68) ἰκανὰ εἰ τοῦ-  
 τοῖς συνάρηται πρὸς τὸν προκειμένον αὐτοῖς σκο-  
 πόν. Ὁ δὲ καταπειθὴς τοῖς τούτων λόγοις γεγονῶς,  
 καὶ ἑτέρους δύο (69) τῶν παρὰ θάλατταν οἰκούν-  
 των ἐς αὐτὸ τοῦτο ἐρησίας οὐκ ἀνεβάλλετο, ἀλλ'  
 ἐξοπλίσας δι᾽ ἑρεῖς τε καὶ τριήρεις καὶ δρόμωνας  
 καὶ ἕτερα τῶν ταχυδρόμων πλοίων εἰς ἑννακόσια  
 περιεστάμενα ἔξεισιν ὡς πρὸς αὐτοὺς ἀπερχόμενος,  
 ἰκανὰ δὲ τούτων ἀποτεμόμενος εἰς προνομήν τῆς

si eam dissimularet diutius, pravi exempli contagio  
 in cæteros omnes serperet milites, cum certa per-  
 nicie disciplinæ militaris, qua semel soluta, nullus  
 fructus expeditionis Ciliciensis posset exsistere,  
 totam rem Augusto scriptis inde litteris exponit,  
 oratque ne se versari diutius cum illis velit. Imper-  
 ator statim pervidens quantæ noxiæ quamque  
 certi periculi res sit in bello dissensio militum a  
 duce, strenue arripit cautionem antevertendi mali:  
 et tum duos illos, tum quotquot e cæteris indica-  
 tione litterarum Butumitæ habuit suspectos, scriptis  
 ex tempore mandatis jussit, statim se conferre in  
 Cyprum insulam, illicque duci ejus provinciæ Con-  
 stantino Euphorbeno præsto esse in omnibus et  
 obsequi. Gratium id imperium juvenibus accidit.  
 Quare alacriter Cyprum navigant. Non diu ibi  
 fuerant in comitatu ducis Cypri, cum in familiarem  
 relapsi pervicaciam locum se, non animum, multasse  
 docuerunt. Nec dissimulavit offensionis acceptæ  
 sensum læsus adolescentum inofficiosa protervia  
 dux. Qui torvo sese vultu et obliquis perstringi  
 oculis minime ferentes, sumpta fiducia ex veteri  
 satis comperto Augusti amore erga ipsos, datis  
 ad eum litteris graviter de duce questi sunt, et si  
 per Principem liceret, reditum in Constantiniam urbem  
 optare significarunt. Resignatis his epistolis Augu-  
 stus justum in metum venit ne isti ægri animis, ad  
 alios hand contentos præsentibus (cujus generis  
 aliquid multos eosque opulentos et potentes Cyprum  
 affricantes, cum iis societatem rebellionis coirent.  
 Ergo repente Cantacuzeno, quem paulo ante in Cyreneam miserat, præcipit, ut per Cyprum trans-  
 iens Birlam et Michaelem secum sumat. Transierat jam et pervenerat Cyrenem Cantacuzenus quando  
 litteras accepit imperatorias. Misso ergo inde confestim certo homine duos ad se illos juvenes trans-  
 tulit. At Butumites cum Monastra et reliquis viris eximii cepto itinere progressus, postquam pervenit  
 in Ciliciam, Armenios invenit jam pepigisse cum Tancredo; quare ipsos præteriens, utraque prove-  
 ctus ad castrum Marasinum dictum, illud occupavit; simulque circumpositos vicos omnes et oppida,  
 hybridamque Monastram illum sæpe memoratum superius universæ illi ducem præfecit regioni; quo  
 facto Constantinopolim rediit.

Interim Galli qui belli Hierosolymitani gratia in  
 Asiam venerant, cum circumspecto rerum statu  
 necessariam putarent, tum ad tuenda jam quæsitæ,  
 tum ad cætera expeditionis susceptæ consilia pa-  
 tranda, occupationem reliquarum urbium Syriæ,  
 quam ad rem sine auxiliis novis et validis Occiden-  
 talium suorum, sese impares cernebant, egerunt  
 per legatos 335 promissione præmiorum ingen-  
 tium, cum episcopo Pisano, ut is commodare sibi  
 opes et operam ea in re vellet. Annuit ille, aliis  
 quoque duobus eandem maris oram accolentibus

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(67) *Τὸ Μαρᾶσιν. Marasis*, Guiberto, lib. iv, cap. 2; *Marusis*, Tudebodo, lib. ii; *Marafis*, Bal-  
 drico, lib. ii, pag. 101; et Tzetze, chil. 12, n. 632; *Marasia*, Tyrio, lib. iii, cap. 18; *Maresch*, in *Hist. Hieros.* an. 1114, et apud Albertum Aq. lib. iii, cap. 27; *Mariscum*, Fulcherio, lib. i, cap. 6; lib. ii, cap. 50. Denique *Μαράσιον*, Cinnamo, lib. i.

(68) *Ἐπισκόπῳ Πίσσης*. Dagoberto, Daimberto, seu Daiberto Pisano episcopo, qui postmodum

captis Hierosolymis, in patriarcham electus est. De Dagoberti ad Laodiceam appulsu agunt Albertus Aq. lib. vi, cap. 56 et seq; *Gesta Franc.* cap. 33; Fulcherius, lib. i, cap. 21; Tyrius, lib. ii, cap. 14. Multa etiam de hoc pontifice habet Ughellus in *Archiep. Pisan.* tom. III *Ital. sacræ.*

(69) *Ἐτέροις δύο*. Pisani adjuncti erant duo ex eadem maris ora populi, Etrusci scilicet, qui et Toscani, et Genuenses. Fulcher. lib. i, cap. 21, *Hist. Hieros.* pag. 595.

in eamdem secum auxilii Hierosolymitanis adornandi curam ac sententiam pertractis. Nec mora communitres conatu incumbentes in opus congregandarum undique biremium treremiumque dromonum cæterarumque id genus velocium navium, tantum brevi perfecere ut nongentarum omnis formæ parata classis staret : quam conscendens ipse Pisanus Syriam versus ad eos qui se vocaverant intendit cursum. Verum in itinere non modicam istius] numeri partem reliquit ad tutelam Coreyrensis arcis Coryphus, Cephalenix, Leucadis. et Zacynthi. His auditis imperator in cunctis Romanæ ditionis navilibus et portubus ædificari naves jussit. Ipseque quod præcipiebat primus exsequens Constantinopoli ubi tunc erat, multas locavit fabricandas. Nec imperasse satis habens aderat præeratque operi, et subinde monere conscensa circumiens visebat monebatque fabros, qua forma quaque arte naves oporteret construi. Etenim exploratum habens quam experientes Pisani essent navalium bellorum; vrensque ne quam ab iis majorem cladem sua classis acciperet, ita naves curabat adornari ut cujusque in prora longe exstantia eminenter ex ære ferove simulata capita leonum, aliarumve omne genus ferarum bestiarum, diductis lateque hiantibus rictibus. Quas etiam tetras facie ad majorem terrorem tam auro et pigmentis jubebat colorari; tum vero etiam ita intus per arcanos meatus, contortillesque ductus aptari, ut per eas fauces sic apertas ejaculari flammam in hostem Romani possent, non pernicie ipsorum quam admiratione ac metu majori; quod tanta vis inopinati ac novi mali ex formidolosissimis vel ad aspectum monstrorum horrendorum buccis eructaretur. Has tali artificio paratas naves Taticio nuper ab Antiochia reduci simul tradidit;

A Κορυφῶς ἡ, τῆς Κεφαλῆνης, τῆς Λευκάδος καὶ τῆς Ζακύνθου ἀπέστειλε. Ταῦτα μανθάνων ὁ βασιλεὺς ἐξ ἅπασων τῶν ὑπὸ τῆν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν χωρῶν προσέταξε γενέσθαι πλοῖα, καὶ εἰς αὐτὴν δὲ τὴν βασιλεῦσαν ἰκανὰ κατασκευάζων (70) ἐκ διαλειμμάτων εἰς μονῆρες εἰσερχόμενος, ἐπέσκηπτε τοῖς κατασκευάζουσιν ὅπως χρῆ ταῦτα ποιεῖν. Γινώσκων δὲ τοὺς Πισσαίους τοῦ περὶ τὴν θάλατταν πολέμου ἐπιστήμονα; καὶ δεδιὼς τὴν μετ' αὐτῶν μάχην, ἐν ἐκάστη πρώρῃ τῶν πλοίων διὰ χαλκῶν καὶ σιδήρων λεόντων καὶ ἄλλοιων χερσαίων ζῶων κεφαλᾶς (71) μετὰ στομάτων ἀνεφγμένων κατασκευάσας, χρυσῷ τε περιστελλὰς αὐτὰ ὡς ἐκ μόνης θέας φρεβερν φαίνεσθαι τὸ διὰ τῶν στρεπτῶν κατὰ τῶν πολεμίων μέλλον ἀφίεσθαι πῦρ, διὰ τῶν στομάτων αὐτῶν παρεσκευάσε διέναι, ὥστε δοκεῖν τοὺς λέοντας καὶ τ' ἄλλα τῶν τοιοῦτων ζῶων τοῦτο ἐξερεῦγεσθαι. Οὕτω γοῦν ταῦτα κατασκευάσας μετακαλεσάμενος τὸν Τατικίον ἐξ Ἀντιοχείας νεωστὶ παραγενόμενον αὐτῷ μὲν τὰ τοιαῦτα πλοῖα παραδεδωκώς, *Περιφανεστατὴν κεφαλὴν* (72) ὠνόμασε τῷ δὲ γε Λαντούλφῳ (73) τὸν ἅπαντα στόλον ἀναλέμενος μέγαν δούκα προὔβάλλετο ὡς τῆς ναυμαχίας εἰδήμονα ἄριστον. Ἐξεληθόντες οὖν τῆς μεγαλοπύλειος μῆνης περιπεύοντος Ἀπριλίου, μετὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στόλου τὴν Σάμον κατέλαβον, καὶ τὰ πλοῖα τῆ ἡέρσφ προσορμίσαντες, ἐξῆλθον πρὸς τὴν ἡπειρον ἐπὶ τῷ διὰ τῆς ἀσφάλτου ἐπιπλέον ἀσφαλισαμένουσ κατακυρῶσαι αὐτούς. Μεμαθηκότε; δὲ τὴν τοῦ Πισσαίκοῦ στόλου διέλευσιν, τὰ πυρμνήσια λύσαντες, καὶ αὐτοὶ ὅπισθεν αὐτῶν ἔθεον ὡς πρὸς τὴν Κῶ. Πρωτῆς δὲ τῶν Πισσαίων ἐκεῖσε καταλαβόντων, ἐσπέρας ὄδοι ταύτην κατέλαβον. Μὴ ἐντετυχηότες δὲ τοῖς Πισσαίοις ἀπῆλθον εἰς τὴν Κνίδον περὶ τὴν ἡπειρον τῆς ἀνατολῆς διαχειμένην. Κεῖθε

Varix lectiones ex cod. Coislin.

<sup>1</sup> Κορυφῶς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ

(70) *Κατασκευάζων*. Hos Dagoberti et Pisano- rum, priusquam Laodiceam appellerent, cum Alexianis conflictus et hostilitates attingit Tyrius, lib. xi, 377 cap. 44 : *Iter ergo aggressi, et orant seculi maritimam, non nisi hostium reperiunt urbes, unde cum maxima difficultate et alimentorum inopia riam poterant inceptam conficere.*

(71) *Ζῶων κεφαλᾶς*. More veterum fecit Alexius, qui belluarum capita auro exornata navium rostris aptabant. Virgil. lib. x *Æneid.* :

*Ærata princeps secat æquora tigri.*

*Hoc est, ait Servius, cujus rostrum erat in similitudinem tygridis; namque solent naves nomina accipere a tutelarum pictura.* Sed de tutelis multa Voverenus ad Petron. Meursius ad Lycophr. Delrius ad Senec. *Trag.* Turnebus, Alexander ab Alex. cæterique criticorum filii commentati sunt. Tantum addo quæ habet perelegans scriptor, in Encomio Emme reg. Angl. lib. i : *Aggregati tandem turritas ascendunt puppes, aratis rostris duces singulos videntibus discriminantes. Hinc erat cernere leones auro fusiles in puppibus, hinc autem volucres in summis malis venientes, austros suis signantes versibus, aut dracones varios minantes incendia de naribus; illinc nomines de solido auro, argenteo rutilos, vivis quo-*

*dammodo non impares, atque illinc tauros erectis sursum collis, protensisque cruribus, mugitus ensusque viventium simulantes. Videres quoque delphinos electro fusos, veteremque memorantem fabulam de eodem metallo centauros, etc.* Idem, lib. ii : *Ardebat aurum in rostris, fulgebat quoque argentum in variis navium figuris.*

D. (72) *Περιφανεστάτην κεφαλὴν*. Nova dignitas inventa ab Alexio admodum solerti in excogitandis istiusmodi dignitatibus Palatinis.

(73) *Λαντούλφῳ*. Occurrit Landulfus iste non semel infra cum perhonorifica mentione, cujus nomenclatura natione et origine Latinum prorsus fuisse arguit. Nec scio an idem qui Falconi Beneventano Landulfus de Græcia dicitur in Chr. ad an. 1093 : *Landulfus Græcus* M. Antonio Marsillo Columnæ in Vita et rebus gestis S. Matthæi cap. 8, qui reversus postmodum in Apuliam, *comestabilis Beneventanorum* creatus est : quam quidem sortitus sit appellationem, quod diu in Græcia, et apud Alexium moratus fuerit. Verum, ne id affirmem, facit ipsum Landulphi cognomen, quod in plerisque codd. Falconis, de Græcia, scribitur; qua appellatione occurrit, ni fallor, castrum aliquod in agro Beneventano. Vide Ughellum, tom. VI *Italia sacra*, pag. 457.

δὲ παραγενόμενοι ὡς τῆς ἄγρας ἡστόχων ὀλίγους Ἀ  
 τινὰς ἐφευρηκότες τῶν Πισσαίων αὐτοῦ που κατα-  
 λειφθέντας, ἐπυνθάνοντο ὅπου ὁ Πισσαϊκὸς ἐξώρμησε  
 στόλος. Οἱ δὲ πρὸς τὴν Ῥόδον ἔφασαν. Καὶ παρα-  
 χρημα λύσαντες τὰ πρυμνήσια θάττον τούτους κατέ-  
 λαβον μεταξύ Πατιάρων καὶ Ῥόδου. Τούτους δ' οἱ  
 Πισσαῖοι θεασάμενοι, μῆθου παραυτίκα σχῆμα δια-  
 τυπώσαντες πρὸς μάχην οὐ τὰ ξίφη μόνον, ἀλλὰ  
 καὶ τὰς καρδίας ἔθηγον. Ἐπικαταλαβόντος δὲ τοῦ  
 Ῥωμαϊκοῦ στόλου κόμης τῆς Πελοποννήσιος (74)  
 Περιχυτάνης \* καλούμενος ναυλοχεὶν ἄριστα ἐπιστά-  
 μενος ὡς τούτους ἐθέασατο, ταῖς κώπαις τὸ ἴδιον  
 περῶσας μονῆρας ὡς εἶχε κατ' αὐτῶν ἴσται, καὶ  
 διαμέσου τούτων ὡς πῦρ διελθὼν εἰς τὸν Ῥωμαϊ-  
 κὸν αὐθις ἐπανέστρεψε στόλον. Ὁ μέντοι Ῥωμαϊ-  
 κὸς στόλος οὐκ εὐτάκτως τῆς μετὰ τῶν Πισσαίων Β  
 μάχης ἀπεπειρᾶτο, ἀλλ' ὀξείως καὶ ἀσυντάκτως τού-  
 τους ὁ προσέβαλλε. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Λαντούλφος  
 πρῶτος προσπειλάσας τοῖς Πισσαίοις ναυσίν, ἄστοχα  
 τὴ πῦρ ἔβαλε καὶ οὐδὲν τι πλεόν εἰργάσατο τοῦ  
 πυρὸς σκεδασθέντος. Ὁ δὲ λεγόμενος Ἐλεήμιον  
 κόμης ἀναισχύντως μεγίστη πλοῖα κατὰ πρύμναν  
 προσβαλὼν τοῖς περὶ αὐτοῦ τούτου περιπεσῶν καὶ  
 μὴ εὐχερῶς ἔχων ἐκείθεν διαπλωτῆσασθαι, κατεσχάθη  
 ἄν, εἰ μὴ γοργῶς πρὸς τὴν σκευὴν ἀπέιδε. Καὶ  
 πῦρ κατ' αὐτῶν ἀφελὺς οὐκ ἄστοχα ἔβαλεν. Ἐτα  
 τὴν ναῦν ἐπὶ θάτερα γοργῶς μεταφέρων καὶ ἐτέρ-  
 ρας παραχρημα τρεῖς μεγίστας ἐπυρπόλει τῶν  
 Βαρβάρων ναῦς. Ἐπεὶ δ' ἅμα καὶ συστροφή ἀνέ-  
 μου τὴν θάλασσαν ἐπισπεσοῦσα ἀθρόον διετάραττε  
 τὰς τε ναῦς συνέτριβε καὶ μονοῦ βυθίζεν ἠπειλει-  
 ἐρρόχη \* γὰρ τὸ κῦμα, ἐτετριγέσαν αἱ κεραιαί, C  
 τὰ ὁ ἰστία διερρόγγυντο. Ἐκδειμαθθέντες οἱ Βάρ-  
 βαροι, τὸ μὲν διὰ τὸ πεμπόμενον πῦρ ὁ γὰρ ἐθά-  
 δες ἦσαν τοιοῦτων σκευῶν ἢ πυρὸς, ἄνω μὲν φύσει  
 τὴν φορὰν ἔχοντες, πεμπομένου δ' ἐφ' ἃ βούλεται  
 ὁ πέμπων κατὰ τε τὸ πρᾶνὸς πολλάκις καὶ ἐφ' ἑκά-  
 τερα τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ θαλαττίου κλύδωνος συγχυθέν-  
 τες τὸν νοῦν φυγαδείας ἤψαντο. Οὕτω μὲν οὖν τὰ  
 τῶν Βαρβάρων. Ὁ δὲ τοῖς Ῥωμαϊκῶς στόλος νησιδίων  
 τινὲ προσώκειλεν οὕτως που κλυόμενῃ Σεύτλῳ (75).  
 Αὐθαξούσης δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείθεν ἀπάραντες τῆ  
 Ῥόδῳ προσώρμησαν \*. Τῶν πλοίων οὖν ἀποθάντες  
 καὶ ἐξαγαγόντες ὄσους ἔφθασαν κατασχεῖν καὶ αὐτὸν  
 δὴ τὸν τοῦ Βαῖμόντου ἀδελφιδοῦν (76), ἐξεδειμάτου D  
 αὐτοῦ ὡς μέλλοντες τιμῆς πάντας ἀπεμπολεῖν, ἢ  
 κατασφάττειν. Ὡς δὲ ἀκαταπλήκτους πρὸς τοῦτο  
 ἔωρων αὐτοῦ καὶ τὴν ἀπεμύλῃσιν ἐν οὐδενὶ τιθε-  
 μένους, εὐθύς ξίφους περὶ ἀνάλωμα πεποιήκασιν. Οἱ  
 δὲ γε περιλειφθέντες τοῦ Πισσαϊκοῦ στόλου πρὸς τὸ  
 τὰς παρατυχοῦσας νήσους καὶ τὴν Κύπρον λητῆσθαι

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

\* Περιχύταν. ὁ τούτοις. \* ἐρρόχηι. \* προσώρμισαν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(74) Κόμης τῆς Πελοποννήσιος. Non comes in Peloponneso, sed dignitate, seu officio in classe comes, origine Peloponnesius. Vide supra, pag. 291.

(75) Σεύτλῳ. *Seutlos*, Ionice insula circa Rho-

simul eidem illi viro probatissimæ virtutis, quo alacrius novum hoc bellum capesseret, amplam in primis appellationem indidit, *Illustrissimi Capituli*. Cæteræ classi universæ titulo et potestate ducis magni Lantulphum præfecit quippe virum navalis pugnæ peritissimum. Solverunt hi Constantinopoli mense Aprili cum classe Romana universa; et Samo proximo cursu obiter perstricta navibus adverso littori applicitis, in continentem excenderunt, navigia recenter ædificata, asphaltis illic abundantis inunctione multa firmaturi. Certiores ibi sunt præterisse Pisanam classem. Quare solventes ipsi post eos currunt, versus Coam insulam. Pervenerant eo Pisani mane diei ejus, cujus sub vesperam Romani eodem appulere. Ergo si opportunitate exclusi rei gerendæ, quippe Pisanis, qui longo intervallo præcurrebant, non inventie, Cnidum abeunt, insulam prope continentem Orientis sitam. Ibi deprehensuros se rati Pisanos, spe quidem exciderint prædæ totius, repererunt tamen relictos Pisanorum aliquos a quibus interrogatis quo ivisset Pisana classis, 336 Rhodum versus navigasse illam audiverunt. Nulla mora insequendi facta, instant solutis admisionisque post Pisanos navibus, brevique eos assequuntur inter Patara et Rhodum. Eos Pisani conspiciant, classe cito disposita apte ad navale prelium, et tela et animos ad pugnam acuebant. Admovetur interim propius Romana classis et quidam comes Peloponnesius, Perichytones vocatus, scientissimus artis navigandi, toto remigio suæ moneris incitato, velocissimo impetu Pisanos petit: perque ipsos medios flammea rapiditate pervolans, ad classem rursus se Romanam retulit. Cæterum nostræ naves haud satis ordinate satisque juncto, sed tumultuario quodam impetu, pugnam cum Pisanis capebant. Quin Lantulphus ipse, ubi se admovit primus navigiis hostilibus, ignem intempestive jaculatus, ideo temere et sine hostium damno dispersum, fructum inventi novi nullum habuit. Felicior fuit comes, Eleemon dictus. Is magnam audacter aggressus Pisanam navem, cum incidisset in ejus gubernaculum, itaque se implicasset, ut retro inde cedere nequiret, captus esset utique, nisi præsentem in tali periculo animum ad paratam appulisset machinam evomendæ flammæ per fauces æneas, uti diximus. Ergo id agere adorsus cum magna pernicie navis hostilis cui adhæserat, tres quoque inde alias maximas sese strenue circummagens eadem peste incendii sparsilis afflavit et absumpsit. Inter hæc repente mutato vento, turbari mare, mugire fluctus, concuti inmutuo collisu naves et contereri,

dum, Plinio *Seutusa*, Stephano Ταύτλουσσα.

(76) Βαῖμόντου ἀδελφιδοῦν. Quis ille Boemundi nepos, vel affinis, quem cum Pisanis navigasse ait Anna, ex nostris scriptoribus haud liquet. Vide pag. 394.

stridere antennarum cornua, frangi ac discerpi A  
vela, denique in præsentem demersionis periculo ac  
metu naves esse. Communis hic erat ambarum  
partium terror; illa propria formido Pisanorum,  
ignis missilis nunquam illis visa usuque comperta  
natura; nam cum ignis notus rectum et statum  
impetum habeat cælum versus, hic videbant et in  
primum haud reluctantem flammam dejici, et ad  
latera vibrari non ægre sequentem vim et destina-  
tionem jaculantis. Igitur hæc machinæ artificum mo-  
litrices fulguratorum rem eo die confecere: percussi  
enim isto potissimum malo Barbari fugæ se man-  
danturunt. At Romana classis vitandæ tempestati sta-  
tionem in præsens opportuna cepit ad parvam  
insulam cui nomen Sento fuit. Allucescente die  
postera moventes inde ad Rhodum appellant: B  
quam in insulam excensu Romani facto quosdam  
e Latinis captos, in iis consobrinum Baimundi,  
terrere primo conabantur metu servitutis, et ven-  
ditionis miseræ; verum cum nihil inde moveri eos,  
et tantum mancipationis vilissimæ dedecus pro ni-  
hilo ipsos habere animadverterunt, trucidarunt  
universos. Pisani superstites cæteri ad insulas de-  
prædandas, præsertim Cyprum, adjererunt animos.  
Cyprum gubernabat tum Philocales Eumathius, qui  
repente in Latinos cum copiis movit, simul co-  
gnovit 337 appulsos: tantoque ipsos terrore affe-  
cit ut suorum oblitus, quos non paucos jam ad pabu-  
landum in insulam emiserant, statim cum pertur-  
batione solverent Laodiceam versus, ad Baimundum  
cui se suaque libenter scilicet accipienti et mutua  
spondenti detulere. At illi, quos diximus, miseri in  
Cyprum expositi prædatores, ubi ad litus reversi,  
classem non viderunt suam, desperatione acti ma-  
gna projecterunt se in mare, ibique in aquis præfo-  
cati sunt. Dehinc duces Romanæ classis, et Lan-  
tulphus ipse in Cyprum convenientes habito consilio  
deceverunt de communi omnium sententia tractare  
de pace. Electus ad id Butumites qui statim ad  
Baimundum se contulit: et apud eum dies totos detentus est quindecim. At Baimundus idem semper  
erat, nihil ab illo fraudulentæ pacis et pacatarum artium indocili mutatus. Tandem ergo accersitum  
Butumitem sic minaciter affatus est: *Non huc tu amicitia aut pacis venisti causa, sed incendendarum  
meorum navium: itaque fac ab eas quam primum, et quod fraudis tantæ conscius a nobis inultis integer  
atque illæsus dimitteris, in lucro pone.* Cum his reverso Butumite ad eos a quibus missus fuerat,  
consultatio ab iis communiter instituitur in Cypri portu. Ibi altius introspecta ex recentibus indiciis  
malitia Baimundi, desperataque inter ipsum et imperatorem concordia, nihil tunc quidem decernere  
se posse putaverunt consultius quam si classem plena velis Constantinopolim referrent. In eo cursu  
cum essent prope Syden gravi ac vehementi oborta tempestate vasto fluctuum et ventorum impetu al-  
lisi ad terram sunt, conpassatis universis navibus, præter eas quibus proprie Taticius præerat.

Hic successus classis Pisanæ fuit, et expeditio- D  
nis navalis ejus occasione susceptæ. Interim Bai-  
mundus pro sua cætera solertissima versutia, vidit

ἀπέβλεψαν. Ἔνθα τυχῶν ὁ Φιλοκάλης Εὐμάθιος  
κατ' αὐτῶν ἵεται. Οἱ δὲ περὶ τὰς ναῦς δεῖλαι  
σχεθέντες; μηδὲ τοῦ ἐξιώντος προνομῆς χάριν ἀπὸ  
τῶν πλοίων αὐτῶν λαοῦ πεφροντικότες, ἀλλὰ τοὺς  
πλείονας περὶ τὴν νῆσον ἔασαντες, ἀσυντάκτως  
οὕτω λύσαντες τὰ πρυμνήσια πρὸς τὴν Λαοδικεῖαν  
ἀπέπλεον, τὸν Βαϊμούντον ἐπὶ νῶν ἔχοντες. Καὶ  
δὴ κατ' ἀκαταλόγητον προσελήλυθεισάν τε αὐτῶν καὶ  
τὴν μετ' αὐτοῦ ἀγάπην ἀσπάζεσθαι ἔλεγον. Ὅτι,  
ὅποιος ἐκεῖνος ἀσμένως αὐτοὺς ὑποδέχεται. Ἐπεὶ  
δ' οἱ περὶ τὴν νῆσον καταλειφθέντες λαφυραγωγίας  
ἔνεκα ὑποστρέψαντες τὸν ἴδιον στόλον οὐχ ἑώραν,  
ἔβριπτον ἑαυτοὺς ἀπειδῶς εἰς τὴν θάλασσαν καὶ  
ἀπεπνίγοντο. Οἱ δὲ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στόλου θαλασσοκράτορες  
καὶ αὐτὸς δὴ ὁ Λαντούλφος καταλαβόντες τὴν  
Κύπρον συνελήλυθότες περὶ εἰρήνης ἐπερωτῶν  
ἐβουλεύοντο. Πάντων οὖν ὁμογνωμονησάντων πρὸς  
τοῦτο, στέλλεται ὁ Βουτουμίτης πρὸς τὸν Βαϊμούν-  
τον. Τοῦτον οὖν θεασάμενος καὶ παρακατασχὼν  
ἐπὶ ὄλαις πέντε καὶ δέκα ἡμέραις ἐπει τὴν Λαοδι-  
κειαν καὶ λιμὸς κατεῖληφει καὶ ὁ Βαϊμούντος αὐθις  
Βαϊμούντος; ἦν καὶ οὐκ ἔλλοίωτο οὕτε μὴν εἰρηνεύειν  
ἐμεμαθήκει, μεταπεμφόμενος αὐτὸν, φησὶν. Οὐδὲ  
φίλλαν ἢ εἰρήνην αὐτὸς ἐνταυθοῖ κυραγέρονται.  
ἀλλ' ἐφ' ἡμᾶς ἐμπρῆσαι ναῦς. Ἄπιθι τοίνυν  
ἀρκεῖ γὰρ σοὶ τοῦτο τὸ, ἀνακρωτηρίαστον τῶν  
ἐνταῦθα ἀπολυθῆναι. Ἀπάρας οὖν ἐκείθεν κατα-  
λαμβάνει τοὺς αὐτὸν ἀποστειλάντας περὶ τὸν λιμένα  
τῆς Κύπρου. Καὶ τὴν Βαϊμούντου πονηρὰν γνώμην  
ἐπιπλέον ἐκ τῶν ἐκείθεν μηνυμάτων διαγνόντες καὶ  
ὡς ἀδύνατον σπείσασθαι μετὰ τοῦ αὐτοκράτορος,  
ἐκείθεν ἀπάραντες ὄλοις ἰστίοις τὴν πρὸς τὴν μεγα-  
λόπολιν ὑγρὰν ὑπέπλεον κέλευθον. Κατὰ δὲ τὴν  
Συκὴν (77) τρικυμίας μεγάλης καὶ κλυδώνου \* διε-  
γερθέντος σφοδροῦ, τὰ πλοῖα τῇ χέρσῳ προσραγέντα  
ἡμίθραυστα πάντα γεγόνασι πλὴν τῶν νεῶν ὧν  
ἔστρεψεν ὁ Τατίκιος.

Electus ad id Butumites qui statim ad  
Baimundum se contulit: et apud eum dies totos detentus est quindecim. At Baimundus idem semper  
erat, nihil ab illo fraudulentæ pacis et pacatarum artium indocili mutatus. Tandem ergo accersitum  
Butumitem sic minaciter affatus est: *Non huc tu amicitia aut pacis venisti causa, sed incendendarum  
meorum navium: itaque fac ab eas quam primum, et quod fraudis tantæ conscius a nobis inultis integer  
atque illæsus dimitteris, in lucro pone.* Cum his reverso Butumite ad eos a quibus missus fuerat,  
consultatio ab iis communiter instituitur in Cypri portu. Ibi altius introspecta ex recentibus indiciis  
malitia Baimundi, desperataque inter ipsum et imperatorem concordia, nihil tunc quidem decernere  
se posse putaverunt consultius quam si classem plena velis Constantinopolim referrent. In eo cursu  
cum essent prope Syden gravi ac vehementi oborta tempestate vasto fluctuum et ventorum impetu al-  
lisi ad terram sunt, conpassatis universis navibus, præter eas quibus proprie Taticius præerat.

Hic successus classis Pisanæ fuit, et expeditio- D  
nis navalis ejus occasione susceptæ. Interim Bai-  
mundus pro sua cætera solertissima versutia, vidit

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

\* καὶ δὴ. \* κλυδωνος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(77) Συκὴν. Syca, hodie Galata, et Pera, olim  
urbis CP. xiii regio. Vide Hist. nostram Gallo-  
Byzant. lib. v, n. 32.

(78) Κούρικον. Ciliciæ urbs, in qua Justinianus  
imp. balneum et πτωχεῖον renovavit, ut auctor est

Procopius, lib. v De ædif. Just. extremo; Curcum  
Sanuto lib. ii, part. iv, cap. 26; Curca, Tegenoni  
Patau; Corycius, in notitia Græc; Curc, Willebrandt  
ab Oldenberg in Itiner. T. S. ubi describitur; hodie  
Curco. Ejusce oppidi, quod sub Armeniæ rēgibus

κατάσγη, καὶ στόλον Ῥωμαίων τῷ λιμένι προσορ-  
 μίσας φυλάττει μὲν τὴν Κύπρον, ἀπειρήγη δὲ καὶ  
 τοὺς ἀπὸ Λογγιβαρδίας διὰ τῆς παραλλας τῆς ἀνα-  
 τολῆς μέλλοντας ἰέναι πρὸς αὐτὸν συμμάχους. Ταῦτα  
 οὖν λογιζόμενος, αὐτὸς τοῦτο ἀνοικοδομήσαι καὶ  
 τὸν λιμένα κατασχεῖν ἐβούλετο· πόλις γὰρ πρότερον  
 οἷσα ἐρυμνοτάτη τὸ Κούρικον ἐν ὑστέροις ἐφθασεν  
 ἐρεπωθῆναι χρόνοις. Ὁ δὲ γε αὐτοκράτωρ ταῦτα  
 προμηθευσάμενος; καὶ τὰς ἐπινοίας αὐτοῦ προκατα-  
 λαθῶν, πέμπει τὸν ἑκτομῆαν Εὐστάθιον ἀπὸ τῆς τοῦ  
 κανικλείου ἀξίας (79) μέγαν δρουγγάριον τοῦ στόλου  
 προχειρισάμενος, ἐπισκήψας αὐτῷ σπεῦσαι καταλα-  
 βεῖν τὸ Κούρικον, καὶ διατάχους ἀνοικοδομήσαι τε  
 αὐτὸ καὶ τὸ κάστρον Σελεύκειαν (80), στάδια ἕξ  
 τούτου ἀφισταμένην, καὶ δύναμιν ἀποκρῶσαν κατα-  
 λιπεῖν ἐν αὐτοῖς, δοῦκα δὲ προχειρισασθαι Στρατή-  
 γιον τὸν Στραθὸν, ἄνδρα μικρὸν μὲν τῷ σώματι,  
 ταῖς δὲ πολεμικαῖς ἐμπειρίαις πολὺν τῆ καὶ μέγι-  
 στον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν λιμένα στόλον ἱκανὸν προσο-  
 ρμίσαι καὶ παραγγεῖλαι ἐργηγορέναι καὶ ἐνα-  
 δρεῦειν τοὺς ὀπὸ Λογγιβαρδίας εἰς τὴν ἀρωγὴν τοῦ  
 Βασιμῶντου ἐρχομένους, ἐπαρήγειν δὲ καὶ τῷ Ὁ  
 Κύπρω. Ἐξεληθὼν οὖν ὁ ῥηθεὶς δρουγγάριος τοῦ  
 στόλου καὶ προκαταλαθῶν τὰ τοῦ Βασιμῶντου δια-  
 νοήματα, ἀνεγείρει μὲν αὐτὸ καὶ εἰς τὴν προτέραν  
 ἀποκαθιστᾷ κατάστασιν. Παρακρῆμα δὲ καὶ τὴν  
 Σελεύκειαν οἰκοδομήσας καὶ κατοχυρώσας διὰ τά-  
 φρων γυρῶθεν δυνάμεις τὰς ἱκανὰς ἐν ἀμφοτέροις  
 καταλιπὼν μετὰ τοῦ δουκὸς Στρατηγίου κατελθὼν  
 εἰς τὸν λιμένα καὶ στόλον ἀποκρῶντα ἐν αὐτῷ κα-

A fieri facile posse ut imperator consilium caperet  
 præoccupandi Curici, oppidi olim munitissimum, pos-  
 tea destructi. Erat ibi portus capax Romanæ classis  
 capiendæ, opportune imminens, tum in tutelam  
 Cypri, tum in maris custodiam ea parte qua cursus  
 est necessarius Longobardicis navibus auxilia Bai-  
 mundo portaturis. His de causis decreverat Bai-  
 mundus reædificare quamprimum urbem Curicum,  
 portumque ejus occupare : quo et illa quæ memo-  
 ravimus tanta ejus consilii commoda Imperatori  
 eriperet, sibi adjungeret, et quæ inde damna me-  
 tuobat si præverteretur a Romanis, non solum  
 evitaret, sed etiam in opportunitates nocendi hosti-  
 bus verteret. Cum autem non minus cogitationes  
 Baimundi quam rei momenta ipsius imperator  
 perspicere penitus, opus maturato credidit. Non  
 enim aliter vafrum artificemque adversarium posse  
 prohiberi a quæstuoso incepto rei non difficillimæ  
 nisi improvisa diligentia **338** prævertatur. Mittit  
 igitur extemplo Eustathium eunuchum e Caniclei  
 præfecto magnum classis drungarium creatum,  
 datis ei mandatis ut properaret occupare Curicum  
 et in integrum restituere : neque id modo, sed ar-  
 cem quoque Seleuciam sex stadiis a Curico distan-  
 tem, novis munitionibus circumdaret, tum impos-  
 sito idoneo præsidio ducem loco præficeret Strate-  
 gium Strahum, pusilla quidem statura virum ; sed  
 ingentis in rebus bellicis gloriæ : ad hæc naves  
 bellicas idoneo numero in portum induceret, insi-  
 diaturas Latinis navibus quæ ab Apulia commea-

Varie lectiones ex cod. Coislin.

ὁ τὴν. Lege τῆ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

munitissimum fuisse testantur scriptores, dominus  
 fuit Athionus, auctor *Hist. Orientalis*, sub. a. 1305,  
 pater, ni fallor, Osini comitis Curchi, qui Leone IV  
 Armeniæ rege **378** imperante florebat. Vide Odo-  
 ricum Rynald. an. 1322, n. 33 et 46, et Josephum  
 Barharum in *Itiner. Persic.* pag. 461.

(79) Τοῦ κανικλείου ἀξίας. Ὁ ἐπὶ κανικλείου  
 dictus, penes quem erat vas, in quo asservabatur  
 sacrum encaustum, quo imperatores diplomata vel  
 epistolas subscribebant. Anastasius Bibliothecarius  
 ad act. 10 octavæ synodi : *Præpositus caniculi  
 apud Græcos est qui curam et custodiam gerit can-  
 iculi, id est, atramentarii, ex quo imperator sani-  
 ceas litteras scribit in chartis.* Ita vero dictum κανι-  
 κλείου, quod caniculi formam effigiemque præ se-  
 ferret, uti supra observatum ad. pag. 62. Hujus  
 dignitatis crebra est mentio apud scriptores Byzan-  
 tinos, apud Scylitzem in Michæle Rhang. et Con-  
 stantino Leonis F. Zonaram in Theophilo, Leonem  
 Grammatic. in Constantino, Nicetam in Man. lib. I,  
 n. 3, in Alex. Man. F. n. 18 ; in Alex. Ang. lib. II,  
 n. 4 ; Acropol. cap. 79 ; et Coislin. *De orig. CP.*  
 pag. 52 edit. Reg. et lib. *De offic.* Existat, inquit  
 Seldenus lib. *De titul. honor.* part. I, cap. 6, n. 6,  
 in bibliotheca regis Christianis : Ἰωάννου τοῦ Κα-  
 μαθητροῦ τοῦ ἐπὶ κανικλείου περὶ τῆς οὐρανίας τῶν  
 ἀστέρων διαθέσεως ἐν συνόψει, διὰ στίχων λαμβικῶν,  
 πρὸς τὸν βασιλέα τὸν πορφυρογέννητον. Codices  
 nempe 149 et 559. Κανικλείου dicitur Gregentio  
 in *Disputat.* pag. 201. Κανικλῆς Leoni Gramma-  
 tico, pag. 481, 491. *Caniclinus*, Tyrio lib. xxii,  
 cap. 6, et Gunthero lib. viii *Ligur.* Nec diversus fuit  
 ὁ ἐπὶ κανικλείου a Logotheta, penes quem auctor

est Nicetas in Man. lib. IV, n. 4 fuisse vas illud  
 Purpuramentarium, gemmis et auro distinctum, in  
 quo scilicet asservabatur encaustum, quo Aureas  
 Bullas obsignatas et subscriptas testatur Codinus,  
*De offic.* cap. 5, n. 18, quo Nicetæ loco Codex Bar-  
 baro-Græcus habet, Χρυσόβουλλον μετὰ λθῶν λαμ-  
 πρῶν, hoc est Bullarium, seu typum sigillarium,  
 quo Bullæ ipsæ imprimebantur ; unde colligitur, et  
*encaustarium*, et *bullarium* penes logothetam fuisse.  
 Id præterea observo ex Leone Grammatico et Scy-  
 litze scribentibus in Michæle, Bardam, Theoctisto  
 logotheta extincto, Caniclei dignitatem in se trans-  
 luisse, hoc est, logothetæ dromi, qua functus  
 fuerat Theoctistus, ad quam, officii jure, Aureæ  
 Bullæ subscriptio spectabat. Unde recte Radevicus,  
*De gest. Frid.* lib. III, *caniclinum* ; Nicetas vero in  
 Man. lib. VII, n. 4, logothetam, *cancellarium* inter-  
 pretantur. Quippe penes cancellarium atramentarii  
 regii cura exstitit ; concilium Duziacense I, parte  
 II, cap. 33 : *Ego autem jussi Odonem ire ad can-  
 cellarium regis, et accipere ab illo pergamentum, et  
 atramentarium, et scribere illum cito.* Atque ex iis  
 emendandus Rogerus Hoved. pag. 596 : *Qui fuerat  
 cancellarius imperatoris, quem Græci vocant Lauce-  
 te.* Legendum enim *Logothetam*. Sed et videtur idem  
 fuisse cum *protosecretis* in VIII synodo, act. 10 : Τὸ  
 δὲ τῆς γραφῆς ὑπόλοιπον γεγραφότος Χριστοφόρου  
 Πρωταπληκτοῦ καὶ ἐπὶ κανικλείου. Vide præterea  
 Cujac. ad leg. 2 Cod. de pefit. honor. sub. lib. X ;  
 Meurs. in Gloss. Gretser. et Coislin. ad Codicu-  
 num.

(80) Σελεύκειαν. De hac urbe, præter Geogra-  
 phos, consulendus Guibertus lib. VI, cap. 16.

rent ad Baimundum : simul etiam invigilaturas A  
custodiæ Cypri. Hæc omnia plane uti jussus fuerat  
executus Eustathius Constantinopolim se retulit,  
amplam ibi ob eam rem feliciter fideliterque con-  
fectam, ab imperatore laudem et merita præmia  
consecutus.

Et hæc quidem de Curico. Evoluta hinc anno  
certior factus Imperator parari Genuensem clas-  
sem in auxilium Francorum, sensit statim non  
mediocris periculi rem esse, nec ab Genuensibus  
minora Romano imperio damna quam a Pisanis  
merito timenda. Ergo ut ils occurreret Cantacuze-  
num cum idoneis copiis per continentem mittit ;  
mari vero Lantulphum cum valide armata classe  
festinare jussit ad præoccupanda insidiis loca de-  
pressiora, unde in transituram illac Genuensem  
classem, victorem ex tuto impetum facere posset.  
Fuit mature Lantulphus quo imperatum erat : cæ-  
terum sapientis incepti successum vis major inter-  
cepit. Procella gravis et supra quamvis validarum  
navium firmitatem vehemens incubuit in classem  
tam sæva tamque ineluctabili vi ut pleræque naves  
frangerentur utique : quas ideo subductas in ter-  
ram linire pice ac crassamento, cæteraque resar-  
cire cura ejus generis necesse fuit. Hac vice rerum  
Cantacuzeno indicium defertur, classem adventare  
Genuensem. Hoc ille accepto, auctor est Lantul-  
pho, ut cum navibus octodecim quas habebat solas  
in mari, cæteris refectionis necessitate subductis  
in terram, subsideret juxta mandatum imperatoris  
circa Promontorium Malei, immineretque inde in  
occasionem aggrediendarum ex tuto, si res et occa-  
sio ferret, mox transiturarum Genuensium na-  
vium. Sin ei in præsentī conspectu classis hostilis  
aliud suaderet sua paucitas et conscientia infirmi-  
tatis, certe receptum salutarem suis exiguis copiis  
tuto perficeret, classe tota Coronem deportanda,  
quo certus, et nulla vi hostili prohiberi facilis, tali  
locorum situ cursus erat. Acquievit consilio Lan-  
tulphus ; sed cum admotis Genuensibus, plures eos  
longe validioresque cernebat, quam ut capessere  
cum spe aliqua 339 pugnam contra ipsos posset,  
Coronem ut constitutum erat, se recipit. Cantacu-  
zus cura, quantam maximam debuit in classem  
Romanam collata, ut impune in terram expositis  
Genuensibus didicit, quod unum supererat, expedit  
se ac suos ad eos insequendos. Quos ubi assequi  
non potuit, Laodiceam deflexit, toto illic conatu  
bellum cum Baimundo gesturus. Ac primo quidem  
impetu portum occupavit ; deinde arcem aggressus  
continuata per noctem et diem oppugnatione,  
frustra fuit tamen, et sæpiissime assultu tentato,  
repulsus est toties. Expertus quin etiam pacatas  
artes, et demereri colloquio conatus Gallos, non

ταλιπών κατά τὰς τοῦ αὐτοκράτορος εἰσηγήσεις  
ἐπαναζεύγνυσι πρὸς τὴν μεγαλόπολιν, καὶ μεγάλως  
παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπαινεθεὶς θαυφίως περι-  
λοτίμηται. Ἄλλὰ ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὸ Κούρικον.

Μετὰ δὲ παραδρομὴν ἐνιαυτοῦ ἀναμαθῶν ὁ βασι-  
λεὺς ὅτι καὶ Γενούσιος <sup>10</sup> στόλος (81) εἰς συμμα-  
χίαν τῶν Φράγγων ἐξελεῖν ἐτοιμάζεται, στοχασά-  
μενος ὅτι οὐ μικρὰς βλάβης καὶ παραιτίου αὐτοῖ <sup>11</sup>  
τῆ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ ἔσονται, τὸν μὲν Καντα-  
κουζηνὸν διὰ τῆς ἡπείρου μετὰ ἀποχώρισης δυνά-  
μεως, τὸν δὲ Λαντούλφον γοργῶς ἐξοπλίσας μετὰ  
στόλου διὰ θαλάττης ἀπέστειλε, παρακαλευσάμενος  
αὐτῷ τὸ τάχος καταλαβεῖν τὰ κατώτερα, ἐφ' ἣ  
τὴν μετὰ τῶν Γενουσίων ἐκεῖσε διερχομένων ἀνα-  
δέξασθαι πόλεμον. Τούτων ἀπελθόντων ἔνθα καὶ  
προσετάχθησαν, χειμῶν βαρῦς ἐπιγέγονος καὶ ἀφό-  
ρητος, ὅφ' οὐ καὶ πολλὰς τῶν νεῶν συνέθη δια-  
θραυσθῆναι, ἅσπερ πάλιν πρὸς τὴν χέρσον ἐξεκί-  
σαντες, ἐπιμελῶς τὴν διὰ τῆς ὕψους πίεσης ἐπιχρησι-  
ταύταις ἐπέφερον. Τηρικαῦτα δὲ καὶ ὁ Καντακου-  
ζηνὸς τὸν τῶν Γενουσίων στόλον περὶ τὰ κατώτερα  
διαπλέοντα ἐγγύς που εἶναι μεμαθηκῶς ὑποτίθεται  
τῷ Λαντούλφῳ ὀκτωκαίδεκα ναῦς ἀναλαβεῖν  
(τοσαύτας γὰρ μόνας συνέθη τῷ τότε ἀποπλέειν τῶν  
ἄλλων ἐξελκυσθειῶν τῆς θαλάσσης), καὶ ἀπελθόντε  
κατὰ τὸ ἀκρωτήριον τοῦ Μαλέου προσοκείλαι αὐτάς  
κατὰ τὰς τοῦ αὐτοκράτορος ὑποθήκας, καὶ διαρχο-  
μένων τῶν Γενουσίων εἰ μὲν τὸν μετ' αὐτῶν ἀπο-  
θάρροιν <sup>12</sup> πόλεμον, εὐθύς τὴν μετ' αὐτῶν ἀναβί-  
ξασθαι μάχην· εἰ δ' οὐ τὴν σωτηρίαν ἑαυτῷ καὶ  
ταῖς ὑπ' αὐτὸν νησί συν αὐτοῖς πλωτῆρσιν εἰς  
Κορώνην προσοκείλαντι, περιποιήσασθαι. Ὁ δὲ  
ἀπελθὼν καὶ τὸν πολὺν στόλον τῶν Γενουσίων <sup>13</sup>  
θεασάμενος καὶ ἀπαγορεύσας τὴν μετ' αὐτῶν  
μάχην, θάπτον τὴν Κορώνην κατέλαθεν. Ὁ δὲ  
Καντακουζηνὸς τὸν ὅλον Ῥωμαϊκὸν στόλον ὡς  
ἔδει περιποιησάμενος, καὶ τοὺς συνόντας αὐτῷ  
ἐκείσε συναγαγὼν, ὡς εἶχε τάχους κατόπιν τῶν Γε-  
νουσίων ἔδωκε. Μὴ ἐθακῶς δὲ τὴν Λαοδικεῖαν κα-  
τέλαθε, σπεύδων πρὸς τοὺς μετὰ τοῦ Βαϊμούντου  
πολεμῆσαι ὅλη γνῶμη καὶ χειρὶ ἀποδύεσθαι. Καὶ  
μέντοι τοῦ ἔργου ἀψάμενος, τὸν λιμένα κατέλαθε  
D καὶ διὰ πάσης νυκτὸς καὶ ἡμέρας τῆς τειχομαχίας  
οὐκ ἀφίστατο ὡς δ' ἄπρακτος τοῦ λοιποῦ <sup>14</sup> ἔμενε  
μυριάκις μὲν προσθαλῶν, τοσαυτάκις δ' ἀποτυχῶν  
καὶ πῆ μὲν ὑποποιούμενος τοὺς Κελτοὺς οὐκ ἐπειθε,  
πῆ δὲ μαχόμενος ἀπετύγχανε. Τειχίον τι διὰ ξηρῶν  
λίθων κυκλοτερὲς δευμάμενος ἀναμεταξὺ τῆς ψάμ-  
μου καὶ τῶν τειχῶν Λαοδικεῖας ἐν τρισὶ νυχθημέ-  
ροις κᾶκτοτε ὡς εἰρεσιμα τοῦτο κτησάμενος ἕτερον  
πολίχνιον δι' ἐγχορήγου ὕλης ἐντὸς τούτου θάπτον  
ἀνήγειρεν, ἐν' ἐντεῦθεν ὡς ἐς ὀρμητηρίου τινὸς γεν-

Variæ lectiones ex eod. Coislīn.

<sup>10</sup> Θνούσιος. Sic semper. <sup>11</sup> Deest vox αὐτοῖ. <sup>12</sup> θαρρόιν. <sup>13</sup> Θνουσίων. Sic semper. <sup>14</sup> λοιποῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(81) Γενούσιος στόλος. Will. Tyrius l. b. x, cap. 28.

ναϊότερον τῆς τειχομαχίας ἀντέχοιτο. Ἄλλὰ καὶ πύργους δύο διὰ τοῦ στομίου τοῦ λιμένος ἐπ' ἐκάτερα ἐικοδομήσας ἔλυσιν σιδηρᾶν διαμπερὲς τούτων εἰσελάσας δι' αὐτοῦ ἀπετάφρευε τὰς ἰσως ἐλπίζομένας εἰς βοήθειαν τῶν Κελτῶν ἐκ θαλάττης ναῦς. Ἐνταῦθα <sup>15</sup> δὲ καὶ πολλὰ τῶν περὶ θάλατταν πολιχνίων κπετέχετό τε Ἀργυροκάστρον καλούμενον, τὸ Μαρχάπιν (82), τὰ Γάβαλα (83), καὶ ἄλλ' ἅττα, μέχρις αὐτῶν συνόρων Τριπόλει; ἐφθακῶς, ἕπερ πρότερον μὲν φόρους τοῖς Σαρακηνοῖς ἔδιδου. Ἐν ὑστέροις δὲ παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος πολλοῖς ἰδρῶσι καὶ πόνοις τῆ Ῥωμαίων ἐπανεσώθησαν.

importandi quandoque navalis auxilii, duæ ad ostium interque ipsas catena ferrea suspensa, quæ facile prohiberet omnem Gallicarum navium appulsum. Interim et alia maritimæ illius oræ occupata oppida, Argyrocastrum, Marapis, Gabala, et quæ hinc interjacent ad confinia Tripolis. Hæc tot loca prius tributaria Saracenis, multis tum sudoribus laboribusque Romano imperio restituta sunt.

Ὁ μὲν τοι βασιλεὺς δέον λογισάμενος καὶ ἀπὸ τοῦ μέρους τῆς ξηρᾶς πολιορκῆσαι τὴν Λαοδικεῖαν, γινώσκων ἐκ μακροῦ τὸν δεινὸν Βαῖμουῦντον καὶ τὰς αὐτοῦ μηχανὰς, ὅποιοι ἐκείνος δεξιὸς ἦθος ἀνθρώπου ἐν βραχεῖ καταμαθεῖν καὶ τῆς αὐτοῦ δολερᾶς καὶ ἀποστατικῆς γνώμης κατάλιψιν <sup>16</sup> ἀκριβῆ ἔχων, τοῦ Μοναστρᾶν μετακαλεσάμενος μετὰ ἀποχώρωσης δυνάμεως διὰ τῆς ἡπείρου ἀπέστειλεν, ὥστε ἐν ταῦτῳ, τὸν μὲν Καντακουζηνὸν ἐκ θαλάττης αὐτὸν δὲ ἐκ τοῦ μέρους τῆς ἡπείρου πολιορκεῖν τὴν Λαοδικεῖαν. Ἄλλ' ὁ Καντακουζηνὸς πρὸ τοῦ τὸν Μοναστρᾶν ἐφθακῆναι, τὸν λιμένα καὶ τὸ κάστρον αὐτὸ κατέσχε. Τὴν μὲν τοι ἀκρόπολιν, ἕπερ Κουλαῖ νῦν ἡ συνήθεια καλεῖν ἐβωθεν, ἔτι Κελτοὶ κατεῖχον περὶ πεντακόσιοι καὶ ἰππεῖς ἑκατόν. Τούτων οὖν τῶν πολιχνίων τὴν κατάσχεσιν ὁ Βαῖμουῦντος ἀχηκῶς, μεμαθηκῶς δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ φυλάσσοντος κόμητος (84) τὴν τῆς Λαοδικεῖας ἀκρόπολιν ὅτι ἐπιδεῆς ἐστὶ χορτάσμάτων, μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν δυνάμεων πασῶν, τοῦ τε ἀνεψιοῦ αὐτοῦ Ταγγρῆ καὶ τοῦ Σαγγῆλη ἐνωθεὶς καὶ βρώσιμα παντοῖα ἐπισυνάξας ἐν ἡμίονοις, καὶ τὴν Λαοδικεῖαν καταλαβὼν, τὰ μὲν χορτάσματα θάττον

A plus tractatione tranquilla, quam infesta vi profecit. Ergo cum aliud in præsens non posset, macciam ex rudi saxo circulari forma molitus est in intervallo quod litus inter et Laodicæ muros interjacet. Triduo perfectum id opus stetit. Deinde intra illum ambitum arcem exstruxit ex aliunde importata materia. Celeriter hæc quoque surrexit moles, in præcipuum Laodicensis oppugnationis usum. Hinc enim tanquam ex tuto receptaculo erupturi assidue valentius ad fatigandam longa belli constantia obsessorum tolerantiam Romani videbantur. Sed et ne ipsi spes a mari blandiretur portus excitatæ in prospectu nituo turres sunt prohiberet omnem Gallicarum navium appulsum. Argyrocastrum, Marapis, Gabala, et quæ hinc interjacent ad confinia Tripolis. Hæc tot loca prius tributaria Saracenis, multis tum sudoribus laboribusque Romano imperio restituta sunt.

B Imperator his cognitis nequaquam satis arctatam Laodicæam existimans quandiu a maritima duntaxat parte obsideretur; quippe qui pro sua pernoscendorum hominum vel ex brevi aspectu solertia, simul acrem ad vim quamvis, simul astutum ad omnem fraudem rebellionisque ac perjurii plenissimum Baimundi nosset animum: Monastram accersitum cum justo exercitu terrestri per continentem eo destinavit cum mandatis, ut ex ea parte quæ sola Laodicensibus Gallis hactenus libera versus Mediterranea relicta fuerat, ipse castris positus strenue Cantacuzenum adjuvaret adverso ex loco contententem; sic enim spem esse ut contumacia rebellium undique circumventa frangeretur. Verum jam ante quam pervenisset eo Monastras, Cantacuzenum portum urbemque ipsam subegerat. Supererat arx sola usu vulgari Cula dicta, quam obtinebant Galli pedites quingenti, equites centum. At Baimundus, et fama tot arcium occupatarum, et litteris præfecti castro Laodicensi annonam equis hominibusque alendis deesse illic nuntiantibus, **340** de periculo rerum suarum ope maturata egentium admonitus,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>15</sup> ἐν ταῦτῳ. <sup>16</sup> κατάλιψιν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(82) *Μαρχάπιν*. Legendum *Μαρχάπιν*, est enim urbs maritima, vicina Maracleæ, Valeniæ, Gabulo, etc. quam *castrum Margath* vulgo vocant Jacobus de Vitriaco, lib. i, cap. 44; Tyrius, lib. vii, cap. 17; Sanutus, lib. iii, part. xiv, cap. 2; et Aithonius cap. 59. Describitur vero sat pluribus a Wilibrando ab Oldenborg in *Itiner.* pag. 130. Ejusce castri dominos datus in *Famil. Hieros.*

(83) *Γάβαλα*. *Gabulum*, urbs Cœlesyriæ maritima, a Laodicea 12 milliariibus distans, ut habent Jacobus de Vitr. lib. i, cap. 44; et Tyrius, lib. vii, cap. 17; lib. xiii, cap. 27; lib. xviii, cap. 4: lib. xx, cap. 19. *Giabala* dicitur Alderisio, pag. 195; **379** et in *Chronico Orient. Gebul*, Benjamine Tudel. *Gabala*, in *Itiner. Hier.* et Arnolde Lubec. lib. v, c. 3, *Gabulum*, Jacobo de Vitr. lib. i, cap. 99, *Gibellum*, *Gibel* eisdem, et Roberto Mon. lib. viii, pag. 72; Tudehodo pag. 308; Alberto Aq. lib. v, cap. 54; lib. vi, cap. 53; Guiberto, lib. vi, cap. 24; *Zibellum*, Raimundo de Agiles, pag. 165, et Joanni Phocæ

D n. 7. *Zebel* eidem Annæ, pag. 413, unde *Peltes Zebellinæ*, quod inde Marturinæ pelles in Europam a mercatoribus inveherentur. Ex laudatis porro scriptoribus constat Gabuli obsidionem a duce Gothofredo et Flandrensi comite tentatam, posthæc omissam propter supervenientes Saracenos, ob idque cum principe civitatis inita sœdera. Proinde recte Anna dixit Saracenis ablatum ab Alexianis *Gabulum*, quod in Fraucorum jus nondum venerat. Est præterea in eodem tractu oppidum aliud *Gibellet*, seu *Gibelot* iisdem scriptoribus dictum, *Bybluz* olim appellatum, cujus dominium adeptus est Hugo Embriacus nobilis Genuensis. *Gabulum* vero, seu *Giabalensem urbem*, concessit postmodum Raimundus Rupini princeps Antiochenus Hospitalariis militibus, a quibus in recuperando principatu auxilium non mediocre submissum fuerat, ut est in *Tabulario Manoscensi in Provincia.*

(84) *Κόμητος*. Erat ea tempestate Laodicæ comes Martinus. Albert. Aq. lib. vi, cap. 44,

congregatis confestim omnibus suis copiis, iisque præterea quæ Tancredo ipsius nepoti proprie parabant, et quæ Sangelis fuerant, in unum secum corpus exercitus coactis, proficiscitur cum ipsis Laodiceam : commeatumque omnis generis ingentem collectam et nullis impositam copiam in arcem Culam importat. Id quo modo quoque ordine perfecit paulo jam distinctius exsequar. Cum pervenisset prope castra Romana Cantacuzeni colloquium expellit, nec recusanti : *Quanam, inquit, quæso, spe quove consilio ad has molitiones et substructiones arcium mentem appulsiis? Cui Cantacuzenus : Nempe, ait, tute scis recepisse vos imperatori et solemni juramento confirmasse, quando ei servitutem atque obsequium estis professi, reddituros ei aut ab ipso missis ducibus cum fide urbes quascunque imperio prius subditas de Barbaris caperetis ; quæ religio eatenus etiam valuit ut hanc ipsam Laodiceam cederetis nobis, quoad te pœnitentia recte facti cepit, et contra, non solum officium prius obligatæ fidei, sed etiam jus pacis deinde usurpatæ cultaque Laodiceam sub ditionem tuam armis injustis retraxisti. Quid me igitur facere censes oportere, qui huc obtinendæ a vobis pacifice juxta pacta conventa Laodiceæ spe ac consilio veneram? desiderere otiosum, an reverti cum tot copiis irritum? Mihi quidem verius videtur quod juri negatis vi repetere. Ad hæc contra Baimundus : Pecuniane an ferro quas dicitis arces recepturus a nobis venis? Cui Cantacuzenus : Pecunia, inquit, impensa est in hos auctorandos armandosque qui me sequuntur, quorum virtutem in prælio senties. Exarsit ex frustrata cupiditate in impotentem iram Baimundus ; et ubi hæc abrupte protulit : *Atqui sic habe, ne unam quidem munitiunculam sine pecunia te a nobis recepturum, jussit statim suos equites recta in ipsas admoventi portas civitatis. Hi tametsi crebra nivis instar jaculatione Romanorum superne imminentes de muris urbis prius ab ipsis occupatæ, petiti acriter, et de cursu**

A εισηγάγεν εἰς τὸ Κουλαῖ. Μετὰ δὲ γε τοῦ Καντακουζηνοῦ εἰς ὁμιλίαν ἐλθὼν, τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν ἔφη· *Τίτω σκοπὸν ἔχων πρὸς οἰκοδομὰς καὶ κτίσεις ἀπέβλεψας ; Ὁ δὲ Ὀϊδας ὅτι δουλείῳ ὁμολογήσαντες τῷ αὐτοκράτορι καὶ τὰς παρ' ὑμῶν αἰρουμένας πόλεις ἐνωμότως παραδούναι κατέθεσθε. Ἐἶτα αὐτὸς καταψευσάμενος τῶν ὀρίων, ἀθετήσας δὲ καὶ τὰς εἰρηρικὰς σπονδὰς καὶ ταυτηνὴ τὴν πόλιν ἐλὼν καὶ παραδοὺς ἡμῖν μεταγρῶν ἀθῆς κατέσχευε, ὥστε μίτηρ αὐτὸς ἐνταυθοῖ παρεργνόμην ἐπὶ τῷ τὰς παρ' ὑμῶν αἰρουμένας πόλεις ἀναλαμβάνεσθαι. Ὁ δὲ Βαϊμούντος· Διὰ χρημάτων ἢ διὰ σιδήρων ταύτας ἐλαίζωρ ἐξ ἡμῶν λαμβάνειν ἤκει ; Ὁ δὲ· Τὰ χρήματα οἱ συνεφερόμενοι ἡμῖν ἔλαβον, ἐπὶ τῷ ἐκθύμῳ ἀγωνίζεσθαι. Ὁ δὲ Βαϊμούντος, θυμοῦ πλησὺς ἔφη· Ἄτερ χρημάτων ἴσθι ὡς οὐδὲ φροῦριον κατασχεῖν δύνηθῆς. Καὶ τριηκᾶτα τὰς ὑπ' αὐτὸν φελαγγὰς παρέθηκες μέχρις αὐτῶν πυλῶν τῆς πόλεως ἐξιπτάσασθαι. Οἱ δὲ τοῦ Καντακουζηνοῦ τὰ τεῖχη τηροῦντες δίκην νιφάδος τοὺς δίστους κατὰ τῶν τοῖς τεῖχεσι προσπελαζόντων Φράγγων ἐπαφέντας<sup>17</sup> μικρὸν τι τούτους (α) ἀπόσαντο. Καὶ παραχρῆμα ὁ Βαϊμούντος συναγαγὼν ἅπαντας εἰσήλθεν ἐντὸς τῆς ἀκροπόλεως. Ὑποπτέυσας δὲ τὸν φυλάσσοντα κόμητα μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν Κελτῶν, ἕτερον εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως ἐπέστησεν, ἐκείνους ἐκείθεν ἀπελάσας. Ἄμα δὲ καὶ τοὺς ἀγχοῦ τῶν τευχῶν ὄντας ἀμπελώνας ἤρεπῶσεν, ὥστε μὴ ἐμποδῶν τοῖς ἱππάζεσθαι μέλλουσι καθεστάναι Λατίνοις. Ταῦτα μὲν οὕτω κατὰστήσας ἐκείθεν ἐξελθὼν τὴν Ἀντιόχου κατέλαβεν. Ὁ δὲ γε Καντακουζηνὸς οὐκ ἡμέλει παντοίως πολιορκῶν τε καὶ διὰ μυρίων μηχανῶν τε καὶ ἐπιχειρημάτων καὶ ἐλεπόλεων συνταράσσων τοὺς ἐντὸς τῆς ἀκροπόλεως Λατίνους. Ἄλλὰ καὶ ὁ Μοναστρεῖς διὰ τῆς ἡπείρου ἐρχόμενος, μετὰ τοῦ ἱππικοῦ φροσάτου παραλαμβάνει τὴν τε Λογγιναίδα (85) τὴν Ταρσὸν, τὴν Ἄδαναν (86), καὶ τὴν Μάμισταν (87), καὶ αὐτὴν δὴ τὴν Κιλικίαν ἅπασαν.*

Variæ lectiones ex cod. Coislín.

<sup>17</sup> ἐπαφέντες.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(85) Λογγιναίδα. Longinias, Tarsus, Adana, Mamista, urbes Ciliciæ, quas Boemundo ab Alexianis ereptas intelligit auctor Gestor. Franc. exp. Hier. cap. 52. Longinidam, quæ Alberto Aqu. Longinachi nuncupatur, regebat Bernardus, cognomento Extraneus, gente et familia, ni fallor, Anglica, cujus stemma delibavit in Aspilogia eruditus Spelmanus, aut etiam forte Gallica ; nam et apud nos exstat etiamnum pernobilis hæc appellatio.

(86) Ἄδαναν. De Adana, Ciliciæ urbe, quædam habent Scylitzes, pag. 656 ; Constant. lib. De Them. cap. 2 ; Zonaras, in Rom. Diog. pag. 226 ; Nicetas, in Joan. Athana dicitur Tudebodo, pag. 784 ; Roberto mon. pag. 44 ; Guiberto, lib. iii, cap. 12 ; Adana Raimundo de Agiles, pag. 146 ; Adanam et Tarsum accurate describit Willebrandus ab Oldenborg in Itiner. Vide Joseph. Barbarum in Itiner. Persic. pag. 461 ; Leuncl. Pand. n. 61, et Godefr. Henschenium in Vitam S. Theonhili Vicedom. 4 Februar.

(87) Μάμισταν. Mamista, etiam Glycæ in Ni-

(a) Hic desit ms. Florentinus.

ceph. Phoca, et Raimundo de Agiles pag. 146, 151 ; Mamistra, Baldrico, lib. ii, pag. 100 ; Gauterio, De bell. Ant. an. 1115 ; Alberto Ag. lib. iii, cap. 59 ; Tyrio, lib. iii, cap. 21 ; Malmistra, Sannuto, lib. ii, part. iv, cap. 26 (tibi totum hunc Ciliciæ tractum describit) et Benjaminio Tudel. pag. 39 ; Massisa, Alierisio, part. v, clim. 5, eadem quæ olim Μοφουεστία, ut auctor est Glycas. Perperam vero Manistere, pro Mamistere dicitur Willebrando, qui eam describit. Porro Tarsum, Mamistam, et alia Ciliciæ oppida, a Saracenis antea occupata, expugnantur Baldwinus Gothofredi frater et Tancredus, ut pluribus narrat Albertus Aq. Tudebodus, et alii locis citatis. Hæc postmodum Boemundus in Ciliciam profectus receperat, et custodes singulis imposuerat, ut habet Tyrus, lib. vii, cap. 2 ; Taticio illa Boemundo principi concedente, ut auctor est Raimundus de Agiles, pag. 146. Ast illa rursus in Græcorum potestatem redierunt Joanne imperante, qui iis Calamanum Hungarum consanguineum præfectum statuit, uli reuert



paulisper dimoti sunt, pervicit tamen ad extremum Baimundi totas secum conjunctim copias eodem rapiens impetus longe vehementissimus, quo reluctans omnia facile in arcem penetravit. Ibi præfectum et præsidium sibi suspectum mutavit; tum suburbanum agrum impeditum vineis, earum excisione, quod sic ad usum belli utile rebatur, purum et equitabilem effecit; sicque se Antiochram retulit. Nihilò segnius Cantacuzenus propositum urgere, in eo totus defixus, nullique ad hoc curæ ac contentioni parcens, quo Laodiceam arcem a Latinis insessam machinarum, artium, conatuum omnis generis admotione ac frequentatione nunquam intermissa subigeret. Sed et Monastras a continenti equestri exercitu bellum circumferebat successibus inagnis. Nam Longiniadem, Tarsum, Adaniam, Mamistam, verbo dicam, totam Ciliciam occupaverat.

Πρὸς δὲ τὰς τοῦ αὐτοκράτορος ἀπειλὰς ὁ Βαϊμούντος ἄδρα ἔδειξεν, καὶ μὴ ἔχων ὅ τι καὶ χρῆσαιτο πρὸς ἀμυναν· οὔτε γὰρ κατ' ἤπειρον εἶχε στρατεύματα, οὔτε κατὰ θάλατταν στόλον. Ἐκατέρωθεν γὰρ αὐτῷ ὁ κίνδυνος ἐπικρέματο· μηχανᾶται τι τοιοῦτον, σφόδρα μὲν ἀγεννὲς, σφόδρα δὲ πανουργότατον. Πρῶτον γὰρ τὴν Ἀντιόχου πόλιν καταλείψας τῷ τοῦ μαρκήση Ταγγρῆ (88) καὶ τούτου ἀδελφιδῷ, αὐτὸς ἀπανταχόθεν φήμας πέμπει περὶ ἑαυτοῦ, ὡς ἄρα ὁ Βαϊμούντος ἀποτεθνήκει, καὶ ζῶν ἔτι ὡς περὶ κατοικομένου αὐτοῦ τὴν οἰκουμένην διέθετο. Καὶ ἡ φήμη διέτρεχεν ἀπανταχῇ πτερῶν ταχύτερα, καὶ τὸν Βαϊμούντον νεκρὸν ἐκήρυττε. Καὶ δῆτα ὡς ἑώρα τῆς 18 φήμης ἀποχρόντως ἔχειν, λάρναξ (89) τὸ ἐντεῦθεν ξυλλήνη καὶ ναῦς διήρης ἐν ἣ καταθεμένη ἡ λάρναξ καὶ ὁ ἔμπροσθεν οὗτος νεκρὸς ἀπὸ τοῦ Σουδεῖ, ὅπερ ἐστὶ τῆς Ἀντιοχείας ἐπίγειον, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀπέπλει, καὶ διαπόντιος ὡς νεκρὸς ἐκοιμίζετο· τῷ 19 μὲν ἔξωθεν νεκρὸς καὶ τῇ σορῷ καὶ τοῖς τῶν ἄμφω αὐτὸν σχήμασιν. 20 γὰρ ἕκασταχοῦ γινόμενοι, ἀπέτιλλον τε τὰς τρίχας οἱ Βάρβαροι καὶ σαφῶς ἀνωλόουζον· τὰ δὲ ἔνδον ἑκαίνοσ ἐκτάδην κείμενος μέχρι τούτων νεκρὸς ἦν· τὰ δ' ἄλλα εἰσέπνει τε τὸν ἀέρα καὶ ἀπέπνει διὰ τινῶν κρυφίων ὀπῶν. Ταῦτα μὲν ἐν τοῖς παραλλοῖς. Ἐπειδὴν δὲ κατὰ

Admovit Baimundo terrorem ea res, jam ex his documentis sentienti quam non secure nimis spernere imperatoris minas expediret. 341 Sane circumspectanti se, haud satis explicatæ apparebant rerum et summæ belli rationes. Deficere sibi videbat terrestrem simul et maritimum exercitum, cum imprimis opus utroque esset ad arcendum utrimque ingruens periculum. Ergo ut his se angustiiis evolveret, consilium inil illiberale magis an versutum non facile dixerim. Primum commendata marchisi filio Tancredo Antiochiæ custodia, famam spargi omnem in partem curat, Baimundum obiisse. Mussabat ipse interim dum late is rumor manans locum secuturis pararet fraudibus. Nec famæ solita strenuitas, nec voto simulati mortui credulitas hominum defuit. Ubi satis vulgatum et persuasum est vixisse Baimundum, producitur ecce mortualis arca lignea, fœta spirante mortuo; et in navale Antiochiæ, Sudei vocatum, defertur in biremem componenda mox Romam versus soluturam. Respondebat exacte fabulæ scena. Ornata navis apparatu funebri, sarcophagus in loco conspicuo, mœsta et atrata circum omnia stromatis pullis: tum circumfusi familiares barbaro ejulatu lamentantes dominum, comamque vellentes. Nec intus

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

18 τὰ τῆς. 19 τὰ. 20 καί.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Tyrius, lib. xiv, cap. 24; lib. xix, cap. 9; et Nicetas in Joan. ii. 6, unde *Manistrensis dux* appellatur in epistolis aliquot, quæ exstant in *Gest. Dei*, etc. pag. 1182, et tom. IV, *Hist. Franc.* pag. 695 et 701. Fuit autem Calamanus filius Boritii, Calamani Hungariæ regis nothi, cujus mentio apud est Thwroc. part. ii, cap. 61. Vide Not. ad Cinnamum.

(88) Τῷ τοῦ μαρκήση Ταγγρῆ. 380 Boemundus de captivitate post biennium rediit, ut habet Albertus Aqu. lib. ix, cap. 16, seu quadriennium, ut Tyrius, lib. x, cap. 25, dum de adeunda Italia et Gallia cogitat, Tancredo ex sorore nepoti Antiochiam tuendam committit. Fulcherius, lib. ii, cap. 25; Tyrius, lib. ii, cap. 1. Tancredus sororis Boemundi filius dicitur Alberto Aq. lib. ii, cap. 19; Marchisi filius Tudephodo, lib. i et 2; Odonis Boni Marchisi filius Orderico lib. viii, pag. 717; et lib. ix, pag. 724, cui quidem Odo Bonus Marchisus, Sororius Willelmi de Grenemaisnil nuncupatur eidem Orderico, lib. vii, p. 645. Idemque ille est qui subscribit Diploma Rogerii Siciliæ comitis an. 1093, pro fundatione Ecclesiæ Seyllacensis, apud Ughellum, tom. IX *Ital. sacræ*, pag. 593. Duxerat autem Willelmus Wiscardi filiam, ut supra a nobis indicavimus. Falluntur igitur qui Tancredum ejusdem Willelmi filium faciunt, aut Wiscardi ipsius, ut Hovedenus, pag. 710. Vide infra,

C pag. 366, et *Familias nostras Normannicas* (89) ἄδραξ. De hoc Boemundi stratagemate, et ut de illo mortuo in vulgus fama sparsa sit, silent nostri, attigerunt vero Zonaras et Glycas ab Anna mutuati. Sed nec etiam videtur probabile Boemundum in sarcophago inclusum, ut mortuum, Antiochia excessisse, quæ nullis premebatur ingruentibus hostibus; nisi forte id tenuerit, ne, qua ille in Italiam vehendus erat, navis ab Alexiana classe impeteretur, a qua forte commeatus impetratus fuerat a suis, specie efferendi Boemundi cadaveris in Italiam, ibique avito tumulto recondendi. Arte simili expugnatum ab Alamannis Casinense castrum tradit Mathæus Paris, an. 1239: *Per excoitationem qua se mortuum simulavit, in seretro in illum delatus, castra monachorum subito occupavit*. Eodem stratagemate usum Tancredum Siciliæ regem videtur innuere Joannes monachus in *Chronico Ceccanensi*, an. 1192.

D *Rex Capuam venit, seretro se ponere fecit, Et dux multorum lecto defertur equorum*. Eodem denique dolo, Hastingus Normannus episcopus, a quo baptizatus fuerat, sefellit, apud Math. Westmonasterie sem an. 887. Vide Guillel. Apul. lib. ii, *De gest. Norman.* pag. 17, 18, et Othonem Frising lib. i *De gest. Frid.* cap. 33.

ipse artifex, si curiosius quis introspiceret, loculo deerat, extensus supine, nec nisi cæcis meatibus occultorum foraminum spiritum ducens. Hæc ita ostentata quandiu in portu, aut non longe ab ora littorali navis fuit; ubi altum tenuit, laxata simulationis coactio est in curam vivi sepulti. Tamen ubi cibis appositis se is quasi furtim refecerat, præstigiæ iterum, et jussæ lacrymæ, mendacesque nœniæ ludebantur. Quin etiam ne indicium fœtoris ad fidem elati deesset cadaveris, corpus extincti gallinæ capulo inditur: quo putorem inhalante, fœcus videlicet eo jam minus dubitabilis fiebat animis, ærumna miserarum ac damno narium: quas si quisque astantium ictus mephiti avertere obstruereque cogebatur, mirari licet improbam patientiam sentientis mortui, qui graviore in vicino afflatus aura putrescentis volucris, fructum quo dignus fuit, inventi sui præclari, tacite obdurans et intumote sustinens ferebat. Atque ego dum hæc reputo, facile arbitror haud alio ex documento cognosci posse certius, quam sint irrevocabiles impetus Barbarorum quamcumque semel in partem incubuerint. Ecce iste per quos et quot labores ultro susceptos vadit certus ad propositum, ut ne redigi quidem in sortem ac societatem mortuorum corporum recuset, dum quod destinavit queat exsequi. Hæc prima et summa fuit hujus Barbari in perniciem haud dubiam imperii hujusce designata compositaque machinatio: cui parem nemo Græcus aut Barbarus tot bellis olim gestis excogitavit unquam suscepitve; sed nec puto in consequentem ætatem ejus exemplum posterorum ullius imitatione propagandum. Cæterum simul isto cursu Coryphum tenuit, jam quasi subductus in arcem suam atque in tuto positus excussit libitinam; **342** et e ferilibus emicans latebris secure liber cælo luceque hauriendis affatim, interclusi modo spiritus inter angustias feretri, damna pensabat. Indigenæ concurrere ac mirari hospitem cultus insueti, specie vesteque peregrina; tum quæritare quod ei genius? quæ fortuna? quis, unde, quo iret? Ille pro familiari contumacia, neminem obviorem responso dignatus, ducem urbis dixit se alloqui cupere. Erat tum is Alexius quidam Armeniaci thematis, quem oblatum figens oculo superbo, nutuque ac supercilio plane in quam odiosissimum barbarici fastus specimen deformatis: *Fac, inquit, meis verbis imperatori Alexio nunties, adesse me illum, notum ipsi projecto, nisi dissimulet, et si satis meminerit cladium suarum, formidatum Baimundum Roberti filium. Qui quid manu, quid hasta, quid aggrediendi audacia, quid urgendi perseverantia valeat, satis experiri potuerit priori bello sibi suoque imperio luctuoso. Atque illum talem Dei singulari beneficio*

Α πελάγους τὸ σκάφος γένοιτο, τροφῆς τε αὐτῷ μετεδίδοσαν καὶ ἐπεμελούντο, καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν οἱ αὐτοὶ θρήνοι, καὶ τὰ αὐτὰ μαγγανεύματα. Ἰνα δὲ καὶ δοκοῖη ὁ νεκρὸς ἔωλος εἶναι καὶ ὀδυρῶς, ἀλεκτρούνα ἀποπνίξαντες ἢ ἀποσφάζαντες, ἐνέθηκον τῷ νεκρῷ· καὶ εὐθὺς ἐκεῖνος εἰς τετάρτην ἢ καὶ πέμπτην ἡμέραν βαρυδομότετος ἦν τοῖς ὑσφρησιν ἔχουσιν· καὶ ἐδόκει μὲν τοῦ χρωτὸς εἶναι τοῦ Βαϊμούντου τὸ βαρὺ τῆς ἀναπνοῆς τοῖς ἐξωθεν ἠπατημένοις· πλέον δ' ἐκεῖνος ὁ Βαϊμούντος τοῦ ἑπιπλάστου κακοῦ συναπέλευεν, ὥστε ἔγωγε θαυμάζω πῶς τσαούτην ὑπήνεγκε τῆς ρίνος πολιορκίαν ζῶν ἔτι μετὰ νεκροῦ συμπεφρόμενος σώματος. Ἄλλ' ἐντεῦθεν μεμάρηκα ὡς ἄρα πᾶν τὸ βάρβαρον γένος δυσανάκλητον ἐφ' ὅπερ ἂν ἐφορμήσειε, καὶ οὐδὲν αὐτῷ φορτικώτατον ἢ μὴ ἐνέγκοι, καθάπαξ ἐμβέλλον ἑαυτὸ πρὸς αὐθαιρέτους κακώσεις· καὶ γὰρ οὗτος μηδέπω ἀποθανὼν οὐκ ἂν ἀπώκησε ζῆν μετὰ ἀποθανόντων σώματων. Τέχνη μὲν οὖν τοῦ βαρβάρου αὐτῆ πρώτῃ καὶ μόνῃ κατὰ τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην πέφηνεν εἰς καταστροφὴν ἀποβλέπουσα τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας. Οὐδὲ πρὸ ταύτης βάρβατος ἢ Ἑλλήν τοιαῦτα κατὰ πολεμίων ἐμηχανήσατο οὐδ' ἂν, οἶμαι, μετὰ ταῦτα ὁ καθ' ἡμᾶς θεόσιτος βίος. Ἐπεὶ δὲ τὴν Κορυφῶ καταλάβοι, ὥσπερ εἰς ἀκρωρειάν τινα γενόμενος καὶ κορυφὴν καὶ κρητρυγέτον τὴν Κορυφῶ ταυτησί, καὶ ἐν τῷ ἀκινδύνῳ τυγχάνων ἀνήγερετὸ τε ἀπὸ τῶν ἐν δόξῃ νεκρῶν καὶ τὴν νεκροφόρον ἐκείσε λάβρακα καταλείψας, ἥλωσ τε ἐνεφορεῖτο πλείονος καὶ τοῦ ἀέρος ἀνέπνευε καταρρωτέρου καὶ περιενόστει τὴν πόλιν τὴν Κορυφῶ. Ὅν ἑωρακότες ἐν ξένη καὶ βαρβαρικῇ στολῇ ἀνεπυθάνοντο τότε ἡ γένος καὶ τὴν τύχην, καὶ τίς τε εἴη, καὶ πόθεν ἦκει καὶ εἰς οὗς παραγίνεται. Ὁ δὲ τῶν μὲν ἄλλων ὑπερῶρα πάντων, ἀνεζήτησε δὲ τὸν δούκα τῆς πόλεως. Ἦν δὲ ἄρα οὗτος Ἀλέξιος τις θέματος Ἀρμενικοῦ ἡ γενόμενος. Ὅν θεασάμενος μετὰ σοδαροῦ τοῦ βλέμματός τε καὶ σχήματος, καὶ σοδαρῶ τῆ φωνῇ χρωόμενος καὶ ὄλωσ βαρβαρικῆ, Ἀπαργεῖλαι προσέταττεν Ἀλεξίῳ τῷ αὐτοκράτορι, ὅτι Σοὶ ἐγὼ Βαϊμούντος ἐκεῖνος ὁ τοῦ Ῥομπέρτου, ὃν ἀνέκαθεν χρόνος καὶ σὲ καὶ τὴν ὅπερ σὲ βασιλεῖαν ἐδίδαξεν ὀπίστος τίς εἰμι τὴν ἀνδρείααν καὶ τὴν ἐσοτασίαν, ἐφ' ὅπερ ἂν καὶ τὴν Ῥοπήν λάβοιμι, ὡς οὐκ ἂν ἀνασχολίμην Ἰστω θεός τῶν πρὸς ἐμὲ γεγενημένων κακῶν· ἐξότου γὰρ διὰ τῆς Ῥωμαίων τὴν Ἀντιόχου κατέλαβον, καὶ Συρίαν ὀλην ἠνδραποδισάμην τῷ ἐμῷ δόρατι, καλλῆς παρὰ σοῦ καὶ τῆς σῆς στρατιᾶς πικρίας ἀνεφορήθη, ἐλπίσιν ἐξ ἐλλίδων παραπεμπόμενος, καὶ εἰς μυρίας συμφορὰς καὶ πολέμους βαρβαρικοὺς ἐμβαλλόμενος. Ἀλλὰ νῦν γε Ἰσθί με κᾶν ἀπέθανον, πάλιν ἐξ ὑπαρχῆς ἀναθεσθίωκῶτα καὶ τὰς σὰς διαδεδρακῶτα χεῖρας· πάντα

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>21</sup> ἀποθανών, ἀλλὰ σχήματι μόνῳ ἀποθανών, οὐκ. <sup>22</sup> τό τε. <sup>23</sup> Ἀρμενιανοῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

\* Hic deficit cod. Flor.

γάρ ὀφθαλμὸν καὶ πῦσαν χεῖρα καὶ γρόμην δια- A ex innumeris ejus injuriis et insidiis elapsum, le-  
λαθῶν ἐν σχήματι ἀποτεθνηκότος, νῦν καὶ ζῶν stari eundem ipsum Deum, sese neutiquam inulla  
κινούμενος καὶ τὸν ἄερα πνέων, ἐκ τῆσδε τῆς relicturum tot vastrarum ludificationum, fallacium  
Κορυφοῦς διαπέμπω πάντῃ μισμημένης ἀγγελίας lactationum, arcanarum cum Barbaris conspirati-  
τῆ σῆ βασιλείᾳ· ὅς καὶ ἀναμαθῶν οὐκ ἂν πε- num fugitia, quibus se toto tempore quo versatus  
ριχαρῶς ἀποδέξαιτο· ὡς μὲν τῷ Ταγρῆ καὶ ἐμῷ sit in Asia suis armis devicta, delusum, inductus,  
ἀνεψιῷ τὴν Ἀντιόχου πόλιν παρακατεθέμενη in caeca bellorum ac periculorum projectum ad cer-  
πρὸς τοὺς σοὺς στρατηγούς ἀντίμαχον ἀξιόμα- tam perniciem, recordatur. Quare adesum, Alexi  
χον καταλείψας αὐτόν. Αὐτὸς δὲ πρὸς τὴν ἰδίαν Auguste, atque ad hunc durum et illatibilem tibi  
ἄπειμι χώραν, σοὶ μὲν νεκρὸς <sup>24</sup> φημιζόμενος nuntium firma, si potes, mentem, haud dubie, au-  
καὶ τοῖς σοῖς, ἐμοὶ δὲ καὶ τοῖς ἐμαυτοῦ καὶ ζῶν ditu primo consternandam. Ego, inquam, ille, ut  
καὶ κατὰ δευῖά σου <sup>25</sup> βουλευόμενος. Ἐφ' ᾧ γάρ putabas et gratulabaris, tuo tuorumque bono mor-  
τὴν ὑπὸ σέ Ῥωμαίων κλορήσειν καὶ ζῶν ἀπο- tuus, en vivo valeoque inter satellitum tuorum ma-  
τέθνηκα, καὶ ἀποθανῶν ἐζησα. El γάρ τὴν ἀντί- lignos oculos et maleficas innoxius elapsus manus,  
πεῖαν ἤπειρον καταλάβοιμι καὶ Λογγιβάρδους B suspicacissimis explorantium vigiliis, et sanguinariis  
καὶ πάντας Λατίνους καὶ Γερμανοὺς καὶ τοὺς insidiantium expectationibus elusis. Porro ne quid  
καθ' ἡμῶς Φράγγους ὀψαίμην ἀνδρας ἄρσος interim de Antiochia speres provisum a me satis in  
μνήμονας, πολλῶν φόρων καὶ πολλῶν αἱμάτων discessu est, relicto ad urbis custodiam nepote meo  
τὰς σὰς ἐμπλήσω καὶ πόλεις <sup>26</sup> καὶ χώρας, ἕως Tancredo : a quo quantum est ducum vestrorum ni-  
ἂν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Βυζαντινοῦ τὸ δόρυ πηξάιμην. hil posse referre nisi cludes et vulnera, priusquam  
Εἰς τοσοῦτον ἔρα ὁ Βάρβαρος ἀλαζονίας <sup>27</sup> ἐπήρτο. tristi experientia discatis, mea jam nunc veraci et  
essentis sancienda denuntiatione cognoscite. Faxo autem ut cogitandum magis tibi sit de tuis defensandis  
quam de alienis oppugnandis urbibus. Nimirum non alio consilio, vel paulo ante rivens inter mortuos me  
abdidit; vel nunc a mortuis rursus ad vivos redeo, quam ut tumultu, clade, rapina, ferro, flammaque  
Romaniam quae tibi paret universam agerem ferremque. Nec moram tibi longam indulgeo malorum.  
Simul oppositam e regione continentem, versus quam modo solvo, attigero Longobardos, et omne Latinum  
nomen, tum praeterea Germanos et nostrates Francos, quales quamque bellicosos viros in te conjura-  
tos atque armatos ducum : neque quiescemus a miscendis replendisque caede ac sanguine terris atque  
urbibus ditionis tuae, quoad victricem hastam in ipsius regiae Byzantinae civitatis foro figamus. Eo  
usque insolentium minarum ventosissimi Barbari amentia processit.

Variae lectiones ex cod. Coislin.

<sup>24</sup> Desunt voces σοὶ μὲν νεκρὸς, etc., ἐμαυτοῦ καὶ ζῶν καὶ. <sup>25</sup> δευῖά κατὰ σου. <sup>26</sup> Deest vocula καὶ.  
<sup>27</sup> ἀλαζονείας.

## ANNHΣ. ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

### ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΛΟΓΟΣ ΙΒ'.

## ANNÆ COMNENÆ

### ALEXIADIS LIBER XII.

#### 343 ARGUMENTUM.

Baimundi et Alexii contrarii utrimque apparatus ad bellum imminens. Tancredi res in Asia prospere gestæ. Conjuraciones variæ. Cometes Gallorum adventum portendit. Imperatoris et Irenes ejus conjugis laudes variæ. Baimundi ex Italia in Illyricum trajectio.

#### PERIOCHE.

Baimundus expeditionem in Illyricum parat. Cum rege Francorum duplicem affinitatem contrahit. Imperator ad Occidentis principes contra Baimundum scribit. Baimundus Alexium Augustum paganism vocat. Galli comites trecenti a Babylonio tyranno capti. Augustus

ad eos liberandos mittit. *Babylonius* eos Augusto donat qui eos humanissime tractat et apud se habet. *Iis* testibus contra *Baimundum* utitur, eos dimittens ut in patria ipsorum imperatoris famæ succurrant. *Is* *Thessalonicam* 344 se confert duplici de causa. *Copias* eo evocat ex Asia. *Aspietes* *Monastræ* subrogatus, parum prudenter se gerit. *Tancredus* parat irruptionem in *Ciliciam*. *Aspietes* genio indulget. *Luxuriæ* illius quæ causa quive effectus. *Tancredus* *Mopsuestiam* capit; mox *Ciliciam* quoque cæteram. *Tancredus* animo et arte militari præstans. *Excusatur* imperatoris error in *Aspiete*. *Nobilitas* blanda conciliatrix favoris et honorum. *Aspietis* heroicum facinus; ejusque merces ab *Augusto*. *Copiæ* ad *Sthlanitzam* coactæ. *Alexius* vitæ mollis impatiens, *Thessalonicam* se transfert, ducta secum *Augusta*. *Ea* non libenter peregre agit. *Religiøsæ* virtutes, ejus insignis pudor et modestia. *Necessitate* magna comes haret *Augusto* peregrinanti cui podagræ dolores delinit et minuit. *Excusatio* *Annæ* quod domestica etiam minuta scribat. *Alexius* imp. sibi non parcat ut reip. consulat. *Conjuratiorum* periculis exercetur. *Adversus* eas magnum habet præsidium in *vigilantia* præsentis *Augustæ*. *Hæc* ideo illum sequitur peregrinantem. *Modestia* ejus insignis et efficacia sese exerens, licet lateret auctor. *Maledicorum* intemperiam. *Irenes* *Augustæ* laudes. *Expeditionibus* interest, prælia vitat. *Misericordia* ejus et affabilitas erga pauperes: quibus consilio, non solum pecunia prodest. *Etiã* mensæ tempore *misericordiam* exercet. *Fides* *Annæ* in iis quæ de matre narrat. *Cometa* ingens. *Gallorum* adventum prænuntiat. *Quandiu* apparuerit. *Oritur* in occidente, in ortu occidit. *Imperator* in ejus significatione indaganda curiosus. *Basilium* consulit. *S. Joannes* apparet *Basilio* et quid cometa designet exponit. *Imperator* *tirones* erudit. *Dyrrhachium* de novo munit, eique *Alexium* fratris filium præficit. *Classem* armat. *Clades* *Joanni* a *Dalmatis* illata. *Bolcanus* pacem petit. *Joannes* filius *Alexio* imperatori nascitur cum sorore gemella. *Anthelii* signi ænei descriptio; unde sic dictum; vento dejicitur; hinc augurium trahitur mortis *Augusti*, ipso pie ac sapienter refellente. *Conjuratio* in *Augusti* vitam. *Lamentatio* *Annæ* ob infelicem patris sortem, apertis hostibus et occultis inimicis nunquam non objecti, cum esset tamen moderatissimus et cupidissimus atque amantissimus pacis. *Imperatoris* præstantis idea in *Alexio* primum ostensa. *Ejus* solertia et mentis præstantia. *Conjuratiorum* novæ in *Alexium* auctores. *Salomon* senator a *Michaele* *Anema* seductus. *Salomonis* *Joannis* descriptio. *Anemarum* sive *Anemadum* fratrum astutia. *Salomonis* simplicitas. *Michael* palatii fores obsidet. *Conjuratiorum* executio decernitur. *Imperator* *zatricium* de nocte ludens de periculo admonetur. *Cubiculi* imperatorii situs. *Salomon* et *Basilacius* comprehensi, fateri scelus nolunt. *Salomon* tamen mox territus aperit omnia. *Necis* consilium ex aliis cognoscitur. *Salomonis* exsilium. *Augustæ* humanitas et misericordia in *Salomonis* conjugem. *Excæcatio* in *Michaelem* decreta. *Idem* sæde traducitur per urbem. *Commiseratio* *intuentium*. *Annæ* quoque ipsius. *Conatus* hujus ad liberationem *Anemæ*. *Interventu* matris utitur. *Pro* *Michael* *Augustum* orat et exorat. *Manus* *æneæ* *Constantinopoli* fixæ. *Quid* significant quemve usum habeant. *Nuntius* gratiæ reo addicto factæ ut sit efficax citra manus *æneas* offerri damnato debet. *Michael* in carcerem conjectus. *Turris* *Anemæ* ubi sita et unde sic dicta. *Gregorius* *Trapezuntius* dux, *Dabatenum* et nobiles *Trapezuntios* captivos detinet. 345 *Hi* seipso manu et vi liberant. *Imperator* *Gregorium* frustra monet. *Joannes* contra *Gregorium* missus, eum vincit et capit. *Imperator* excæcare velle *Gregorium* præ se fert. *Sed* *Joannis* precibus eam pœnam condonat, *Gregorius* in carcere contumax. *Imperatoris* in eum benignitas. *Cæsar* *Bryenius* in *Gregorio* ad mentem reducendo frustra laborat. *Gregorius* liberatur et restituitur. *Contostephanus* contra *Baimundum* classi præfectus *Imprudencia* *Contostephani*. *Tancredi* mater *Hydruntem* obtinet. *Contostephanus* *Brundusium* oppugnat. *Ars* mulieris expugnationem impedit. *Contostephanus* a *Gallis* victus. *Scythæ* sex capti *Baimundo* magno usui sunt ad inflammandam *Romani* pontificis et *Italorum* invidiam in *Alexium*. *Expeditio* in *Illyricum* consensu concursuque omnium suscepta. *Romani* *clasiarii* fugantur. *Gallis* victoria e manibus eripitur. *Contostephanus* *Aulonem* recedit. *Fretum* e regione *Aulonis* servat. *Contostephanorum* metus. *Lantulphi* virtus et auctoritas. *Contostephani* *Chimaram* se recipiunt. *Lantulphus* *Aulone* relictus. *Ordo* et instructus *clasis* *Baimundi*. *Species* ejus terribilis procul. *Felicitas* ejus transitus. *Lantulphus* fugit. *Quæ* gentes *Baimundi* exercitum conflarent. *Oru* *Illyrici* vastatur a *Gallis*. *Oppugnatio* *Dyrrhachii* decreta, quas ob causas? *Ad* eam apparatus. *Regio* circumvicina subjugatur a *Gallis*. *Descriptio* *Dyrrhachii*. *Fines* et forma sinus *Adriatici*. *Elissus* arx *Dyrrhachio* propior fortuna; ea utitur imperator. *De* *anne* *Drymone*. *Achris* palus a *Mochro* rege *Bulgaro* exhausta et denominata. *Centum* alvei in unum ad *Deuren* juncti *Drymoni* fluvio magnitudinem et nomen dant. *Cursor* *Scythæ* ad *Augustum* missus trajecisse *Baimundum* nuntiat. *Consternantur* ejus comites, ipse securus et constans manet.

## ΑΛΕΞΙΑΣ ΙΒ΄.

Primæ *Baimundi* trajectionis in *Asiam* opera et consilia, machinationesque ambitiosæ simul ac peritidæ, quibus imperium *Romanum* creptum legitimo

Τὰ μὲν οὖν τῆς πρώτης τοῦ Βαϊμούντου διαπαρώσεως ἔργα καὶ ὅποσα πραγματεύσαμενος κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος φαίνεται, τὰ σχήπτρα τῶν Ῥω-

μαίων εαυτῷ μνηστεύμενος, καὶ ὅπως τὴν ἐκεῖθεν Ἀποχώρησιν, μετὰ βίβλουργίας προμηθευόμενος, καὶ δὴ καὶ τυχῶν τοῦ σκοποῦ καὶ τοιαύτην τὴν ναυλοχίαν καταπερεῖ νεκρῶ φερόμενος ποιησάμενος τὴν Κορυφῶν κατάλαβεν, ὧδὲ πη περιγεγράφθω. Ἐχέσθω δ' αὖθις ὁ λόγος τῶν μετ' ἐκεῖνα τοῦτου πράξεων. Καταλαβὼν δὲ ὁ νεκρῶ ὁδῶδὴ τὴν Κορυφῶν, καθὰ γε καὶ εἴρηται, καὶ ἀπειλησάμενος διὰ τοῦ ἐκεῖσε δουκὸς τῷ αὐτοκράτορι, ὅπως ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε, πρὸς τὴν Λογγιβαρδίαν τὴν ἀπόπλουον ποιησάμενος, ἔργου ἤπειτο. Σχεπτόμενος αὖθις τὸ Ἰλλυρικὸν καταλαθεῖν, καὶ συμμάχους δὲ τοῦτο σπεύδων συναγορῆναι πλείους τῶν πρὸ τοῦ, καὶ περὶ κήδους τῷ βῆγῃ Φραγγίας ὀμιλήσας, τὴν μὲν τῶν θυγατέρων αὐτοῦ εἰς ἰδίαν αὐτοῦ γυναῖκα <sup>88</sup> (90) ἐξέδοτο, τὴν δὲ γε ἑτέραν (91) διαπόντιον πρὸς τὴν Ἀντιόχου πόλιν ἐξέπεμψεν ἐφ' ᾧ συναφθῆναι τῷ ἀνεψιῷ αὐτοῦ Ταγγρέ. Εἶτα, δυνάμεις ἀπανταχόθεν μυριοπληθεῖς συλλεξάμενος ἐκ πάσης τε χώρας καὶ πόλεως, τοὺς κόμητας μεταπεμφάμενος μετὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ στρατευμάτων τὴν πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν διαπεραιώσων ἐπετάχυνεν. Ὁ γοῦν βασιλεὺς, τὰ διὰ τοῦ Ἀλεξίου πρὸς αὐτὸν μνησθέντα ἀκηκῶς, εὐθὺς κατὰ πάσας τὰς χώρας Πίσσαν τε καὶ Γένουαν <sup>89</sup> καὶ Βενετίαν γράμματα ἐπέστειλε, προπαρασκευάζων αὐτοῦς μὴ συναπαχθέντας τοῖς ἀπατηλοῖς τοῦ Βαϊμόντου λόγοις, ἐκεῖνῳ συναφέψεσθαι. Καὶ γὰρ περιῶν ἀπάσας τὰς πόλεις καὶ χώρας, πολλὴν τὴν κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος καταδρομὴν ἐπεποίητο, παγάνον ὀνομάζων καὶ τῶν Χριστιανῶν πολέμιον.

C

Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ Βαβυλώνιος τριακοσίους φθάσας κατέσχε τότε κόμητας, (92) ὅποτε τὰ ἄπειρα πλῆθη τῶν Κελτῶν διὰ τῆς ἑσπέρας διαπαρρωσάμενα

A domino, invadere sibi que asserere moliebatur; tum vero etiam recessus ejusdem ex Asia, mira, sed felici fraude confectus; illæ, inquam, mendaces exsequiæ et deportatio navalis spirantis mortui, qua homo in arcto deprehensus explicavit se ex angustiis, et Coryphum insulam salvus tenuit, hactenus narrata sunt. Quæ consecuta deinceps sunt, Historiæ decurrentis exponet tenor. Pervecto in urbem Coryphum cadavere fontenti, prout dictum est, idem statim ex simulato mortuo furens hostis ingens, spirantes et supra modum audaces illas minas relatas a nobis, quas per illius urbis ducem intentandas Augusto curaverat, simul in Longobardiam nave pervenit, conferre in rem est aggressus. Cum ergo expeditionem alteram per Illyricum

B ducere cogitaret, ad eamque rem opus sibi esse videret pluribus sociis quam quot prima traiectione habnerat, regem **346** sibi Francorum devinxit affinitate duplici. Nam et ejus filiarum unam sibi uxorem junxit, et alteram impositam classi defendendam curavit Antiochiam, tibi Tancredo nepoti suo nuberet. Inde cura ad comparandum exercitum versa, innumerabiles undecunque collegit copias; ex quavis regione ac civitate comitibus convocandis, cum quanto maximo armatorum numero quem ex ditionibus quique suis possent cogere. Quorum omnium trajectio in Illyricum summa ope urgebatur. At imperator accepto indicio per Alexium ducem urbis Coryphus, minarum et molitionum Baimundi, misit extemplo litteras ad omnes ferme principes ac republicas, Pisas præsertim, Genuam et Venetias, quibus præmunire satagebat omnes ac singulos, ne forte fallacibus et insidiosis Baimundi circumventi sermonibus, in partes ejus se abstrahi sinerent. Etenim ille urbes passim provinciasque circumiens in imperatorem declamabat impune ac plausibiliter quidquid de alieno, eoque ignoto principe apud longe positos et parum æquos persuasurum se facile sperabat et pro sua malitia optabat: nempe illum Christianorum esse hostem infensissimum, quem ideo pagannum nominabat.

Bene autem et commode contigit ad eam calamitiam coarguendam redemptio captivorum Francorum præcipua imperatoris opera ac studio tentata

#### Varie lectiones ex cod. Coislin

<sup>88</sup> αὐτῷ γυναῖκα. <sup>89</sup> Ἰνυάν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(90) *Γυναῖκα*. Boemundus multo æris alieni pondere fatigatus, ut ad debiti solutionem se pararet, et ut de partibus ultramarinis majores militum secum traheret copias, principatus sui cura Tancredo commissa, in Apuliam transiit an. Chr. 1104, ut pluribus narrat Tyrius, lib. II, cap. 4; Fulcherius, lib. II, cap. 25; Albertus Aq. lib. IX, cap. 47 *Hist. Hieros.* hoc an. *Gesta Franc.* cap. 52. Ex Apulia deinde in Galliam transiit, et Constantiam Philippi I Francorum regis filiam obtinuit in uxorem. Nuptias post Pascha Carnuti magno apparatu celebratas an. 1106, tradunt passim nostri, Sugerius, in *Lut.* VI, cap. 9; Ordericus, lib. V et XI; Guibertus, lib. III, cap. 2; lib. VII, cap. 54; Fulcher. lib. II, cap. 28; Tyrius, lib. II, cap. 4; Petrus Diaconus, lib. IV; *Chron. Cas.* cap. 50; *Chron. Andeg.* apud Labbeum, tom. I *Biblioth.* pag. 289; et vetus scriptor tom. IV *Hist. Franc.* pag. 94 et 98. Perperam igitur Albericus nuptias Boemundi in an. 1103, conjicit. Vide Eadmerum, lib. IV *Hist.*

D *Novor.* pag. 88.

(91) *τὴν ἑτέραν*. **381** Tyrius loco laudato, de Boemundo: *Qui postquam in Apuliam pervenit, modico tempore in sua regione morans, assumpto de suis fidelibus honesto comitatu, Alpes transiens ad Dominum Philippum illustrem Francorum regem pervenit, a quo inter cætera, duas ejus obtinuit filias, unam de legitimo natam matrimonio, Constantiam nomine, quam sibi fœdere conjugali sociavit in uxorem; alteram, nomine Cæciliam (quam ei Andegavensium comitissa, quæ spreto marito ad eundem dominum regem se contulerat, uxore adhuc vivente pepererat) quam Domino Tancredo nepoti suo ex Apulia missam destinavit uxorem.* Nupsit illa post Tancredi mortem Pontio Tripolitano comiti. Albertus Aq. lib. XII, cap. 19. Vide Sammarth. in *Hist. geneal. Fr. reg.* et Notas Acherj ad Guibert. pag. 590.

(92) *Κόμητας*. Conferendus Albertus Aq. lib. X, cap. 38 et 39.

perfectaque. Siquidem prima illa effusione in Asiam A innumerabilium Gallicorum exercituum, quando et Antiochia et Tyrus et adjacentes universæ civitates illa flagrante vi primi tumultus laborabant, quodam successu Gallis infausto, ut sunt varix bellorum vices, Babylonius tyrannus Francos comites fere ad trecentos ceperat et dura in primis custodia tenebat; in teterrimo, atque ad inusitatum antiquæ crudelitatis morem et usum, olim designato quodam carcere. Eos illic tot ac tales longe acerbissimam tolerare captivitate[m] audire imperator sine tenerrimo misericordiæ sensu non potuit: nec sine proposito ac decreto animi non magis benefico quam effraci liberationis ac libertatis illorum quovis pretio ac studio representandæ. Ad hanc rem Nicetæ Panucomitæ litteris et pecuniis instructo imperat ut Babylonis adeat principem, redditisque ab Augusto Epistolis legationem in captivorum auxilium verbo quoque ipse peroret quam accuratissime; contendens a Babylonio multa interposita promissione gratiæ ab imperatore ineundæ ut miseros comites solutos vinculis abire liberos sineret. Viso Babylonius Panucomita, auditoque, lectis etiam litteris quas ab Augusto attulerat, solutos statim vinculis comites custodia educit, nequaquam tamen libertate illos plena donans: sed e sua potestate in jus imperatoris transferens, deducendos ad ipsum Panucomitæ tradit, pecuniis quæ offerebantur plane recusatis: sive quod minores eas duceret quam ut in pretium tot taliumque capitum possent sufficere; sive quod avaritiæ suspicionem fugeret; sive denique quod totam rem imputari ab imperatore solidæ gratiæ, et reddendo ipsi aliquando cum usura 347 beneficio, studeret: quarum cogitationum quæ potissimum apud Barbari animum prævaluerit, Deus scilicet novit. Ut sit deductos ad se captivos prius cœcites imperator cernens, facilitatem infidelis principis et valde admiratus est, et in lucri ac beneficii maximi parte numeravit. Porro ipsos miseros omni complexus claritate, nullum finem percontandi faciebat audiendique de nupera infelicitate ipsorum: atque illi cum narrarent sese tanto tempore, totque evolutis periodis solarium orbium ex quo in carcerem detrusi fuerant, solem vidisse ne semel quidem, ac neque ad momentum relaxatos esse a vinculis, sed nec alium omnino quemquam gustasse cibum aut potum quam panem et aquam meram, colliquescebat calentibus lacrymis pius et humanus princeps; et non utique otiosa significatione misericordiæ se defunctum ratus, insuper omni oggerenda copia opportunarum rerum, pecuniarum, ciborum, vestium, balnearum quin etiam et remissionis cæteræ, abstergere illis memoriam tristitiæ prioris, et fortunam meliorem plenam totius benignitatis officiis propinare satagebat, mirantibus sine fine ipsis, ac nunquam satis suspicere prædica-

την Ἀσίαν τὴν τε Ἀντιόχου πόλιν, καὶ τὴν Τύρον καὶ τὰς παρακειμένας ἀπάσας πόλεις καὶ χώρας ἐμάστιζε καὶ δεσμώτας ἐμφρουρούς εἶχεν· ἡ δὲ φρουρὰ δεινὴ τῶν πάλαι γεγενημένων. Καὶ περὶ τῆς τούτων ἀλώσεως καὶ τῶν ἐντεῦθεν συμπεσόντων τούτοις δεινῶν μεμαθηκώς ὁ αὐτοκράτωρ, ἐδάκνυτο τε τὴν ψυχὴν καὶ ὄλος τῆς ἐκείνων ἀναρβύσεως ἐγεγόνει· καὶ μεταπεμφόμενος Νικήταν τὸν Πανουκωμίτην \* μετὰ χρημάτων πρὸς τὸν Βαβυλωνίον ἐξαπέστειλε γραφὰς πρὸς αὐτὸν ἐγγειρίας δι' ὧν τοὺς δορυαλώτους ἐκείνους ἤτειτο κόμητας, πολλὰς ὑποσχόμενος αὐτῷ τὰς χάριτας εἰ τούτους λύσει τῶν δεσμῶν ἀπολύσει. Ὁ δὲ Βαβυλωνίος τὸν Πανουκωμίτην θεασάμενος, καὶ ἀκούσας ἅτα δὴ παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος πρὸς αὐτὸν διεμηνύθη, ἀνελξί: B δὲ καὶ τὰς γραφὰς λύσει μὲν παραχρῆμα τοῖς κόμητας τῶν δεσμῶν, ἐξάγει δὲ τῆς φρουρᾶς. Οὐ μέντοι γε παν ἐλῶς ἐλευθερίας αὐτοῦς ἀξιοί, ἀλλὰ τῷ Πανουκωμίτῃ παραδίδοσι, πρὸς τὴν αὐτοκράτορα τούτους ἐξαποστειλάς, μηδοτιοῦν τῶν ἀποσταλέντων χρημάτων ἀναλκόμενος, εἶτε δὲ ὡς μὴ ἀπὸ χρώτων πρὸς τοσοῦτων λύτερον, εἶτε καὶ δωροληψίας ἐκφεύγων ὑπόνοιαν, καὶ ὡς μὴ φαίνοιτο τιμὴς τούτους ἀποδιδόμενος, ἀλλὰ καθαρὰν τὴν χάριν ἀπονέμων τῷ βασιλεῖ καὶ ἀκίβδηλον, εἶτε καὶ πεισόνων ἐφιέμενος, θεὸς ἂν εἰδείη. Τούτους ὁ βασιλεὺς καταλαβόντας θεασάμενος ὑπερηγάσθη μὲν τὴν τοῦ βαρβάρου γνῶμην καὶ τεθαύμακεν. Ἐπιπόνως δὲ τούτους περὶ τῶν συμβεβηκότων αὐτοῖς ἐπερωτήσας καὶ μεμαθηκώς ὅπως ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον καὶ τοσοῦτων κύκλων περιόδους ἐμφρουροὶ ὄντες οὐδὲ ἅπαξ ἥλιον θεάσαντο, οὐδὲ τῶν δεσμῶν ἐλύθησαν, ἀλλὰ καὶ τροφῶν παντοίων ἕνευστο: τὸ παράπαν ἐπὶ τοσοῦτον διαμεμενῆκεσαν, μόνου ἄρτου καὶ ὕδατος μεταλαμβάνοντες, οἰκτεῖρας τοῦ πάθους καὶ θερμὸν καταστάξας δάκρυον πολλῆς παραχρῆμα ἡξίου φιλοφροσύνης, χρήματά τε ἐπίδοις καὶ ἄμφια παντοία παρασχῶν· εἰς βαλανεῖα τε προτρεπόμενος καὶ παντοίως τῆς τοσαύτης κακότητος ἀνακτῆσασθαι τούτους μηχανώμενος. Οἱ δὲ ἔχαιρον ἐφ' οἷς παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος εἶ πεπόνθησαν οἱ πρὶν ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι, οἱ παραβάται τῶν πρὸς αὐτὸν ὀρκίων καὶ ὑποσχέσεων τὴν τοσαύτην ἐς αὐτοῦς κατανοοῦντες ἀνεξικακίαν. Ὁ δὲ μεθ' ἡμέρας μεταπεμφόμενος τούτους ἔφη· Ἄδειαρ ὑμῖν τοῦ λοιποῦ δίδωμι ἵνα ὀπόσοι βούλεσθε κατὰ ταύτην τὴν πόλιν ἐγκατερέθησθε μετ' ἡμῶν. Ὁπνίκα δὲ τις τῶν οἰκείων ἐπιμησθεὶς ἐβελήσοι ἀνυχωρεῖν, ἀκωλύτως καὶ τῆς πρὸς τὰ οἴκοι φερούσης ὄψαιτο συνταξάμενος ἡμῖν, καὶ οὕτω διὰ χρημάτων καὶ παντοίας ἄλλης οἰκονομίας ἐφοδισθεὶς καλῶς διευθετηθεῖ. Καὶ ἀπλῶς καὶ καρεῖται καὶ ἀπεινὰ ἄδειαν ἔχειν ὑμᾶς βούλομαι, καὶ τὸ βουλευτὴν ὡς ἐλευθέρους κατὰ τὴν οἰκείαν γνῶμην πράττειν. Ἦσαν μὲν οὖν τῶς οἱ κόμητες μετὰ τοῦ αὐτοκρά-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

\* Πανουκωμίτην. Sic semper.

τορος παντοίας, ὡς εἰρηται, θεραπείας ἀξιοῦμενοι **A** καὶ δισταποσπᾶστος αὐτοῦ ἔχοντες. Ἐπεὶ δὲ Λογγιβαροῖν ἐ Βαϊμούντου καταλαβὼν, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε πλείων τῶν προτέρων στρατευμάτων σπεύδων συναγαγεῖν, πολλὰ τοῦ αὐτοκράτορος κατέτρεχε, κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν περιῶν καὶ παγάνον αὐτὸν λαμπρῶν τῆ φωνῆ ἀνακηρύττων καὶ τοῖς παγάνοις (93) ὄλη γνώμη ἐπαρήγοντα. Τοῦτο ὁ αὐτοκράτωρ μεμαθηκῶς τοῦς βηθέντας κόμητας, τὸ μὲν τοῖς <sup>31</sup> καὶ αὐτῶν προθυμοῦμένων ἦδη πρὸς τὰς σφῶν ἀπέναι χώρας, τὸ δὲ τι καὶ πρὸς ἔλεγχον τῶν κατ' αὐτοῦ παρὰ τοῦ Βαϊμούντου διακηρυκισομένων, θαψιλῆς τὰς δωρεὰς ἐπιχορηγήσας αὐτοῖς, οἰκαθε ἐξάπεστελεν· αὐτοῖς δὲ πρὸς τὴν Θεσσαλοῦ πόλιν σπουδαίως ἐξῆει, ἅμα μὲν **B** τοῦς νεήλυδας τὰ σερατιωτικὰ παιδεύειν, ἅμα δὲ καὶ τὸν Βαϊμούντον ἐκ τῆς περὶ αὐτοῦ φήμης ἀπείργεσθαι τῆς ἀπὸ Λογγιβαροῦ πρὸς τὴν ἡμεδαπὴν διαπεραιώσεως. Ἀπελθόντες τοίνυν οἱ κόμητες ἐκείνοι· ἔλεγχου τοῦ Βαϊμούντου γεγονόσι ἀψευδέστατοι ἀπατεῶνα καλοῦντες αὐτὸν, καὶ μηδ' ἐπὶ τῷ τυχόντι ἐπαληθεύοντα, κατὰ πρόσωπον αὐτὸν πολλαῖς ἐλέγχοντας μάρτυρας αὐτοπίστους ἑαυτοῦς καθιστῶντες.

sim civitates principumque aulæ; ibique tum alia in se multa maledicentissime mentiri, tum clara voce proclamare imperatorem Alexium paganum esse paganorumque auxiliatorem ac factorem, matrem suam putavit suæ famæ succurrere, eo quod in manibus habebat, opportuno subsidio: comitibus nempe illis Latinis ac Francis (qui et ipsi jam commodum aliquo desiderio revisendæ patriæ tentari ceperant) ea in loca remittendis ubi testari de se præsentem, et nancisci fidem auctores idonei possent cum dicent et sibi compertis documentis approbarent: Christianum in primis et Christianorum studiosum esse Alexium Augustum. Eos igitur bene volentes amplo **348** viatico instructos et donis oneratos officiisque devinctos versus Italiam dimittit. Qui sane non defuerunt ipsius spei, sed grandi ubique convicio Baimundi calumnias refutarunt; mendacem illum et impostorem, etiam in minimis quibusque quæ adversus Alexium loqueretur: non voce tantum profitentes libera, verum gravitate quoque testimonii oculati et experientia subnixi, dictorum fidem cuius facientes. At Augustus ipse sub discessum comitum se Thessalonicam transtulit, urgente in id consilium cura et spe duplici. Nam et nuper conscriptos tyrones exercere in rudimentis militaris artis necessarium putabat tanto imminente bello, cui rei locum illum videbat aptum; et eandem urbem non minus opportunam arbitrabatur ad vias ex propinquo commodas rationesque ineundas impediendi ne Baimundus in ditionem imperii ex Italia cum exercitu trajiceret

Ἐπεὶ δ' ἡ τοῦ Βαϊμούντου διαπεραιώσις ἀπανταχῶ **C** <sup>32</sup> διεδίδετο καὶ πολλῶν ἰδαίτο ὁ αὐτοκράτωρ δυνάμειν καὶ ἀναλόγου στρατεύματος ἀντικαθιστάμενον πρὸς τὰ Κελτικὰ κλήθη οὐκ ἔμελλεν οὐδ' ἀνεδύετο, ἀλλὰ τοῦς περὶ τὴν Κοίλην Συρίαν μεταπέμπτο τὸν Καντακουζηνὸν φημι καὶ τὸν Μοναστρεῶν.

Ὁ μὲν γὰρ τὴν Λαοδικεῖαν (94) ἐφρούρει, ὁ δὲ τὴν Ταρσὸν· τοῦτους οὖν ἐκείθεν μεταπεμπόμενος, οὐκ ἐρήμους τὰς ὑπ' αὐτῶν φρουρουμένας χώρας καὶ πόλεις κατέλειπεν. Εἰς μὲν γὰρ τὴν Λαοδικεῖαν τὸν Περτζέαν μεθ' ἐτέρων ἐκπέμπει δυνάμειν, ἐς δὲ γὰρ Ταρσὸν, καὶ ἀπᾶσας τὰς ὑπὸ τὸν Μοναστρεῶν πόλεις καὶ χώρας, τὸν Ἀσπίετην. Ἀνήρ δὲ οὗτος εὐγενής

Variorum lectiones ex cod. Coislino.

<sup>31</sup> τι. <sup>32</sup> ἀπανταχοῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(93) Παγάνον. Vide not. ad pag. 367.

(94) Λαοδ. κειμ. Nam Laodicea ab Alexianis

paulo ante capta fuerat, Gallis Acropolim aulicæ obtinentibus, supra lib. II, pag. 359.

commendavit Peizeæ; in Tarsi vero præfectura, A cæterarumque quæ Monastræ circum parebant custodia regionum atque urbium Aspieten substituit virum Armenium domo nobilem, et fortitudinis gloria tunc celebrem in paucis : quanquam ille quidem in expeditione ista famæ expectationique de se publice pessime respondit. Siquidem cum præfectus Antiochiæ Tancredus, quem relictum in Syria vidimus, palam loqueretur sese urbes Ciliciæ provinciamque illam universam, quam ereptam Turcis optimo paulo ante jure possedisset, recuperare velle: neque id dicere contentus, etiam scriptis quoquo-versum litteris, quæ multæ ad Aspieten deferebantur, idem passim denuntiaret, ac pejora etiam minaretur; quin etiam comminationes sancire factis initia rerum ordiantibus; quarum alia repræsentabat, alia statim acturum præ se ferebat; cogens videlicet undique milites Armenos et Gallos, eosque quotidie ad congressus præliorum atque ad cæteras officii militaris partes exercendo fugens : tum vero etiam quasi fumum ederet prænuntium ignis secuturi manus subinde armatorum expeditas ad prædam improvisis excursionibus mittens : nec segnius inter hæc omnia muris quatiendis aptas machinas, et reliquum oppugnationum apparatus diligentissime comparans. 349 Cum ea, inquam, omnia tam non obscure aut dissimulante gereret Tancredus pararetque, mira tamen in securitate acquiescebat Aspietes, tanquam in pace fundatissima ne umbra quidem periculi ulla imminente, computationibus nocturnis tempus suaviter absumens, nihilominus in Bacchi militia quam in Martis castris miles strenuus. Eo porro ingurgitabat, sese licentius voluptatibus recens accepta cum magistratu facultate atque occasione iis perfruendi quod qui diu sub oculis Augusti obnoxiam ac censuræ metuente: toleraverat militiam : nunc subductus disciplinæ, provinciæ insuper longe ab aula atque ab arbitris remotæ præpositus, collectam ex longo situm, oblata simul et copia et licentia, nunquam satis explere poterat. Itaque isto luxu ferax ille prior ac martius cito resolutus animus, nihil deinde virile habuit quod deducenti minas in rem adversario illi quem diximus bellatori duro, ac totas experiens vires suas in Ciliciam, opponeret. Quin adeo jam nostrum effeminaverant deliciae, ut ad primum tonitru procul appropinquantis belli cohortesceret, nec jam in urbes regionesque Cilicum fulminea pernicie grassantis, vel relucetia longe fulgetra inconniventibus ferret palpebris; nedum par esset impressioni co-

ἐξ Ἀρμενίων ὀρμώμενος καὶ τῶν ἐπ' ἀνδρείᾳ δια-  
βεσημένων ὡς ἡ φήμη τὴν τηλικαῦτα ἐκήρυττε, καὶ  
ὁ τότε καιρὸς οὐ πάνυ τοιοῦτον δοῦτα ἐξήλεγξεν ἴσον  
γε τὰ εἰς στρατηγικὴν δύναμιν. Ὁ μὲν γὰρ τῆς  
Ἀντιόχου ἐπιτροπεύων Ταγγρὲ θν ὁ λόγος φθάσας  
κατατέλλοιπεν ἐν Συρίᾳ, φήμας τε ὑπεπέμπειτο πυ-  
κνάς ὡς ἄρα ταχὺ καταλάβοι τὴν Κιλικίαν, ἐφ' ᾗ  
πολιορκῆσει αὐτὴν καὶ τῶν τοῦ βασιλείως ἀφελῆσθαι  
χειρῶν, ἅτε ἰδίαν οὖσαν καὶ τῷ δόρατι τούτου τῶν  
Τούρκων ἀφαιρεθεῖσαν καὶ οὐ μόνον φήμας τοιαύ-  
τας πανταχῶς κατέπεμπεν, ἀλλὰ καὶ διὰ γραμμάτων  
ἠπέλει τὰ χεῖρω τούτων ἅ καὶ τῷ Ἀσπιέτῃ καθ'  
ἡμέραν ἐκάστην ἐνεχειρίζετο. Καὶ οὐκ ἠπέλει μόνον  
ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπειλῶν πρόδρομά τινα καὶ ἐπίλοι-  
καὶ καθυπισχεῖτο ποιεῖν, δυνάμεις τε <sup>33</sup> συναγχο-  
χῶς ἀπανταχόθεν ἐξ Ἀρμενίων τε καὶ Κελτῶν,  
καὶ τούτους καθ' ἐκάστην ἡμέραν γυμνάζων καὶ  
πρὸς παρατάξεις καὶ μάχας ἐξομαλίζων τὸ στρα-  
τευμα. Καὶ ἔστιν οὐ καὶ εἰς προνομᾶς ἀποστέλλον  
καὶ τὸν καπνὸν πρὸ τοῦ πυρὸς παρεμφαίνων, τὰ τε  
πολιορκητικὰ ἔργα κατασκευαζόμενος καὶ παν-  
τοιοτρόπως πρὸς τὴν πολιορκίαν ἑαυτὸν ἀνιστῶν.  
Ἄλλὰ ταῦτα μὲν ἐκεῖνος. Ὁ δὲ Ἀρμένιος Ἀσπιέ-  
της ὡσπερ μηδενὸς αὐτῷ ἐπικειμένου μηδὲ φο-  
βουμένου μηδὲ τοσοῦτον ἐπικρεμανύοντος <sup>34</sup> κίν-  
δυνον, ἐκάθητο βραθυμῶν βαρυτάτους πίτους νόκτωρ  
ἑαυτῷ συνιστῶν <sup>35</sup>, καίτοι ἀνδρικότατος ἦν καὶ  
Ἄρεος ὑπαπιστῆς γενναίοτατος. Ἐπὶ δὲ Κιλικίᾳ  
προσώκειλε πόρρω δεσποτικῆς χειρὸς γεγονώς, καὶ  
ἐναυθεντήσας τοῖς πράγμασι, τρυφαίᾳ ἑαυτὸν ἐκδ-  
δώκει παντοίαις. Οὕτως ὁ Ἀρμένιος ἐκεῖνος ἐκθη-  
λυόμενος καὶ διαρρέων διηνεχῶς, ἐπειδὴ καταλάβοι  
ὁ τῆς πολιορκίας καιρὸς, ἀναπεπτωκῶς ὤφθη πρὸς  
στρατιώτην φερεπονώτατον τὸν Ταγγρὲ. Καὶ οὕτε  
πρὸς τὰς βροντὰς ἐκεῖνου τῶν ἀπειλῶν κατεκροτήθη  
τὴν ἀκοήν, οὕτε κεραυνοφόρου τούτου ἐληλυθότος  
διὰ τῶν κατὰ Κιλικίαν πορθήσεων, πρὸς τὰς ἀστρι-  
πὰς ἐνητένιζεν. Ὁ μὲν γὰρ Ταγγρὲ ἀθρόον ἐξ  
Ἀντιόχειας στρατεύσας στρατὸν μυριάδων καὶ  
διχῆ τούτους διελομένους, τοὺς μὲν διὰ τῆς ἡπειροῦ  
πέμπει τὰς Μόφου (95) πόλεις <sup>36</sup>, τοὺς δὲ ναυσὶ  
τριήρεσιν ἐμβαλὼν διὰ τῆς θαλάττης ἄγει τῷ πο-  
ταμῷ Σάρωνι (96). Πρὸ δὲ ἀνωθεν οὗτος ἀπὸ τῶν  
τοῦ Ταύρου ὄρων, καὶ διαμέσου παραρρέων τῶν διὰ  
πόλεων, Μόφου τῆς τε καταλελυμένης καὶ τῆς  
ἰσταμένης, εἰς τὸ Συριακὸν ἐκδίδωσι πέλαιος, ἀφ'  
οὗ αἱ νῆες ἀναπλεύσασαι τοῦ Ταγγρὲ καὶ τὰ στό-  
ματα πελάσασαι τούτου τοῦ ποταμοῦ πρὸς τὰς  
γεφύρας ἀνήχθησαν αἱ τὰς ἀμφοτέρων πόλεις ἐν-  
άπτουσι. Περιεβρέιτο τοίνυν ἡ πόλις ἐκατέρωθεν

#### Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>33</sup> δέ. <sup>34</sup> ἐπικρεμανύοντος. <sup>35</sup> καθιστῶν. <sup>36</sup> πόλεις.

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(95) Ταῖς Μόφου. Mopsuestiam, seu Mamistam, Alexius pariter expugnaverat, supra, pag. 340.

(96) Σάρωνι. Saron, qui et Sarus Ptolemæo. lib. v, et Procopio, lib. v *De adif.* Just. Ciliciæ fluvius Mopsuestiam veterem, seu dirutam, et novam suo cursu dirimebat. Alshérph Alderisius,

munire sibi viam subterraneanam fossa longe ducta perfodere jam illud ac eo perterebrato iter in urbem sibi pandere summa ope conabantur, terra impigre movenda subeundaque talparum more, præsentem sane urbis periculo ; cui frustra primum Dyrrachienses occurrebant saxi telisque superne jactandis ; nam Galli densa subter atque impenetrabili testudine hostiles omnes ejus generis injurias innoxii ridebant. Eatenus ergo voti compotes facti sunt ut latam longitudine ingenti fossam producerent facile perviam et purgata exportataque planstris saburra inoffenso pede meabilem. **363** Ac magnam sibi rem præstitisse visi serio gaudebant quasi meatum subterraneum eo tandem perduxissent unde ut urbem victores ingrederentur nihil restaret nisi cuniculariorum ultimus impetus in fossam arcem rumpere aditum parantium, utique non sine magna successus spe. At præsidarii Dyrrachii contrarios ex adverso cuniculos et ipsi egerant, longeque obviam producerant cæco isti hostium adversa fronte respondentem fossam, amplam quoque ipsam lateque vacuum : ubi lecta manus excubabat virorum exceptura impetum Francorum, si qua illi subterraneanum aditum rumpere. Porro procedente utrimque opere, audire primum nostri Gallos cœperunt molientes vastisque pulsantes ictibus muri partem infimam ac fundamenta ipsa mœnium ; unde et prope abesse ipsos et ubi essent admoniti, foramen eam in partem pervium fecere quo jam usurpantes oculis ferventem intus multitudinem Gallorum, igne ipsos per patefactam rimam missili petebant. Ignis hic qua materia constaret, qua arte quove instrumento jaceretur, breviter doceo. Pinus et piceæ arborumque id genus ob succum intus pinguem in virore perennantium, lacrymæ stillant unguinis lentæ, oleosique glutinis, amica flammæ materies, et ea concepta diu durans. Hoc gummi contusum et cum intrito simul sulphure in unum pulverem commistum, in cavas calamorum cannarumque tibus adversa parte succensas indebant Dyrrachienses nostri : tum ipsi ex ea tibiæ parte quæ vacabat flamma, vehementi pellentes et perseverante spiritu piceum istud ignitarium quoad usque ad extremitatem igne prius concepto flagrantem promovissent, sic accensum deinde dimabant in vultus oculosque adversorum hostium, incredibili pernicie illorum, quippe cum barbas, genas, cilia, capita Gallorum pernix flamma corripere, pertinaxque depasceret adhærens atque immorans, nulla contra talem præstem fortitudine durante. Itaque passim videre erat eos, velut apum fumo afflaturum ex-

men retro ebullire avertique cæco impetu; inde turbide confuseque recedentes, quo certi gradu firmo militarique compositi ordine ierant. Sic conatus hic secundus evanuit, in quo multis hostium magnisque curis ac laboribus haud dignum operæ prelium repensum est. Tamen ne isto quidem successu debilitata eorum industria tertiæ fabricationem machinæ suscepit. Fallor; non post deprehensam inutilitatem duarum priorum machinarum hæc illis in supplementum succenturiata tertia est, sed ante illas fieri cœpta post eas demum absoluta est, anno integro in ejus molitionem insumpto; tantæ id opus molis erat ad eo quidem ut fama sit priora machinamenta illa quasi rudimenta Gallis fuisse, ad hoc demum princeps et palmarium opus transferendas ac serio exerendas vires omnes, in istis velut iulicris exercentibus. Verum ut constructio, usus, designatioque tota ac ratio turris istius lignæ intelligatur, pauca prius de situ et figura urbis Dyrrachii perstringenda sunt.

Τὸ μὲν τείχος ταύτης ὑποχλάσται τοῖς πύργοις· οἱ δὲ πύργοι κυκλόθεν ταύτης ἐξυπανίστανται, ὅσον εἰς ἑνδεκά<sup>22</sup> πόδας ὑψούμενοι διὰ κοχλίου τινὸς τὴν ἀνοδὸν ἔχοντες, ἐπάλλεσι τε ἠσφαλισμένοι. Οὕτως ἔχει σχηματὸς τε καὶ ἀσφαλείας ἡ πόλις. Τὸ δὲ πᾶχος τοῦ τείχους εἰς ἀξιόλογον πᾶχος ἐκτέταται, καὶ τοσοῦτον ὥστε ἰσπίτας ἀνδρας καὶ πλείους τῶν τεσσάρων τοὺς ὤμους συμμίζαντας διηπάσασθαι ἀσφαλῶς. Οὕτω μὲν οὖν ἐκπεφάσθω μοι τὰ περὶ τοῦ τείχους ὡς ἐν παραδρομῇ τινα σαφῆναι τῶν μελλόντων ῥηθῆναι προαφηγησαμένη· τὰ δὲ τῆς πυργοποιίας τοῦ μηχανήματος τοῦτου ὅπερ χαλάνης<sup>23</sup> πύργον ἐμηχανήσαντο οἱ περὶ τὸν Βαϊμούντον Βάρβαροι, καὶ ἀφηγήσασθαι χαλεπὸν καὶ ἰδεῖν φοβερὸν, ὡς οἱ ἑωρακότες ἔλεγον· μὴ ὅτι γε οἷς προσεπέλασε φρικωδέστατον θέαμα. Ἐἶχε δὲ τοιῶσδε. Πύργος ξύλινος (57) κατεσκευάστω ἐκ τετραγώνου βάσεως εἰς ἀξιόλογον μῆκος ἡρμένος, καὶ τοσοῦτον, ὥστε τῶν τῆς πόλεως πύργων ὑπερανέχειν εἰς πέντε που καὶ ἑξήκεις τὸ ὕψος. Ἐδεῖ γὰρ οὕτως κατεσκευασθαι τὸν μόσωνα τοῦτον, ἵνα διὰ τινῶν ὑποδάθρων μετεώρων πρὸς τὸ χθαμαλώτερον καταχλωμένῳ τὸ τείχος τῆς πόλεως ἐκείθεν εὐκλόως καταδραμεῖται· οὕτω γὰρ ἂν τὸ σφοδρὸν τῆς ῥύμης οὐκ ἂν ὑπενέγκοιεν οἱ ἐγγύριοι αἰεὶ πρὸς τὸ κατόπιν ὠθούμενοι· ὀπτικὴν δὲ ἄρα τὴν ἐπιστήμην ἐπλοῦτον, ὡς ἔοικεν, οἱ τὸ Δυρράχιον πολιορκοῦντες Βάρβαροι· οὐ γὰρ ἄνευ τοιαύτης δυναμείας τὰ ὕψη τῶν τευχῶν κατελάμβανον· εἰ δὲ μὴ ὀπτικῆς, ἀλλὰ γε τῆς ἀπὸ τῶν διοπτρῶν καταλήψεως. Ὁ γοῦν πύργος ἐκεῖνος φοβερός μὲν ἰδεῖν, φοβερώτερος δὲ κινούμενος κατεφαίνετο. Τροχοὶ γὰρ πολλοὶ τὴν βάσιν αὐτῶν μετεώριζον. Ἀναμοχλευόμενος δὲ ὑπὸ τῶν ἔνδον στρατιωτῶν τοῖς μοχλοῖς, θάμβος ἔπολεῖ μὴ φαινομένης τῆς ἀρχῆς τῆς κινήσεως, ἀλλ', ὡς περὶ τις γίγας ὑπερνεφῆς, ἅψ' ἑαυτοῦ ἐδόκει κινούμενος. Ἐστέ-

A 384 Ea civitas corona undique vallata murrum est opere firmissimo structorum crassitie tali ut quatuor equites æquatis humeris in unum digesti versus tuto simul incedere supra summam eorum crepidinem queant. Jam humilium undique fastigium mœnium despectant intervallis per totum ambitum exiguis dispositæ turres ferme ad pedum undecim altitudinem superius assurgentes, suis unaquæque ad ascensum e muro commodum instructæ cochlidibus scalis. Nunc illa de qua dicere cœpimus describenda moles est, sane operosa terribilisque aspectu, præsertim iis qui surgere illas insani operis minas in suam (ni Deus averteret) perniciem obsessi cernerent. Lignea erat turris ex quadrata basi tantam se in altitudinem attollens ut supra tecta pinnasque Dyrrachiensium turrium quinque sexve cubitorum excessu emineret. Id porro in eam rationem atque usum sic comparatum erat, ut tanto ineluctabilior obtinentium eam machinam militum Gallorum in muros ac propugnacula impetus foret. Facturi enim impressiones erant per pontes e turre sua lignea in turres urbis jaciendos: quorum pontium cum pars altera hærens machinæ Gallicæ exstaret celsior, siebat inde ut via pateret prona irruituris Gallis, ut commodo ipsorum per declive facilius et fortius euntium, ita damno et periculo permagno propugnantium urbem, qui vix pares contra ex æquo venientibus, multo minus sustinere posse videbantur vim naturali pondere adjutam ingruentium ex alto Barbarorum. Mihi turris hujus molitores videntur doctrinam opticam haud perfunctorie calluisse. Quomodo enim sine hujus adminiculo artis usuque instrumentorum quæ ad dimittendas exacte procul visas altitudines talium artifices adhibent, adæquare tam exacte tabulatæ et spatia molis suæ ad murorum turrium-

Varie lectiones ex cod. Coislín.

<sup>22</sup> δέκα. <sup>23</sup> ὅπερ καθάπερ χελώνης.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(57) Πύργος ξύλινος. Ejusmodi lignæ turris descriptionem sic repræsentat Robertus Monachus, lib. vii: *Facta est lignea turris, lapideis turribus salis altior, et machinis omnibus quæ introrsus erant eminentior. Habebat autem tria solaria, quæ erant bene scutis et trochleis præmunita. In duobus superioribus erant loricati cum telis et sudibus. et sagittis, et lapidibus, et pilis et facibus. Subtilis erant nihilominus armati, qui rotas impingebant, super quas ipsam turrem constituerant. Ubi solaria, seu tabulata, vocat Robertus, quæ στέγας Anna, pro-*

prio vocabulo: nam et inde *tristegæ* dicuntur turres, quæ tribus constant solaris. apud Sugerium in Ludov. VII, cap. 10, et Will. Britonem, *Philipp.* lib. iv et vii, *Stationes* vocantur in Epist. Bald. imp. CP. de expugnatione Constantinopoleos. Describuntur præterea eæ turres, quas *Phalas*, et *Berfredos* interdum appellant, a Guiberto, lib. vi, cap. 18; Tyrio, lib. viii, cap. 15, 18; lib. xx, cap. 16; Anonymo, in *Hist. Hieros.* pag. 1168; Vegetio, lib. iv, cap. 17, 18; Vitruv. etc. Vidæ Notas nostras ad Joinvillam.

que Dyrrachiensium veram dimensionem potuis-  
sent? Cæterum cum diu turris ista dum procul  
exstrueretur minis illis ipsis melis vastæ late cons-  
piciuæ terruisset Dyrrachienses, eo deinde ipsis  
admovento propius augereque formidinem visa est,  
quo ipsa magis ad eos rotarum subtile versatili-  
um ope promovebatur. Intendebat admirationem in-  
tuentium quod cum ingens ea moles a militibus  
intra ejus viscera dilitescentibus vectium quorum-  
dam agitatione arcana moveretur, speciem procul  
præbebat quasi gigantis nubes vertice tangentis et  
idententis vitali atque in ipso sita facultate, quippe  
cujus motus cernebatur, motor non apparet.  
Cætera porro monstrari species nihil non præferbat  
cumulando terrori accommodatum. Latera omnia  
firmiter tectorio protecta per quatuor quadratæ molis  
facies egregie occultabant intus latentem armatum  
manum; quæ se tamen rursus satis prodebat mis-  
silibus assidue spargendis. Erant autem ad jacula-  
tionis usum cæterasque nocendi opportunitates  
apertæ circum in partem omnem fenestræ plurimæ,  
suis quæque aptis ostiis oclusæ cum opus erat:  
quoties usus posceret volubili cardine reserabiles.  
Porro interior capacitatis machine in multas sibi invi-  
cem impositas cogitationes dividebatur, **385** sin-  
gulas proprio armatorum infessas numero. Sed  
alii, ut diximus, latebant. Soli ostentabant se qui  
supremum quasi cœnaculum ambulantis ædis obli-  
nebant torvi, horrentes ferro, strictis infesti mu-  
cronibus, vim et cædem anhelantes gladiatores. Hic  
terror tantus ac tam varius cum se rotis subtile  
volventibus inferret, consternasset taud dubie præ-  
sidium obsessæ urbis, nisi dux ejus Alexius pro  
sua vigilantia solertia remedium jam tum nascenti  
malo mature idoneum provi sisset. Nam et consilio et  
auxilio eorum usus qui ipsi aderant viri experientes  
et industrii, cum primum in Baimundi castris illam  
ædificari turrem vidit magnam ad periculum suum  
suorumque, aliam et ipse intra mœnia Dyrrachii  
pari exemplo machinam illi alteri opponendam ar-  
chitectari est aggressus, hunc ferme in modum.  
Deprehensa procul altitudine turris hostilis, tigna  
dimensi Dyrrachienses sunt; alteri ex opposito  
ædificandæ cujus culmen contrariæ molis verticem  
cubito altius despiceret. Ubi vero jam constructa

γαστο γὰρ ἀπανταχόθεν ἐκ βάσεως ἄχρι καὶ κορυφῆς  
καὶ εἰς στέγας πολλὰς διήρητο, καὶ θυρίσι κύκλιον παν-  
τοδαπαῖς ἠνέψατο, ἀφ' ὧν ἐξέπιπτε βέλη συχνὰ, πρὸς  
δὲ τὸ ἀνωτάτω μέρος ἄνδρες ἦσαν ἐξωλισμένοι  
θυμοειδεῖς καὶ ἐπὶ τῶν χειρῶν τὰ ξίφη φέροντες,  
καὶ πρὸς ἄμυναν διηυτρεπισμένοι. Ἐπεὶ δὲ τῷ  
τείχει προσήγγισε τὸ φρικτὸν τοῦτ' ἰδέσθαι, οὐκ  
ἀμελῶς ἔσχον οἱ ἀμφὶ τὸν Ἀλέξιον καὶ στρατηγὸν  
τῆς πόλεως Δυρράχίου, ἀλλ' ἅμα τε τοῦτο τὴν μηχανή-  
μα ἐξωθεν τῷ Βαϊμούντῳ κατεσκευάζετο ὡστερ  
τις ἐλέπολις ἀφυκτος, καὶ ἄλλο τι ἔνδοθεν τοῦ τεί-  
χους αὐτοῖς ἀντεμχανᾶτο. Ἐωρακότες εἰς ὄσον  
ὑψος ὁ αὐτοκίνητος οὗτος πύργος ἐκτέταται, καὶ  
ὅπου τοῦτον ἐστήριξαν ὑφελόμενοι τοὺς τροχοὺς,  
τέτταρα ζύλα μακρότατα καταντικρὺ τοῦ μόστου;  
πῆξαντες, ὡστερ ὑπὸ τετραγώνου βάσεως εἰς πεί-  
σματος σχῆμα διανιστάμενα. Κεῖθ' οὕτως βάζει  
τινὰς διειληφότες μεταξὺ τῶν ἀντιτεταγμένων ζύλων  
εἰς πῆχυν ἕνα τὸν ἐξωθεν ζύλινον πύργον ἐποίησαν  
ἀνατρέχειν· ἀσεπγῆς δὲ ἦν ἀπανταχόθεν ὄλον τοῦτο  
τὸ διάστημα· οὐ γὰρ ἔδειτο προφυλακτῆς, εἰ μὴ μόνον  
κατὰ τὴν κορυφὴν ἐξωρόφωτο. Ἐνταῦθα δὴ ἀναγα-  
γόντες οἱ ἀμφὶ τὸν Ἀλέξιον στρατιῶται τὸ ἐνυγρον  
πῦρ, περὶ τὰ ἀκρόστεγα τοῦ ἀνεπιφράκτου ζυλο-  
πύργου ἐμελλον ἐξακοντίζειν πρὸς τὸν ἀντιθετον  
μόστου. Ἄλλ' ἔδοξε καὶ ἡ βουλὴ καὶ τὸ πρᾶγμα ὡ-  
πρὸς πανωλεθρίαν τοῦ μηχανήματος· ἀκροθιῶς  
γὰρ ἐμελλε τὸ πῦρ τὸ ἐντεῦθεν ἐκεῖσε πεμπόμενον  
τοῦ μόστου ἀπτεσθαι. Ἀλλὰ τί μηχανῶνται; Πλη-  
ροῦσι τὸν μεταξὺ τόπον τοῦ τε ζυλίνου καὶ τοῦ τῆς  
πόλεως πύργου εὐκαταπρήστου παντοίας ὕλης καὶ  
ἐλαίου πολλοῦ κατὰ ποταμοὺς κενωμένου. Τοῦτοις  
ἐπενέγκτο πῦρ θαλάσσιον καὶ φλόγας, ὃ καταμικρὸν ὑπο-  
τιφόμενον, κεῖθ' οὕτως βραχεία; ἀναπνοῆς ἐπιδρα-  
ξάμενον, ἔπειτα εἰς περιφανῆ φλόγα διαβρῆν συν-  
επιλαμβανόμενον καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ πυρὸς τοῦ ὕγρου  
πρηστήρων ἅπαν ἀνῆψε ἡ τὸ φρικτὸν ἐκείνου καὶ  
πολυλότατον μηχανήμα, ἐμποιοῦν ἦχον καὶ φοβε-  
ρὸν θῆαν ταῖς ἡψεσιν. Ἀσθησις δὲ τοῦ πολλοῦ πυ-  
ρὸς ἦν κυκλόθεν μέχρι καὶ σταδίων τρισκαίδεκα·  
θόρυβος δὲ καὶ ταραχὴ τοῖς ἔνδοξοις Βαρβάροις πολλή  
καὶ ἀμήχανος, τῶν μὲν ἐναπειλημμένων τῷ πυρὶ  
καὶ ἀποστρεφόμενων, τῶν δὲ ἀπὸ μετεώρου ριπτού-  
των ἑαυτοὺς πρὸς τὴν γῆν· βοῆ δὲ πολλὴ καὶ ἀμή-  
χανος, ταραχὴ ἀντηχούντων καὶ τῶν ἐκτός.

muri, rotisque illic subtractis firmissime defixa  
undique impactis sudibus: tum ab obsessis sua  
oportuit erecta moles est, non illa quidem ulli  
et rotis circummagi non esset opus: sed in solo ipso  
quadrangulam in directum attolens molem, trans-  
versorum dispositu lignorum scalæ quamdam speciem  
usumque graduum præbentem ascensuris prout  
res posceret in superiora machine. Latera protegi  
obdulative tectorio, non est visum necesse, quod  
muris urbis conspectum injuriamque hostium arcebat. Ea tantum pars quæ ultra mœnium corpus  
exstabat, munita fuit imposito coronidis et circumjectu laterum, quoad est creditum sat fore, nec  
impedire posse liberam emissionem ignis sparsilis quam per aperta latera turris suæ lignæ Alexii  
militēs in molem Baimundi destinabant; comportata propterea in supremam contignationem suæ

Variæ lectiones ex cod. Coislino.

<sup>24</sup> ἀνῆπτε.

machinæ magna vi pinguis et flammæ alituræ materiæ. At statim vel experientia vel ratio exactior docuit noceri haud multum isto modo posse machinamento Gallico, nedum ut sic ejus combustio totius sperari posset. Satis enim apparebat fore ut superficiario duntaxat et perfunctorio contactu misisilis a Dyrrhachiensibus ex intervallo vibrata flamma Gallorum opus solidum et accurate pro-  
 lectum lamberet. Secundæ igitur cogitationes suasere Alexianis aliud; nempe ut totum spatium, quod patebat inter Dyrrhachiensem turrem lapideam et hostilem illi admotam ligneam multo stramine ac cætera id genus arida materia completeret, quam etiam infuso largiter oleo rigarunt: cumularumque omnia crebro titiumque, facum, prunarum ardentium conjectu. Hæc simul mista cum aliquandiu tantum fumassent, exarserunt denique leni excitata spiritu, robustoque incendio comprehensa u Gallicanam turrem trans moras corticis et præmunitissimi tectorii perumpente ad extremum furore ignis oleo large ingesto velut ebrii, usque ad intima pervasam absumpsere. Late horrendus exaudiebatur fragor, non enim dicam crepitum, flammæ bacchantis in perniciem silvæ immensæ: **386** longissimeque resplendens et sua magnitudine iis ipsis formidolosus qui eam fecerant et quorum ardebat bono relucebat rogos usque ad stadia circumquaque tredecim. Illud dicere quis queat quanta perturbatio clausorum tum ista mole Barbarorum fuerit? qui dolor clamorque sentientium vim grassantis ardoris? Quæ desperatio sese ubi frustra versaverant ex alto jactantium in præceps? quæ voces, quæ ejulatus infelicium victimarum? Qui æstus, quæ agitatio Gallorum cæterorum dum suos flammis eripere frustra conabantur lamentantium interim et charorum mala complorantium?

Τοσαῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦ ὑπερνεφεοῦς μόσουος καὶ τῆς παρὰ τῶν Βαρβάρων τειχομαχίας. Ἄλλ' ἐπὶ τὸν βασιλέα καὶ αὐθις τὴν λόγον ἐπανακτέον. Ἐκρος τοίνυν ἐφισταμένου, ἡ μὲν Αὐγούστα ἐκ τῆς Θεσσαλονίκης ὡς πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανεστρεφεν, ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τῆς πρόσω πορείας εἴχετο καὶ τὴν Δεάβολιν διὰ τῆς Πελαγονίας καταλαμβάνει, ἔνθεν περὶ τοὺς πρόποδας τῶν ἤδη ῥηθέντων δυσβάτων ἀτραπῶν οὖσαν. Καὶ καινὴν τινα στρατηγίαν κατὰ τῶν βαρβάρων μεμελετηκῶς δεῖν ἐλογίσατο τοῦ μὲν δημοσίου πολέμου σχολὴν παντελῶς καταψηφίσασθαι, καὶ ἀγγέμαχον διὰ ταῦτα τὴν μάχην οὐκ ἤθελεν. Ἄλλὰ τὰ δύσβατα τέμπη καὶ τὰς ἀδιεξοδεύτους ἑδούς μεταίχιμον ἀμφοῖν τοῖν στρατοπέδοιιν καταλιπὼν τοὺς εὐνοὺς ἅπαντας κατὰ τὰς ἀκροφίας μετὰ ἀποκρώσεως δυνάμειος καταστήσας τὴν καινὴν ἐκεῖνην στρατηγίαν ἐμχανήσατο, ὡς μήτε τοὺς ἔνθεν πρὸς τὴν Βαῖμουῦντον προσχωρεῖν βῆστα δύνασθαι, μήτε ἐκεῖθεν πρὸς τοὺτους αὐθις γράμματα φοιτῆν ἢ προσηγορίας διαπέμπεσθαι, ὅφ' ὦν ὡς τὰ πολλὰ τὰ τῆς ἀγάπης ἐδράζεσθαι εἰθθεν ἰσπάνις γὰρ προσηγορίας κατὰ τὴν Σταγειρίτην πολλὰς φιλίας διέλυσε. Γινώσκων δὲ τὴν Βαῖμουῦντον ἄνδρα πονηρίας καὶ δραστηριότητος ἀνάπλειων, ἤθελε μὲν καὶ τὴν κατὰ πρόσωπον πρὸς αὐτὸν μάχην ἀναδέξασθαι, καθὰ γε καὶ εἴρηται· ἀλλὰ καὶ δι' ἐτέρου παντὸς τρόπου καὶ μηχανῆς κατ' αὐτοῦ μελετῶν οὐδαμῶς ἐνεδίδου. Διὰ δὲ τὰς ἤδη ῥηθείσας αἰτίας, καίτοι πολλὰ σφραδάζων πρὸς τοῦτο φιλοκίνδυνος τε καὶ πυκνοκίνδυνος πάλαι ὦν οὗτοι ὁ αὐτοκράτωρ καὶ ἐμὸς πατήρ, ἐπεὶ τὸν λόγον εἶχεν ἐν πάσει κρατοῦντα, δι' ἑτέρας μεθόδου καταγωνισασθαι τούτων ἔσπευδε. Δεῖ γὰρ, οἶμαι, τὸν στρατηγὸν οὐκ αἰεὶ διὰ ξιφουλκίας τὴν νίκην ἑαυτῷ σπεύδειν περιποιεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ πρὸς πανουργίαν (58) ἔστιν οὐ εὐτρεπίζεσθαι, ἐπὶν ὁ καιρὸς καὶ τὰ συμπύπτοντα τούτῳ διδάσει τὴν νίκην. ἑαυτῷ πάντοσε περιποι-

A Hactenus de superba turre, ac tota Dyrrachii murorum a Gallis attentata concussione dictum, ad imperatorem oratio referenda est. Post hiemem ille Thessalonice transactam, sub initium veris, remissa Constantinopolim Augusta, movit inde ulterius cum copiis, et per Pelagoniam Deabolim pervenit, urbem cis eos montes sitam qui desinentes in angustissimos calles, thermopylas illas quarum superius meminimus et arctissimarum vallium impeditissimas elisuras efficiunt. Hic accuratissime circumspecto belli præsentis genere ac statu, subductaque consiliorum summa sapienter, plane statuit vitare decretoriam aciem, nec fortunas publicas committere casibus incertis præliorum: verum suas hostiumque copias vastorum et impenetrabilium interposito diremptas habere montium. Ab hac deliberatione describit quique partes suas. Fidissimos quosque cum idoneo comitatu fortium militum jugis ipsis ac speculis montium imponit. Valles imas opere ac præsidio abunde firmat. Vias diligenter obsepit omnes atque intercipit, quibus aut mittere Baimundus in interiorem Romaniam aut recipere inde litteras posset. Nempe habebat Baimundus illic partim amicos jam, partim qui odio imperatoris ad ejus amicitiam sponte propenderent. Talium intestinos motus conatusque audaces prævertebat ista diligentia obsidendorum itinerum, commerciique prohibendi nuntiorum ac scriptorum. Alimenta enim hæc sunt amicitiarum, quæ, ut recte docet Aristoteles, si salutationum ac officiorum consuetudo cessaverit cito evanescent, quantumvis prius arcte coalitæ. Ad hanc porro Fabianam potius quam suam artem trahendi belli, non ulla sane imperator Alexius timiditate mentem appulit. Non, inquam, aut Baimundi adeo formidavit copias aut propriis diffidit, aut aperto Marte vires experiri suas cum eo dubitaret. Quin

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(58) *Πανουργίας*. Ordericus Vital. lib. ix de Alexio: *Erat enim callidus et facundus, largus, et fallendi artifex ingeniosus.*

etiam abundabat ei gestiebatque ultro in congressum animus; et conserere eum feroci adversario victrices olim non minorum ardebat manus. Sed sapientia intercessit fortitudini; et moderata ratio compositæ mentis cui plenum atque integrum imperii jus in omnes suos impetus nunquam non servabat pater meus, persuasit ei tunc quidem esse melius tutis debellare consiliis, et non ferro aut periculo ad victoriam, sed cura et ingenio grassari. Norat videlicet Baimundi **387** vafrum animum acrem et mille ad nocendum artium. Si admovent castra, si cominus accederet, transfugia perfidorum seditionumque adhuc fumantium rediviva scelera instigatore tali verebatur. Igitur si, quod omnes concedunt, tempus interdum in bello est rei sine strepitu gerendæ, vincereque sine certamine ac sanguine majorem interdum imperatoribus summis quam signorum cruenta collatio famam attulit, quis neget tali tum loco fuisse Romanam rem, ut cum tot effervescentes intestinis sævæ ire fluctibus cupiditates improborum in occasionem confirmandæ audaciæ produci non oporteret, nulla iniri salubrior administrandæ rerum summæ ratio potuerit, quam si hostem contagiosæ viciniæ et tumultum externum civili perturbatione cumulare satagentem consensescere ac ringi conclusum cogret, et denique se vando debellaret. Neque id solum vidit aut curavit, verum ultro in eum vertere quod timuerat ab ipso malum alacri solertis animi dexterritate occupavit. Discordias et suspitionum odiorumque seminaria Baimundum inter comitesque Gallos cæteros serere aggressus hac ferme ratione. Evocavit e Neapoli ad se Marinum sebastum, hominem e Maistromiliorum genere, non illum quidem sibi probatum usquequaque (quippe cuius jurata licet fides adversus blandas prensationes et promissa in rebellionem pellicere conantium haudqua-

Α ούμενον· καὶ τοῦτο γὰρ στρατηγῶν ἰδιαιτάτων διαπερῖσμεν μὴ μετὰ ξιφῶν καὶ μάχης μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς σπονδὰς τρεπομένων· καὶ ἄλλως ἔστιν οὗ βραδίουργούντα τὸν ἐχθρὸν καταγωνίζεσθαι, ὁπνηίκα καὶ τοιοῦτου καιρὸς παρῆ, ὅποσον καὶ τότε ὁ αὐτοκράτωρ φαίνεται σκευωρήσασα. Θέλων γὰρ διγίνοιαν ἐμβαλεῖν μεταξὺ τῶν τε κομήτων καὶ τοῦ Βαϊμούντου, καὶ κατασεῖται οἷον τὸν πρὸς ἀλλήλους συνασπισμὸν, ἣ διαβρόχητι, τοιοῦτόν τι δογματουργεῖ. Μεταπεμφάμενος οὖν τὸν ἐκ Νεαπόλεως Μαρίνον (59) τὸν σεβαστὸν (τῶν Μαῖστρομιλιῶν οὗτος ὑπῆρχε τὸ γένος), κἀν μὴ πάνυ τὸν πρὸς αὐτὸν ὄρκον ἀνόθευτο τότε ἐτήρει (ἀπατηλοῖ; ἐξαπατηθεῖς; λόγος; καὶ ὑποσχέσεις, ἀλλ' ὅσα γε τὰ πρὸς τὸν Βαϊμούντον ἀποκαλύψαι αὐτῷ τὸ ἀπόρρητον τελοῦν ἤθελεν, ἅμα δὲ καὶ τὸν 'Ρογέρον' (60) (τῶν ἐπιφανῶν δὲ οὗτος Φράγκων) καὶ τὸν Πέτρον 'Αλίφαν, ἄνδρα κατὰ πόλεμον περιδότητον, καὶ τὴν ὡς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα πίστιν ἀκράδαντον διόλου τηρήσαντα· τούτους μετακαλεσάμενος βουλήν ἐξήτει ὅπως τὰ κατὰ τὸν Βαϊμούντον εὖ διαθέμενος καταγωνιέεται αὐτὸν· ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν εὐνουστέρων τῷ Βαϊμούντῳ, καὶ ὁπόσους ἐκείνος ἰσχυρῶς ἔχει διηρώτα. Καὶ περὶ τούτων μαθὼν ἐξ αὐτῶν, δεῖν ἔλεγεν ὑποποιήσασθαι τούτους διὰ παντοίας μηχανῆς; καὶ εἰ τοῦτο γένοιτο, δι' ἐκείνων καὶ τὸ κοινὸν τοῦ Κελτικῶς στρατεύματος διαβράχῃσεται εἰς διψυχίαν ἐμπεσόν· ἀνακοινῶνται τοῦτο τοῖς ἦδη βηθείσι, καὶ ἐξ ἐκάστου τούτων ἓνα αἰτεῖται τῶν εὐνουστέρων θεραπόντων καὶ ἐκμιθεῖν ἐπισταμένων. Οἱ δὲ ἐτολίμω; τοὺς κρείττους τῶν ὑπάρχων αὐτῷ ἔφησαν δοῦναι. Καὶ ἐπειδὴ παρῆσαν οἱ ἄνθρωποι δραματουργεῖ τι τοιοῦτον. Γράμματα συνθέμενος ὡςπερ ἀμοιβαῖα πρὸς τινος τῶν ἀμφοῖν τῶν Βαϊμούντον οἰκειοτάτους ὡς δῆθεν ἐκείνων γεγραφῶτων πρὸς τοῦτον καὶ οἰκειότητά τινα μνηστευόμενων, καὶ τὰ ἀπόρρητα τῆς τοῦ τυράννου γνώμης ἐξαγορευόντων, πέμπει πρὸς αὐτούς

Variae lectiones ex cod. Coisl'in.

<sup>59</sup> 'Ροδέμην.

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(59) Τὸν ἐκ Νεαπόλεως Μαρίνον. Evocavit Alexius Marinum Neapolitanum, uti appellatur, pag. 400, qui tum in castris aderat, non e Neapoli, quod velle videtur eruditus interpres. Erat ille, ait Anna, ex genere τῶν Μαῖστρομιλιῶν, vel potius Μαῖστρομιλιῶν, hoc est, ex familia principum, qui Neapoli in Italia dominabantur eo ævo, *magistri militum* nuncupati, quæ suprema tum fuit in urbe dignitas, qua olim insignis erat qui Neapolitano tractui præficebatur ab imperatoribus Constantinopolitanis, ut qui militiæ Italiæ dux esset, et στρατηλάτης, id est, *magister militum*, uti hocce vocabulum interpretantur Latini scriptores. Constantinus Porph. *De adm. imp.* cap. 27, de ducibus Neapolitanis scribens: Ἰστέον δτι ὁ Μαῖστρομέλης ἐρμηνεύεται τῇ 'Ρωμαίων διαλέκτῳ κατεπάνω τοῦ στρατοῦ. Magistri isti militum Neapolitanum post hæc sibi assumerunt dominatum, excusso Græcorum Augustorum iugo, retenta nihilominus dignitatis appellacione, uti passim observare est ex Gregorio M. PP. lib. vii. indict. 2, epist. 75; Joanne Diacono Neapol. in Chron. episcop. Neapolitan.; Erchemberu, cap. 26, 27, etc.; Petro Damiano card. lib. 1, epist. 9, auctore Chronici S. Vincent.

de Vulturno, lib. iii; Alexandro abbate Celesino, lib. 1, ii, iii et iv; Leone Ost. lib. 11, cap. 59 et 62, et aliis. Erat autem hac tempestate Sergius princeps Neapolitanus, quem origine et natione Græcum fuisse testatur Rogerius Siciliae comes, in Diplomate quod exstat apud Sur. 6 Octob. eujus etiam crebra apud abbatem Celesinum occurrit mentio, apud Falcon. Benev. an. 1157, et in Chron. Casin. lib. iv, cap. 89, qui quidem Sergius ultimus fuit e Neapolitanis ducibus; huic enim successit Rogerius Siciliae comes. Magistrorum militum Neapolitanorum seriem et genealogiam habet Capare. lib. 1 *Hist. Neapol.* et ex eo Ughellus, tom. VI *Ital. sacr.* pag. 113. Porro Marinus iste Annæus ille idem est, ni fallor, qui subscribit Diploma Rogerii ducis Apuliæ, Calabriæ et Siciliae, an. 1095, pro Ecclesia Cusentina, apud eundem Ughellum in *Ital. sacr.* tom. IX, hisce verbis: *Ego Marinus imperialis magister atque stratigo.* Ex quibus patet magistreriam dignitatem ab Alexio, et aliquam prefecturam obtinuisse. Certi sebasti dignitate ab Anna infra donatur, pag. 416.

(60) 'Ρογέρον. V. notata ad pag. 34.



ὡσπερ εὐχαριστηρίους λόγους συντάξας καὶ ἀπο-  
δεξάμενος τὰχα τὴν τῶν ἀνδρῶν εὐνοίαν. Ἦσαν δὲ  
οὗτοι ὁ τε Γίδος (61) ὁ τοῦ Βαϊμούντου αὐτάδελφος,  
καὶ τις τῶν ἐνδοξοτάτων ἀνδρῶν Κοπρισιανο; (62)  
καλούμενος, καὶ πρὸς τοῦτους ὁ Ῥικάρδος (63) καὶ  
τέταρτος ὁ πριγκιπάτος; (64) ἀνὴρ γεγναῖος; καὶ τὰ

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(61) Ὁ τε Γίδος. Vetus scriptor in Philippo rege  
Fr. : *Guido autem frater ducis post tempus breve in  
langorem incidit, ita ut desinitus omnibus membris  
ad extrema duceretur.* 393 *Ascito denique fratre,  
orat ut parcat quæ in ipsum peccasset. Interrogante  
quæ essent commissa, confessus esse imperatorem  
sibi filiam suam sponditisse cum Dyrrachio, et  
aliis donis; sæpius urbem vi aut deditione subactam,  
nisi cives retardasset suo animatos consilio, etc.  
Consentit Ordericus, lib. II, pag. 825, 824 : *Ma-  
gnanimus dux multimodis conabatur oppidum ex-  
pugnare, sed impediabant qui maxime debuissent il-  
lum adjuvare, Guido enim frater ejus, et Robertus  
de Monteforti, in quibus confidebat præ cæteris,  
fraudulenter conversi erant ad partes imperatoris, et  
excauti ab eo, missis ingenis pecuniæ æneis, sed  
callide, frustrabantur molimina sui principis, etc.*  
Ex quibus patet, non confictas fuisse ab Alexio  
epistolas, quo comites suspectos Boemundo redderet,  
sed revera iis ad defensionem sollicitasse  
Guidonem, et alios proceres.*

(62) Κοπρισιανός. Conversanum forte comitem  
intelligit Anna; floruit autem sub Normannis Apulis  
*Triscamus* Conversani comes, cui ex be lo quæstus  
in sortem *Monspilosus* obtigit, uti narrat Leo Ost.  
lib. II, cap. 68. Ille idem, ni fallor, quem Malaterra,  
lib. I, cap. 39; lib. III, cap. 34, filiam Tancredi,  
Guiscardi sororem duxisse uxorem scribit.  
Ex iis nuptiis prodire *Gaufredus*, Conversani  
comes, *Guiscardi* ex sorore nepos dictus Orderico  
Vitali, lib. VII, pag. 645; et *Robertus* comes  
Montiscaveosi, de quo Willelmus Apul. lib. III, p. 31,  
b. 33 b. *Gaufredus* in rescripto Rogerii Apuliæ  
ducis et Boemundi fratrum, an. 1090. Apud Baro-  
nium, comes *Cupersanus* nuncupatur. Interfuit ille  
morti Guiscardi, uti narrant idem Ordericus, lib.  
X, pag. 780; et Willelmus Gemiticensis, lib.  
VIII, cap. 14; et cænobium in urbe Cupersanensi  
a fundamentis extruxit, ac bonis ditavit. *Gaufredi*  
filiam *Sibyllam* uxorem duxit an. 1100, Robertus  
Normannæ dux, cum ab Hierosolymitana expedi-  
tione rediret. *Gufrido* alii præterea existere li-  
berii, *Guillelmus* nempe Conversani comes, *Robertus*,  
*Tancredus* de *Conversana*, qui in Rogerium  
Siciliæ comitem et regem bellum movit, de quo  
abbas Cesinus, lib. I, cap. 2; lib. II, cap. 21,  
33, 46; Ordericus, lib. XIII, pag. 898; et Diploma  
Constantiæ principis Antiochæ an. 1118,  
apud Ughell. tom. VII, p. 868. Præterea *Alexander*,  
cujus Diploma an. 1111, pro Barensi Ecclesia  
exstat apud Ughell. tom. VII, Ital. sacr. pag. 865,  
in quo comes *Cupersanensis* nuncupatur. Interfuit  
etiam Alexander iste donationi Boemundi II prin-  
cipis Antioch. factæ abbati S. Anastasi Carbonensi  
an. 1126. Apud Paulum Emilium Sauctorium in  
*Hist. monast. Carbon.* Descripsit præterea idem  
Lugnellus in archiepisc. Barens. aliud Diploma *Rob-  
erti* Conversani comitis an. 1121, indict. 4, qui  
*Alexandri* comitis forte frater fuit. Denique alterius  
*Alexandri de Conversana*, qui Manuelli imp.  
meruit an. 1168 et 1170. W. Tyrus meminit, lib.  
XX, cap. 14; lib. XXI, cap. 16. Jam vero ut *Con-  
versanum* aliquem, seu *Alexandrum* comitem, seu  
*Alexandri* fratrem intellexisse Annam putem, facit  
*Κοπρισιανός* nomen, quod haud multum ablutit a  
*Cupersano*, qua appellatione vocantur hi comites  
veteribus tabulis. Occurrit etiam, ne id dissimulem,

A quam inconcussa perstitisset), cæterum ejusmodi  
cui sua contra Baimundum arcana consilia recte  
committi posse crederet. Accersivit præterea Ro-  
gerium illustrem inter Francos, ac Petrum 'Aliphm,  
virum et laude rei bellicæ et servatæ Augusto filci  
constantia celebrem. Horum rogâis auditisque sen-

nobilis Normannus alter in eo Diplomate an. 1102,  
de quo supra, cujus nomen, aut dignitas, Κοπρι-  
σιανός appellationi Annæ satis videtur convenire.  
Sic autem illius initium concipitur, uti editum est  
ab Ughello : *Nos Alexander Cupersanensis comes,  
et can. Capersi. et Gaus Cantazarii comes, et Ro-  
bertus Grumi, juramus ex præcepto et voluntate  
domini nostri Rogerii Siciliæ et Italiæ regis, etc.*  
Quis autem ille can. Capersi, fateor mihi esse plane  
incognitum.

(63) Ῥικάρδος. Quis iste Ricardus Annæus haud  
constat. Tres potissimum hoc nomine sub hæc  
tempora bellis Hierosolymitanis interfuisse tradunt  
scriptores, Ricardum præfectum Maresch, alterum  
filium Marchisi, Tancredi 394 fratrem, tertium  
de principatu cognominatum, cujus hic Anna me-  
minit. Uade libens in eam sententiam irem, Ricar-  
dum hunc eundem esse cum Ricardo de principatu,  
ita ut ex viri nomine appellativo et cognomine bi-  
nos fecerit, nisi quatuor in conspiratione illa co-  
mites fuisse assereret. Proinde Ricardus, si alius  
fuit a principatu, aut ille est, quem infra Hugonis  
fratrem nominat, qui in prælio navali captus est  
a Cantacuzeno, aut Ricardus comes Andriæ, qui  
una cum Boemundo rescriptum Rogerii Apuliæ  
ducis pro Bantino monasterio subscribit apud  
Baron. an. 1090.

(64) Πριγκιπάτος. Idem qui fœdus Alexium  
inter et Boemundum ex parte Alexii subscripsit,  
ad quem cum Willelmo Claretio transfugerat, pec-  
unia et blanditiis imperatoris corruptus, ut infra  
narratur, Ricardum hunc principem Salerni, de  
genere Normannorum, et proximum Boemundi et  
Tancredi fuisse scribit Albertus Aq. lib. III, cap.  
15; lib. VII, cap. 28; Robertus Mon. lib. I, prin-  
cipem vocat; Baldricus, lib. I, et Tyrus, lib. II,  
cap. 15; lib. III, cap. 17, 24, de principatu cogno-  
minant. Guibertus denique, lib. III, cap. 2 et 9;  
de prima civitate, quibus verbis reddidisse italicum  
videtur de Principatu, nam et Πριγκιπάτος τὸν  
Πριγκιπάτον (nisi mendum subsit, legendumque sit  
τὸν Πριγκιπῶν) sese ipsemet videtur appellare in  
prædicto fœdere. Ricardum Willelmi cognomento  
Ferrebriachi, Roberti Viscardi fratris primogeniti  
filium perperam facit Tyrus, cui imposuit Wil-  
lelmi Ricardi patris nomen. Nam Ferrebriachus  
absque liberis exstinctus est, ut auctor est Malaterra  
istius sæculi scriptor. Fuit vero Ricardus filius  
D Willelmi alterius, Capitaneæ comitis, Wisca di  
perinde fratris, qui a fratre Uiltredo principatus  
comes creatus est, linerosque aliquot superstites  
reliquit, ut constat ex Malaterra, quos inter, præ-  
ter Ricardum, fuit Robertus comes Principatus,  
pater Guillelmi, qui in Charta an. 1151, pro mo-  
nasterio S. Trinitatis Venusino, *Guillelmus comes  
Principatus filius bonæ memoriæ Roberti comitis de  
Principatu*, inscribitur, apud Ughellum, tom. VII  
Ital. sacr., p. 222; Guillelmus vero pater fuit  
Nicolai comitis Principatus, qui suo Diplomate an.  
1151, in quo cognatus Rogerii regis Siciliæ dicitur,  
multa beneficia contulit Cavensi monasterio.  
Item Nicolaus in aliis tabulis an. 1141 esse comi-  
tem de Principatu et Guillelmi comitis heredem  
nuncupat. Exstant illæ apud Ughellum, eodem  
tomo, pag. pag. 562, in quibus meminit Guillelmi  
comitis fratris sui. Ex Willelmo præterea Roberti  
Guiscardi fratre prodit Ranulfus, qui cum fratre

lentiis de optima et tutissima ratione debellandi Baimundi, quærit ex iis ecquid nominatim scirent quibus ille comitum ac ducum suorum familiarissime uteretur et potissimum fideret? qui eum ex animo amare? qui ab eo vere diligi putarentur? Cum ad ea illi prout quisque compererat amicos Baimundi recensuissent: Hanc ego Augustus, ait, intimam ejus cohortem primum aggredi constitui, conatusque in eam spem intendere ut tales illi viros suspectos reddam. Nempe isti quos dicitis prima ipsa capita Gallorum sunt. Plurimos eorum quisque in castris illis ex se suoque nutu suspensos trahit; haud dubie si qua fors annuat abalienari eos a Baimundo, magna perturbatio Gallos jactabit, committetque odiis ac suspicionibus inter se. Vos si consilium probatis, adjuvate. Opus in primis est filis ministris. Peto a vobis ut quem quisque unum omnium probatissimum tenacissimum arcum, expertissimæque per omnia fidei famulum habet, mihi ad hunc usum commogetis. Pollicentur haud gravate illi; adsunt paulo post famuli parati ad omnia, expeditique Augusto se sistunt in tota jam dudum flugenda digerendaque fabula defixo. Scripserat litteras ad eos de quibus diximus Baimundi familiarissimos in eam formam et sententiam conceptas, ut non prior ipse scribere, sed ad epistolas eorum respondere videretur. **388** Istorum quoque priorum litterarum argumentum indicabatur. Agebat enim gratias quod sibi arcana Baimundi consilia prodidissent; vicem amicitiae mutuum et beneficiorum spondens; tum adhortabatur videlicet ut pergerent magnam a se, ipsisque vitæ in ituri gratiam. Tali artificio compositæ litteræ Gido inscriptæ sunt fratri Baimundi, tum viro longe in illo exercitu clarissima qui Copisianus dicebatur; Ricardo quoque ac post tres istos etiam viro facile in castris Baimundi fortitudine militari, scientia et auctoritate facile primo, qui proprio nomine principatus vocabatur. Multorum ex hinc ducum aliorum nomina invidiosis mendacium epistolarum inscriptionibus traducta, in magnam spem fore ut his interceptis Baimundus litteris pro cætera impotentia infrenis irritabilis animi aliquam in talium virorum præceps injuriam erumperet, cujus illi dolore ac sensu, fide subjectionis aut societatis abrupta, per illi vel majus repone-

A πρώτα φέρων ἐν τῇ στρατιᾷ τοῦ Βαϊμούντου, καὶ ἕτεροι πλείους τούτων, πρὸς οὓς τὰ ἐπίπλαστα γράμματα ἐξεπέμπετο· ἐκεῖσε μὲν γὰρ εὐδὲν ἰδέσκειτο τοιοῦτον ὁ βασιλεὺς· οὐτε περὶ Ῥικάρδου, οὐτε περὶ ἄλλου τινὸς τοιοῦτου, εὐνοίαν καὶ πίστιν ὑπαγορεύον γραμμάτων· αὐτὸς δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ τοιαῦτα γραμμάτων ἐπλάττετο. Εἶχε δὲ νοῦν τοιοῦτον τὸ δραματούργημα, ὡς, εἴπερ εἰς ἀκοῆς εἰσεῖληθῃ Βαϊμούντου ἢ τῶν ἀνδρῶν <sup>28</sup> προσδοκία, καὶ ὡς ἐκεῖνοι ἐκεῖθεν ἀποκοπέντες τῇ γνώμῃ τῷ μέρει τῷ βασιλικῷ προσεχώρησαν, αὐτὸς μὲν εὐθὺς ταρραχθήσεται καὶ πρὸς τὴν βαρβαρικὴν φύσιν ἐπανελεύσεται· κακώσας δὲ τοὺς ἀνδρας ἀπορῶντα τούτου καταναγκάσει, καὶ ὅπερ εἰς νοῦν οὐκ ἤλθεν. B αὐτοῖς, ἐκ τῆς κατασκευῆς Ἀλεξίου ποιήσεται πρὸς αὐτὸν στασιάζαντες. Ἰδέει γὰρ, οἶμαι, ὁ στρατηγὸς ὡς τὸ ἀντίπαλον ἅπαν φύλον ξυγκροτούμενον μὲν καὶ ἀλλήλουχοῦμενον ἐβῶται· στασιάζον δὲ καὶ εἰς πολλὰ μεριζόμενον ἀδρανέστερον γίνεται, καὶ οὕτω τοῖς πολεμοῦσιν εὐχείρωτον. Ὅπερ καὶ βαθέως ἐπραγματεύετο καὶ τὸν ὅλον ὑποδύχον εἶχε τὰ γράμματα. Μεταχειρίζεται δὲ τὸ πρᾶγμα οὕτως ὡς ὁ Ἀλέξιος· πέμπει μὲν γὰρ τὰ πεπλάσμενα γράμματα πρὸς ἐκείνους παραγγέλλας ἐπιδοῦναι ἐκάστῳ ἑκαστον. Εἶχε δὲ τὰ πεμπόμενα βιβλία (65) ἐκεῖνα οὐ μόνον εὐχαριστίαν, ἀλλὰ καὶ δόσεις κατεπηγγέλλετο, καὶ βασιλικὰς δωρεὰς καὶ ὑποσχέσεις ὑπερφυεῖς. Ἐφείλεκε δὲ τούτους καὶ εἰς τὸ μετέπειτα εἶναι τε εὐνοῦς καὶ φαίνεσθαι καὶ μὴδὲν ἀποκρύπτειν τῶν ἀπορῶντων. Κατόπι καὶ <sup>27</sup> τῶν πιστοτάτων αὐτῷ ἀνθρώπων ἀποστέλλει ἀνεπιφωράτως τούτοις παρέπεσθαι, καὶ ἐπειδὴν πλησιάζαντας ἴδοι, παρελάσαντα προφήτῃναι τούτων τὴν ἐφοδὸν· καὶ καταλαβόντα τὴν Βαϊμούντου, τὸν τε αὐτόμολον ὑποκρίθηναι, καὶ εἰπεῖν ὡς αὐτῷ προσχωρήσει μισήσας τὴν τοῦ βασιλέως διατριβὴν· φίλιαν δὲ πρὸς τὸν τύραννον προσποιούμενον καὶ ὡς δὴ τινα εὐνοίαν κατεπεῖν ἀριθῆλως τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐφ' οὓς τὰ γράμματα· Ὡς ἄρα ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα (ὄνομαστί τούτους καταριθμήσας) ἐξομοσάμενοι τὴν πρὸς ἐκεῖνον πίστιν, βασιλεῖ φίλοι καὶ εὖνοι γέγονασιν καὶ τὰ ἐκείνου φρονούσι. Καὶ ὁρᾷν δεῖ μὴ τι κατ' αὐτοῦ δεινὸν μελετήσεται ἐξ ὑπογυίου καὶ πάλαι προσσκευμένου. D Ἀλλὰ εἴη καὶ τοῦτο πεπραγματεύσθαι ἵνα μὴ τι δεινὸν τοῖς γραμματοκομοσταῖς τούτοις ὁ Βαϊμούν-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>28</sup> ἀνδρῶν τοιοῦτων. <sup>27</sup> δεῖ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

in expeditionem Hierosolymitanam profectus est, de quo Baldricus, lib. 1, et Petrus Diac. lib. iv *Chronic. Casin.* cap. 11. Denique filia elocata a Wiscardo patruo, Dominico nobili Veneto in mercadem proditi Dyrrachii. Vide Malat. lib. 1. cap. 15, 24, 31, 32; lib. iii, cap. 28. Ricardus filius fuit Rogerius Antiochiæ post Tancredum princeps. Sed de Gulielmi comitis Principatus posteris agimus fusius in *Familis Normannicis*.

(65) Τα πεμπόμενα βιβλία. Βιβλίον, pro γραμματίον, seu tabellis usurpant adnotant grammata-

tici, Suidas, βιβλίον, ἐπιστολή. Sic Themistius, orat. 14, epistolam Constantii ad senatum βιβλίον vocat. Vide Cinnamum, lib. v, n. 10, sub finem. Hic vero *Schedulam* significat, quam inde *billam* appellavit scriptores ætatis mediæ. Willelmus Thorn. cap. 41; *Porrecte fuerunt billæ et petitiones Domino Regi. Billa excusatoria*, apud *H. de Knighton* an. 1262. Hinc *Billeta* in *Monast. Anglic.* tom. 1, pag. 654, nostris *Billet*, Spelmanus a Saxonico *Bille* dedit, Sommerus ex *libellus* corruptum putat; ego ex βιβλίον.

τος ἐργάσθαι. Ἐμέλησε γὰρ καὶ τοῦτο τῷ βασιλεῖ, ὅπως τοὺς μὲν καθέτους τούτους ἀνδρας ἀδλαβεῖς διατηρήσει, τὰ δὲ κατὰ τὸν Βασιμούντον πράγματα συντάραξει. Καὶ οὐκ εἶπε μὲν ταῦτα καὶ συμβεβούλευκιν, οὐ γέγονε δὲ, ἀλλὰ προσελθὼν καὶ δ' ὄρκους λαβὼν τὸ ἀφρόντιστον τῶν γραμματοκομιστῶν ὁ εἰρημίνος ἀνὴρ ἀπαγγέλλει πάντα κατὰ τὰς ὑποθημοσύνας τοῦ αὐτοκράτορος. Ἐρωτηθεὶς δὲ ὅπου τοὺς στογάζεται ἐφθακέναι, τὴν Πετρούλαν αὐτοῦς ἔλγε διελθεῖν· καὶ ἀποστειλάς κατέσχε τοὺς γραμματοκομιστὰς, καὶ τὰ γράμματα ἀναπτύξας, ἱλιγγου τε πλήρης γεγωνὼς μικροῦ κατέπιπτε, πιστὰ λογισάμενος εἶναι. Ἐκείνους μὲν οὖν παραφυλάττεσθαι ψυκόνωμην, αὐτὸς δὲ ἀπρότιος ταῖς σκηναῖς ἐν ἔξι ἡμέραις ἦν γνωσιμαχῶν τὸ τί ἀνχρῆ ποιῆσαι πολλοὺς παρ' ἑαυτῷ ἀνελκτικῶν λογισμούς· εἰ χρῆ παραστῆναι τοὺς κονοσταύλους (66) καὶ πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Γίδον ἐξεπιτεῖν τὴν κατ' αὐτοῦ δοθεῖσαν πρόληψιν, καὶ εἰ μετὰ τὸν ἐλεγχον παραστῆναι χρῆ ἢ ἄτερ ἐλιγγου πρὸς τοῦτοις δὲ καὶ τὸ τίνας ἀντ' αὐτῶν κονοσταύλους ποιήσειε, γενναίους δὲ ὄντας τοὺς τοιοῦτους, κἀντεῦθεν πολλὴν τὴν βλάβην ἰσομένην παρασταλέντων ὑπονοῶν κατὰ τὸ ἐγγωροῦν. Τὰ κατ' αὐτοὺς οἰκονομήσας, οἶμαι δὲ καὶ τὸν κρυπτόμενον νοῦν τῶν γραμμάτων ὑποτοπάσας, μετεληλυθὼς εὐφυῶς τούτους καὶ θαρσῆσας, ἐπὶ ταυτοῦ μεμενηκέναι τούτους ξυνεχώρησεν <sup>28</sup>.

arcani commercii interpretes quas esse in itinere se scire; offerreque adeo suam operam ad intercipiendas eas, una cum exceptione duntaxat, si tabellariis earum hominibus miseris alieno dominorum jussu pergentibus vita et liber reditus concedatur; visurum in chartis illis profecte quam prope absit a pernicie, tandiu familiarissime securissimeque se iis credens quos sui capitalis hostis Alexii Augusti studiosissimos comperiet indicium manifestissimum; simul intelliget quam atrox urgeat necessitas amolendi comparatam ex longo sibi perniciem ab iis quibus omni tempore præsentissima facultas suppedit sceleris quod nefarie cogitant impune perpetrandi. **389** Hæc ita et erat jussu graviter egit fictus transfuga, magnaque Baimundum expectatione suspendit; et expresso ab eo jurējurando quo sanxit innoxios per se ac suos fore litterarum bajulos, incolumesque dimittendos, addidit tabellarios istos transgressos jam esse Petrulam, atque adeo in eo spatio quod inde ad castra interfaceret posse comprehendi. Eo dum properant jussi confestim a Baimundo cursores, notabitur obiter a nobis prudens benignitas Augusti qui quos nuntios fictarum litterarum functione ancipitis ministerii projiciebat in periculum iis isto artificio submissi transfugæ humanissime simul ac ingeniosissime salutem asseruit. Comprehen- is hominibus, resignavit cupide litteras iis ereptas Baimundus, quas dum legit et intuitu primo veras putat, adeo erant ad veri similitudinem fucatæ, parum

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>28</sup>. ξεχώρησεν. ἀνετεθείκει.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(66) *Kονοσταύλους*. Comites Stabuli vulgo C Franci vocant supremos exercituum Duces, Marbodus diaconus, postmodum episcopus Redonensis, in Vita S. Livinii episcopi Andegavensis: *Factum est ut a rege flagitantius cunctis 395 tribunus militum crearetur, qui nunc more nostro comes stabuli nuncupatur*. Vide Duchesnum, in *Hist. gentis Monmorenciacæ*. At *κονοσταύλων* vocabulo innuit hoc loco Anna, non totius exercitus præfectos, uti hodie vox ista usurpatur, sed centuriones, et quos tæcικι τουρμάρχας, δρουγγαρίους, κόμητας, κεντάρχους vulgo nuncupant notionē apud Gallos istius ævi passim recepta. Willelmus *Guiart* an. 11705:

*Et chascun suit son conestable.*

Hic *conestable*, pro cohorte, seu turma militari, apud eundem non semel. A. 1205:

*Des reaus ot cinq conestables.*

Idem an. 1296:

*Tuit se queurent apareillier*

*Par diverses conestables,*

*Li grant seigneur et leur mesnies.*

Frössartes 2 vol. cap. 67: *Et les sachés de pain furent desparties par conestables*. Et cap. 142: *Ils s'estaient tous partis par conestables*. Vide Littleton, sect. 379, et ibi Cokum, et Monstrelet. 4 vol. cap. 195 Nec alia notionē duces Francorum, qui in Palatina custodia militabant, *Κονοσταύλους* vocabant Byzantini, ut qui erant Capitanei Francicæ cohortis, palatii et imperatorum custodiae adiectæ, *capitaines des François*, quod iis centuriones et turmarum militarium præfecti apud Gallos indigitarentur. Vide Notas ad Villhard. n. 210.

abfuit quin stupore immenso ac subito correptus vertigine rueret; ut se recepit paululum, dato certis negotio dissimulanter observari jussit delatos comites, ipse clausus tabernaculo sex diebus neminem admittens in silentio ac nœstitia deliberabundus secum discerpebat animum curie anxîa consiliorum alternantium variis ac subiude reciprocantibus æstuans fluctibus. Ecquid expedire citare eorum se comites, fratrique ipsi Gido palam aperire cuius criminis quo indicio deferretur? An vero illi citandi jam nunc an potius tunc tantum quando admotis per interpositos cognitores testimoniis, tabulisque oblati convicti plane ii sceleris fuerint? Accedebat gravis cura: quosnam tandem his talibus tam idoneis ac fortibus remotis viris administratione rerum et exercitui præficeret? His diu animo versatis tandem statuit vix majorem scelere casuve ullo nasci perturbationem in castris suis posse, quam amotione suppliciove delatorum principum. Itaque, sive utcumque res esse dissimulationem tutissimam credidit; sive, quod magis arbitror, homini emunctæ naris suboluit artificium calumniæ, habuit orationem ad fratrem et comites scopo suo ac temporî accommodatam, professusque se pro eo quantum exploratam haberet ipsorum fidem, indicia quantavis conjurationis ab ipsis inîtæ flocci facere, pergere uti cœperant, navareque sibi deinceps locis et functionibus iisdem quam hactenus præstiterint operam voluit.

Interim Augustus præterquam quod aditibus A cunctis angustarum vallium, quas clisuras vocant, lectam manum fortiorum virorum sub fidis ducibus ad præsidium imposuerat, etiam in id curam extendit ut calles quoque angusti vel aggestione temeraria cœræ silvæ, vel arte cancellatis lignorum cratibus, qua xyloclesias, quasi lignifragia diceret, vocant, obstruerentur: ne qua vel fortivo per devias senitas obrepere hostes ingressu possent. Itaque jam circumventi undique Galli tenebantur. Si quidam Auloni, Hierichunti, Caninis præsens invigilabat homo acer et strenuus Michael Cœcaumenus. Petrulam obtinebat cum validis pedestribus copiis misti generis Alexander Cabasilas vir intrepidi promptique ad bellicos casus animi, 390 prout serpe in Asia multis Turcorum fundentisque probaverat. Deuræ præerat Leo Nicerita cum idoneo præsidio. Clisuræ denique quæ ad Arbanum sunt Eustabio Camyze custodiende commissæ fuerant. Baimundus ut ea claustra rumperet, primam in Cabasilam decrevit impressionem, ipsoque jam tum C principio Dyrrachiensis obsidii, Gidam fratrem cum alio quodam comite Saraceno dicto, tertio quoque addito Contopagnano eam in partem ire jussit. Mature venerant in Baimundi potestatem oppidula quædam Arbano finitima, quorum incolæ periti circum locorum secretas deviasque ac sine indicio indigenarum insuspiciabiles senitas Gallis ostenderunt, retuleruntque cum fide quæcunque de situ Deuræ solique ac regionis natura illius et dispositu ipsis compertissima nosse bellantium intererat. Gidus satis exploratis omnibus bifariam agmine diviso, iter in hostem pronuntiat. Ipse partem unam ductans adversa fronte Camyzen impetit: cæteras copias Contopagano et Saraceno

Ο δὲ αὐτοκράτωρ, ἐπεὶ προφθάτας ἀξιόμαχον δύναμιν ἐν πάσαις ταῖς κλεισοῦραις κατέθετο μετ' ἐκκρίτων ἡγεμόνων, πᾶσάν τε ἀτραπὸν διὰ τῶν καλουμένων ξυλοκλασιῶν αὐθις τοῖς Κελτοῖς ἀπέταφρυσεν. Εἶχε μὲν γὰρ εὐθύς ὁ Αὐλῶν ἢ Ἱερικῶ καὶ τὰ Κάνινα ἀνύστακτον φύλακα, Μιχαὴλ τὸν Κεκαυμένον ἢ δὲ Πετροῦλα Ἀλέξανδρον τὸν Καβάσιλαν μετὰ συμμίκτων πεζῶν στρατιωτῶν, ἀνδρᾶ ἐκδυμότατον καὶ πολλοὺς τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν Τούρκων κατατροπωσάμενον· τὴν Δεῦρην δὲ Λέων ὁ Νικερτίτης μετὰ ἀποχώρησης ἐφρούρει δυνάμει· τῷ δὲ γε Εὐσταθίῳ τῷ Καμύτζῃ τὰς περὶ τὸ Ἀρβανὸν ἀνετηθήκει <sup>80</sup> κλεισοῦρας. Ὁ δὲ γε Βαϊμούντος ἐπὶ πρώτης, ὃ φασιν, ἀφετηρίας κατὰ τοῦ Καβάσιλαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Γίδου καὶ κόμητά τινα Σαρακηνὸν (67) καλούμενον καὶ τὸν Κομποπαγάνον ἐξέπεμφεν. Ἐπεὶ δὲ τινος τῶν ὁμοροῦντων τῷ Ἀρβανῷ πολίχνια προέφθασαν τῷ Βαϊμούντῳ προσχωρήσαι, οἱ τούτων ἔποικοι τὰς τοῦ Ἀρβανίου ἀτραποὺς ἀκριβῶς ἐπιστάμενοι, προσελθόντες, πᾶσαν ὡς εἶχε τῆς Δεῦρης τὴν θέσιν ἐξηγήσαντο, καὶ τὰς λανθανούσας ἀτραποὺς ὑπέδειξαν. Τηνικαῦτα ὁ Γίδος διχῆ διαλὼν τὸ στρατεύμα, αὐτὸς μὲν τὴν κατὰ πρόσωπον μετὰ τοῦ Καμύτζῃ μάχην ἀνεδέξατο· τὸν δὲ Κομποπαγάνον <sup>80</sup> (68) καὶ τὸν Σαρακηνὸν καλούμενον κόμητα παρὰ τῶν Δευριωτῶν ὀδηγοῦμένους ἐξ ὀπισθίων τῷ Καμύτζῃ ἐπισπεσεῖν ἐπέταξε· τούτου γοῦν συνδόξαντος ἀμφοῖν, ἐπεὶ ὁ μὲν Γίδος κατὰ πρόσωπον ἐμάχετο, οἱ δὲ γε λοιποὶ κόμητες τῇ παρεμβολῇ τοῦ Καμύτζῃ ἐπισπεσόντες ἀπὸ τῶν μεταφρένων δεινὸν τὸν γόνον (69) κατ' αὐτῶν ἀπειργάσαντο· ὡς ὅτι ἐνῆν αὐτῷ πρὸς πάντας μάχεσθαι· τραπέντας τοὺς ὑφ' αὐτοῦν θεασάμενος συνέϊπετο τούτους καὶ αὐτὸς. Καὶ πίπτουσι μὲν τηνικαῦτα τῶν Ῥωμαίων πολλοὶ καὶ αὐτὸς ὁ Καραῶς νηπιόθεν

Varæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>80</sup> Κομποπαγάνον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(67) Σαρακηνόν. De comite Saraceno diximus supra ad pag. 157.

(68) Κομποπαγάνον. Κομῆς Græcis interdum est comes, interdum brevis, ita prima vocis notionem, Contopaganus erit comes Paganus, Italice il conte Pagano: altera, parrus Paganus, il piccolo Pagano.

Paganus aliquot sub hæc tempora recensent scriptores rerum Hieros. Pag: num Belvacensem, Robertus monach. lib. vii, Paganum de Gariandæ, Albertus Aq. lib. ii: cap. 27: Et Paganum de Sororgia, idem lib. ii, cap. 22.

(69) Φόρον. De hac Alexianorum clade, Albertus Aq. lib. x, cap. 41.

τοῖς γνησίοις παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος προσληφθεὶς ἅ καὶ καταλεγείη, καὶ ὁ Σκαλιάρης<sup>31</sup> Τοῦρκος τῶν ὀνομαστῶν πάλιν κατὰ τὴν ἔω ἡγεμόνων γεγωνῶς, αὐτομολήσας τῷ βασιλεῖ καὶ τοῦ ἀγίου Βαπτίσματος τετυχηκῶς.

comitibus videlicet duobus impetum in Camytzæ castra facientibus. Quid faceret circumventa virtus et oppressa numero? Post multam cædem effuse fugientes suos Camytizes cernens quos nec revocare nec mistere poterat, sequi coactus est. Inter alios Romanorum plurimos qui ibi ceciderunt desiderium sui magnum reliquit Caras, ex familiari Augusti cohorte, probatus a puero juvenis, et merito fortis indolis, spectataque per omnia virtutis, eximii ejus ordinis prærogativa semper visus dignus. Cæsus item ibi est Scaliarius Tureus, illustris olim per Orientem et late inelytus belli dux, postea salutari sibi ad imperatorem transfugio, etiam sacri baptismatis donum assecutus.

successor meus eadem mecum fidelitatis atque obsequii ad majestatem vestram subjectione teneatur, tanquam verus homo lizius majestatis vestræ, ei in omnibus quæ ego promisi obsequens et consentiens, pactisque a me initis inhærens. Ex hinc vero postquam semel vester homo factus sum, et ad orbem principatus vestri pertinere cœpi, debeo accipere pensionem annua e regni thesauris talenta ducenta monetæ formam et qualitatem habentis domini Michaelis qui prius imperavit, per aliquem ex rei nauticæ præfectis vestris e Syria mittendi a me **415** cum meis litteris ad vos in urbem regiam ut ea coram a vestra persona meo nomine recipiat. Ac vos quidem semper Augusti principes Romane reipublicæ imperatores, dignabimini servare et cum fide implere quæcumque in Bulla Aurea piæ ac religiosæ majestatis vestræ conscripta promissaque sunt. Ego vero per hoc juramentum eum de quibus hactenus conveni vobiscum, firmo sancioque. Juro enim per passiones doloresque nunc impassibilibus Salvatoris Christi, et per invictam ejus crucem quam pro salute omnium pertulit, et per ea quæ coram video sacrosantissima Evangelia, quæ orbem universum in rete Christi concluserunt (hæc enim manu tenens juro); pretiosissimam vero Christi crucem mente simul comprehendendo, et spinam coronam, et clavos et lanceam quæ perforavit ejus Dominicum ac vivificum latus: tibi potentis-imo et sacro nostro imperatori Domino Alexio Comneno, et consorti ac collegæ imperii tui desideratissimo filio tuo domino Joanni Porphyrogenito, me omnia pacta promissa ore meo prolata custoditurum et inviolatè servaturum in omne tempus: et in eodem hoc quem nunc habeo erga majestatem vestram sensu ac animo perseveraturum semper: neque vel primam cogitationem odii, dolis, aut fraudis ullius erga vos suscepturum ostensurumve. Sed perstiturum constantissime omnibus a me promissis, nunquam quovis prætextu, quacumque ratione adversum vos pejerando, aut ad ullam revocationem per me promissorum, aut abrogationem fœderis hujus ulla excogitatione calumniæ callidæ, veniendo; neque ego ipse, neque eorum quisquam, quicumque potestatis meæ sunt et militum meorum chorum implent. Sed et adversus tuos hostes loricas induemus, et tollemus arma ac lanceas, et tuis amicis injiciemus amicas dexteras, omniaque similiter ad utilitatem honoremque Romani imperii cogitabo ac perficiam. Sic me Deus adjuvet: sic crux et divina Evangelia.

*Hæc conscripta sunt et juramenta præstita in præsentia subscriptorum testium, mense Septembri, in-  
ictionis secundæ, anno jam desinente sexies millesimo quingentesimo decimo septimo.*

*Porro quorum in præsentia, hæc completa sunt; quique his subscribere testes hi sunt, Dei amantissimi episcopi:*

*Amalphis, Maurus. Tarenti, Renardus, et qui cum eo erant clerici. Religiosissimus præpositus sancti monasterii in Longobardia siti, sancti Andreæ, in insula Brundusii: et duo ex monachis dictæ domus. Principes peregrinorum, **416** qui sua quidem signa ipsi figurarunt manu propria: nomina vero ipsorum manu Deo dilectissimi episcopi Amalphis, sub eorum signis subscripta sunt: qui etiam episcopus legatus a Papa ad imperatorem venerat.*

*πάντες καὶ ὅποσοι τῆς ἐμῆς ἐξουσίας εἶσι καὶ τῶν χορὸν τῶν ἐμῶν στρατιωτῶν ἀπαρτίζουσιν. Ἄλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν σῶν ἐχθρῶν θεωρακιοῦμεθα καὶ ἀροῦμεν ὄπλα καὶ δόρυα, καὶ τοῖς σοῖς φίλοις ἐμβαλοῦμεν τὰς δεξιὰς· καὶ πάντα τὰ πρὸς ὠφελείαν καὶ τιμὴν τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐπινοήσω καὶ καταπράξομαι. Οὕτως ὀνάμην τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας· οὕτω τοῦ σταυροῦ καὶ τῶν Θεῶν Εὐαγγελίων.*

*Ταῦτα ἐγράφητε καὶ οἱ ἄρχοι συνετελέσθησαν παρουσίᾳ τῶν ὑπογεγραμμένων μαρτύρων, κατὰ μῆνα Σεπτέμβριον (6), δευτέρᾳ ἐπιτεμῆσεως, ἔτους ἤδη διαρυσκομένου ς.χ.ιζ'.*

*Οἱ μέντοι παρουσιάσαντες μάρτυρες καὶ ὑπογεγραμμένοι, ὧν ἕναυτοὶ ταῦτα τετέλεστο, εἶσιν οὗτοι, οἱ θεοφιλέστατοι ἐπισκοποὶ.*

*Ὁ τε Ἀμάλφης, Μαῦρος, καὶ ὁ τοῦ Τερρηντοῦ, Ῥενάρδος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ κληρικοὶ. Ὁ εὐλαβέστατος καθηγούμενος τῆς ἐν Λογγίβια διασεβισμίας μονῆς τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου τῆς ἐν τῇ νήσῳ τοῦ Βρεντησιου, καὶ τινες αὐτῶν δύο μοναχοί. Οἱ ἄρχοντες τῶν περιεγύρων. Ἐν τὰ μὲν σίγῃ αὐτοὶ διεχάρησαν οἰκιοχέρως· τὰ δὲ τούτων ὀνόματα διὰ χειρὸς τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Ἀμάλφης, τοῖς σίγῃσι προσπαρηγράφησαν, ὃς καὶ πρέσβυς παρὰ τοῦ πάπα (7) πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐληλύθει.*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>67</sup> πελεργίων.

Car. Dutresnii Du Cangii notæ.

(6) Κατὰ μῆνα Σεπτέμβριον. Firmata pax Alexium inter et Boemundum in urbe Diaboli, nense Septembri indict. 2, ineunte anno mundi juxta Græcos 6617, Christi 1108.

(7) Παρὰ τοῦ Πάπα. Paschali II, quocum ea tempestate magna erat et Henrico imperatore simultas. Vide Petrum Diaconum lib. IV, cap. 48.



Οὐ ἀπὸ τῆς βασιλείου ἡ ἀλλῆς ὁ σβαστός Α Μαρῖνος (8). Ῥογέρης ὁ τοῦ Τακουτέρου ἡ (9). Πέτρος Ἀλιφᾶς. Γελλεμος ὁ Γαντζῆ (10). Ῥιντζάρδος ἡ ὁ Πριντζίτας ἡ (11). Ἰοσφὲ Μαλής ἡ (12). Οὐμπέρτος ὁ υἱὸς τοῦ Γραουλ (13). Παῦλος ὁ Ῥωμαῖος. Οἱ ἐκ Δακῶν ἡ ἡκοτες ἡκοκισιάριοι παρὰ τοῦ Κράλι (14), καὶ συμπεθέρου ἡ τῆς βασιλείας. Ζουπάνος ὁ Περῆς, καὶ Σίμων. καὶ οἱ ἀκοκισιάριοι Ῥισκάρδου Σινισκάρδου (15), Βασίλειος ῥωβαλισμοῦ ὁ ἐντροῦχος. Καὶ Κωνσταντῖνος Νοτάριος.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

ἡ βασιλικῆς. ἡ τακοτέρου. ἡ Ῥιντζάρδος. ἡ Πριντζίτας. ἡ Μαλή. ἡ τῶν Δακῶν. ἡ συμπένθεροι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(8) Σεβαστός ὁ Μαρῖνος. Qui supra Μαῖστρο- B μλιος, et Neapolitanus appellatur.

(9) Ῥογέρης ὁ Τακουτέρου. Scribendum Τακουτέρου, ut sit Rogerius Dagoberti, de quo nos quædam ex Alberto Aq. ad pag. 35. *Tagoberium* enim vocat Rathertus, lib. 1, *De orig. monasterii S. Galli*, quem cæteri scriptores Dagobertum; id etiam nominis ita scriptum in Diplomatum Dagoberti I, regis Franc. observare est apud Coccium in Dagob. cap. 15. et Henschenium, de tribus Dagobertis, quod alias *Tagabreht, Tagapreht, Tagebret, Tagabrat, et Tagapret*, 403 efferebant veteres Germani, ut est in catalogo propriorum nominum, quem ex codice S. Galli descripsit Goldastus.

(10) Γαντζῆ. An Willelmus de Gant, seu de Gantavo, frater Balduini de Gant, qui Gothofredum in expeditionem sacram pergentem comitatus est, uti scribit Albertus Aq. lib. II, cap. 2 et 29: et Tyrinus, lib. III, cap. 5. De utroque agit Duchesnius in *Hist. Gandav.* lib. III, cap. 3. An vero Gislebertus de Gant, quem sub ea tempora memorat Willelmus Gemeticensis, lib. VII, cap. 38; nam Gallum fuisse satis constat.

(11) Πριντζίτας. Qui alias *principatus*. Vide not. ad pag. 388.

(12) Ἰοσφὲ Μαλής. Forte *Joffroy de Mailli*. Tres porro nobilissimas familias hocce cognomine agnoscimus in Gallia, primam in Picardia, alteram in Burgundia, tertiam in Turonibus, vel Andibus.

(13) Γραουλ. Malim Ῥαουλ, ut sit Humfredus, Radulphi, de quo ad p. 35, filius. Porro floruit eo ævo Radulphus de Loretello, frater Guillelmi de Altavilla, qui subscripsit Diplomati Rogerii Siciliæ comitis, an. 1098, pro fundatione Ecclesiæ Scyllacensis apud Ughellum, cujus filius Raimundus vivebat an. 1118, uterque ex eadem familia et stirpe qua cæteri Loretelli comites, de quibus supra egimus. Radulphi meminit Malaterra, lib. IV, cap. 10, 11. sed malim *comitem* istam *Raulem* hic intelligi, a quo *comites de Molisio* originem duxere. Meminit enim Petrus Diaconus, lib. IV *Chronic. Casin.* cap. 25, sub an. 1103: *Ugonis comites de Molisio, filii comitis Raulis*.

(14) Κράλι. De νοτῆ Κράλης consulendi Sigismundus Herbersteinus in *Comment. Rer. Moscovit.* pag. 41, et Leunclavius, in *Pand. Turc.* n. 54. Aderant in comitatu et castris Alexii, cum pax ea inita est, legati regis Hungariæ, qui *συμπέθερος* imperatoris dicitur, quia paulo ante Hungariæ regis filiam in uxorem duxerat Joannes Comnenus, Alexii filius primogenitus, uti narrat Zonaras Cinnamus. Imperabat autem Hungariæ eo anno 1108 rex Calamanus, seu Calomanus, unde sequeretur Joannis uxorem, filiam fuisse Calamani, qui regnum adiit an. 1095, obiitque an. 1114. At cum Calamanus Busilham Rogerii Siciliæ comitis filiam an. tantum 1097 uxorem duxerit, ut auctor est Malaterra, lib. IV, cap. 25. Joannes vero ante an. 1105 nuptias

Ex aula imperatoria: *Sebastus Marinus. Rogerius Tancuteri. Petrus Aliphas. Guillelmus Ganze. Rintzardus Printzitas. Iosphre Males. Umbertus filius Graulis. Paulus Romanus: qui ex Dacis venerunt apocrisarii a Crabi et Consocero regis majestatis, Zupannus Peres, et Simon. Et apocrisarii Riscardi Siniscardi, Basilius nobilissimus eunuchus, et Constantinus notarius.*

inierit, sequenti filium procreaverit, non potuit Joannis uxor ex Calamani conjugo prodixisse, quæ eo, quo primum enixa est partum, anno, vix decennium attingeret. Chronicon Weingartense, cap. 10, sororem ejusdem Calamani, Joannis uxorem facit. Sed potior videtur eorum sententia qui filiam fuisse Ladislai regis asserunt, in quibus sunt Cinnamus, lib. I; Thwroczius parte 2, cap. 65; Bonifinus, decade 2, lib. IV; et ex his Pistorius, qui Pyriscam nuncupatam scribunt. Cinnamus vero Irænes nomen tribuit. Sic nempe solebat Græci barbaræ, vel quæ suo ægre poterant efferre idiomate Angustarum nomina aliis mutare. Fuit autem Ladislaus Bela regis, cognomento *Benin*, filius, Geize regis frater, Calamani et Almi regum patruus, excessitque e vivis an. 1095, ut est in Chronico Hilesheimensi, et apud Thwroczius: ex quibus perspicuum sit perperam ab Anna regi Hungariæ, qui tum regnabat, *συμπεντέρου Βασιλῆος* titulum tribui.

(15) Ῥισκάρδου Σινισκάρδου. De Ricardo, aut Ricardo, cujus legati huic interfuere fœderi, sæpius animo revolventi, nihil sanè fere primum subiti quod augurari liceret. Nullus siquidem hac tempestate princeps ista nomenclatura mihi occurubat, qui ejusmodi et tantæ fuerit dignitatis, ut legatos et apocrisarios ad imperatorem mittere potuerit: si tamen Ricardus II cognomento Junior, Capuæ princeps, et Aversæ comes excipiatur, qui eo ævo, perinde ac cæteri Normannici principes, supremo jure in ista Italia 404 parte imperabat. Verum ne protinus conjecturam hanc, seu sententiam amplecterer, non pauca videbantur remorari. Primo eodem jure potest in dubium revocari, idemne sit Ῥισκάρδος ac Ῥικάρδος, seu *Ricardus*; cum id nomen Annæ efferatur per Ῥιντζάρδος, verbi gratia in Ricardo principatus comite, qui huic perinde fœderi subscripsit, et in Ricardo Hugonis fratre, pag. 493. Deinde quid sibi vellet Siniscardi cognomen, quod

ne nemi, ut opinor, scriptore Ricardo Capuano principi attributum constat, laud plane percipiebam. *Juniorem* appellatum testatur Willelmus Gemeticensis, lib. VII, cap. 43. *Secundum* non semel indigitat Petrus Diaconus, ipseque Ricardus in Diplomate, quod descripsit Ughellus in episcopis Puteolan. ita se inscribit: *Nos secundus Ricardus Capuanus princeps, proles bonæ memoriæ D. Jordani magnifici principis*. Sed error irrepsit in annum, qui perperam fuisse 1135 adnotatur. At Siniscardi appellatio Ricardo Capuano attributa non legitur. Non minimum præterea scrupulum movebat Ricardi obitus, quem in mensem Januarium anni 1106, quidam ex scriptoribus conjungit, proindeque multo ante hoc pactum cædus. Denique cum Basilios, Constantinos, nobilissimos, eunuchos, et notarios hic commemoret Anna, nemo erit qui prima fronte istiusmodi nomina et dignitates Græcum principem sapere non statim proflicetur. Hæc etsi haud levioris viderentur momenti, nisi Ricardum Capuanum

Hoc igitur iuramentum scripto mandatum imperator a Baimundo accepit. Dedit autem ei vicissim memoratam superius Bullam Anream subsignatam

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

principem intellexisse Annam existimarem, ab hac tamen sententia non omnino demovebant præallata. Nam ut priorem solvam notum, constat Ριτξάρδος et Ριζάρδος idem esse; quippe Ricardus principatus comes priore, hic, altera appellatione donatur ab Anna, pag. 388, quæ prima Gallicum *Richard*, altera Italianum *Ricardo* extulit. Jam vero quod Ριτξάρδου scribitur, proclivis librorum lapsus ex unius additione elementi conjici potest, ut et in voce Σινισκάρδου; nam legendum Σινισκάρδος censebam, ut Siniscardus ille nobilis Italus, quo cognomine occurrit aliter in Historia nostra Gallo-Byzantina, lib. viii, n. 25, prius fuerit ex Ricardi legatis. De anno demum quo excessit Ricardus haud bene constat. Serius enim quam an. 1106, mortuum par est credere, cum an. tantum 1108, sub mensem Junium, Robertus, fratre demum improle extincto, universam illius ditionem occupavit, et suo juri addiderit, ut est in *Chronico Ceccanensi*. Quo quidem anno, quo fœdus istud Alexium inter et Boemundum initum est, potuerunt Ricardi, recens demortui, legati adhuc apud Alexium morari. Jam vero quod spectat ad Græcicas appellationes et dignitates Ricardi legatis attributas, nemo nescit non Apuliam modo et Calabriam, haud multo ante Alexii tempora, Græcis paruisse, sed et a Longobardis et Normannis posthæc expugnatas servasse in plerisque Græcum idioma, in dignitatibus præsertim et Palatinis officiis, quod longe postea sub Germanicis et Andegavensibus principibus obtinuit, ut in logothetis, stratigotis, catapanis, protonotariis, sebastis, spathariis, nobilissimis, protonobilissimis, dishypatis, et aliis ejusmodi dignitatibus, ut videre est apud Ughellum, tom. VII *Italiae sacræ*, pag. 411, 412, 539, 977, 1074, etc. Denique de eunuchis ita Melchior Incoferus in Dissertatione de eunuchis: *ad Allatum: Ethnicum fuit juventutem evirare, fluxit hæc secta ab Assyriis ad Persas, a Persis ad Græcos, ab his demum ad Latinos, hodieque late in Europa viget: tametsi apud septentrionales haud dum obtinuerit, turpe existimantes nisi bruta castrare.* Hæc etsi primo intuitu haud improbabilis videretur sententia, non omnino tamen aridebat, cum Siniscardi cognomen unico contextu, nullaque prævia virgula, Ricardo tribuatur apud Annam, ita ut unus idemque fuerit Ricardus et Siniscardus.

**405** Cum igitur anceps animi, dubiusque hæberem, commode occurrit *Ricardus senescallus*, qui eo ævo floruit, maximaque fuit auctoritatis inter Normannicos Apulicæ principes, quos proxima attingebat affinitate, adeo ut inter siniscardum et senescallum, vel senescalum, nullum esse discrimen existimari posse confidam. Fuit porro Ricardus iste Drogonis comitis filius, proindeque Guiscardi ducis Apulicæ, et Rogerii Siciliae comitis ex fratre nepos. Drogo vero Ricardi pater ducatum Apulicæ obtinuerat post excessum Guillelmi Ferrebrii fratris primogeniti, ut est apud Guillelm. Ap. I. ii, p. 11, 13; Malaterram, lib. I, cap. 12, 13; Ordericum, lib. iii, pag. 472; Leonem Ost. lib. ii, cap. 68, 73, 81; lib. iii, cap. 15; et Guillelmum Gemeticens. lib. ii, cap. 30. Unde in Charta an. 1053, pro monasterio Venusino S. Trinitatis: *Dux et magister Italiae, comesque Normannorum totius Apulicæ atque Calabriae* inscribitur; in subscriptione vero vir imperialis nuncupatur, propter supremam dominationis, qua pollebat, auctoritatem. Occurrit igitur primo Ricardus senescallus in Tabulis an. 1100, indict. 10, apud Ughellum, in Anglonensibus episc. in quibus *Albenda* illius uxor, et *Roberius* filius subscribunt. Prostat apud eundem

Τὸν μὲν οὖν ἔγγραφον ἔρχον τοῦτον, ὁ αὐτοκρατωρ παρὰ τοῦ Βασιμούντου ἔλαβεν. Ἀντιδίδωκε δὲ πρὸς αὐτὸν τὸν εἰρημένον ἔωθεν Χρυσόθουλλον

Ughellum in episcopis Neocastr. Diploma ipsius Ricardi, in quo *comitis Drogonis filium, atque Roberti Guiscardi Calabriae et Apulicæ et Siciliae ducis, atque filii ejus Rogerii et ipsius hæreditis dapiferum* sese inscribit, et Guiscardum ducem et Rogerium comitem patruus vocat. Ex quibus patet unde senescalli ei dignitas, quæ suprema semper fuit apud reges et principes, accesserit. nempe ex concessione Roberti patris. In alio Diplomate an. 108, indict. 7, apud Ughellum, in archiepiscopis Bavenensibus, *Ricardus senescallus filius bone memorie domini Drogonis magnifici comitis* dicitur, in quo etiam mentio fit *Altrudæ uxoris, et dominæ Roceræ* sororis Ricardi, et domini Alexandri strenui militis filii ejusdem Roceræ. Nec scio an *Altruda* eadem sit cum *Albenda*, quæ Ricardi uxor fuisse dicitur in Charta laudata an. 1100. Idem in alia Guillelmi ducis Apulicæ, Rogerii ducis filii, an. 1113, pro Ecclesia Cosentina, apud eundem Ughellum, ita subscribit: *Ego Richardus senescallus me subscripsi.* Jam vero cum magnæ adeo fuerit dignitatis Ricardus, seu forte ob eas quas possidebat ex paterna hæreditate civitates, quemadmodum ceteri Normannici proceres, seu ob natalium splendorem, ut qui supremi Normannorum ducis filius, et Boemundi ipsius, Rogeriique ducis patruelis esset, nihil sane videtur ob stare, quominus legatos suos ad Alexium mittere potuerit, eaque tempestate simultatem cum ipso Boemundo exercere, adeo ut Alexii partes amplexatus fuerit iis in bellis Dalmaticis; præsertim cum Rogerii ducis Apulicæ vassalus et cliens esset, quocum et Boemundo ob paternam hæreditatem non minima intercedebat controversia, uti narrant Malaterra, Willelmus Apul. Malnesburiensis, Vitalis, et alii. Quod vero spectat ad nomina appellativa Græco more efformata, nemo ignorat in ea Italiae parte, quam Magnam Græciam vocabant, non modo ista, sed etiam hæc ipsa qua vivimus ætate, linguam Græcam ut plurimum viguisse, etiamque hodie vigere; ita ut pleraque ducum Apulicæ, comitum et regum Siciliae Diplomata eo idiomate conscripta in ecclesiarum et monasteriorum tabulariis passim reperiantur. Denique conjecturam nostram non minimum firmanant, tum Ριτξάρδου nomen, quo Ricardi, vel Ricardi appellatio exprimitur, tum illud Σινισκάρδου, quo senescalli, vel senescalci, (varie enim ea vox in laudatis Chartis scripta reperitur) dignitas; quin et forte codex Annæus Σινισκάρδου, aut Σινισκάρδου prætulit. Sed omnem scrupulum, aut dubitationem adimit ipsum de quo egimus Diploma ipsius Ricardi an. 1108, **406** indict. 1, mense April. quod subscribitur a *Basilio imperiali protonobilissimo*, qui ille idem est qui hoc ipsum anno fœderi, quod Alexium inter et Boemundum mense Septembri, indict. 2, ineunte initum est, interfuit, tanquam legatus Ricardi. Nec est quod quis opponat Græca nomina et dignitates Græcicas, quibus apud Annam donantur Ricardi legati, cum ea tempestate et Neapolitani duces, et alii alii Apulicæ proceres imperatorem Constantinopolitanum ut dominum agnoscerent, prætereaque Augusti Byzantini in ejusmodi honorariis appellationibus concedendis haud parci fuerint, præsertim erga Italos, in quibus sibi conciliandis, et in suas partes allicieudis operam suam semper collocarunt, cum recuperandæ Italiae spem nunquam abjecerint. Memoratur denique Ricardus ille senescallus in Diplomate an. 1125, apud Ughellum, tom. VII, pag. 116, et alio an. 1133, tom. IX, pag. 205.

Λόγον, ἐνοσημασμένον. ὁ δὲ κινεῖται ὡς εἶδος A rubramento, ut mos est, propria imperatoris ipsius dextra.

Variae lectiones ex cod. Coislino.

ἰνοσημασμένον.

## ANNΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΛΟΓΟΣ ΙΔ΄.

### ANNÆ COMNENÆ

### ALEXIADIS LIBER XIV.

#### 417 ARGUMENTUM.

Baimundi mors. Philocalis victoriæ de Turcis. Irritæ belli minæ Tancredo intentatæ. Latine classis recessus irritus. Michaelis rebellio, statim oppressa. Gabras Sultani Saiani copias cædit. Pax cum Sultano. Alexii morbus et ejus causæ. Ejus victoriæ de Turcis reportatæ. Triumphans in urbem reditus. Expeditio in Comanos. Ejus occasione commorans Philippopoli Alexius conversioni hæreticorum incumbit cum successu.

#### PERIOCHE.

Baimundus pacem jurejurando firmat. Hyberna suis commoda paciscitur. Sebastii dignitate ac pecunia donatur. Baimundi mors. Philocolæ ad restaurandas Asiæ civitates missus, Atramyntium restituit. Vincit Turcos, et horum ultionem meditantem Asanem exercitu spoliat, timore simulato. Ex tribus eopiarum Asanis partibus, duas inter necione 418 delet. Imperator bellum in Tancredum cogitat. Graves ejus de illo querelæ. Legatio ad res repetendas. Tancredi superbissimum responsum. Tentantur adversus eum animi Gallorum; frustra. Manuelis Butumitæ ad Balduinum legatio; irrita. Cum Plectrane Sangelis filio quid Manuel transegerit. Pecuniæ imperatoris Tripoli relicta. Egre inde recipiuntur. Balduinus et Galli Tyrum obsidentes, duplici potiti muro culpa sua repelluntur a tertio, et perturbatissime cum rege ipso fugiunt in arcem Ace dolo Saracenorum machinis Gallicis subito incensis. Butumitis mendacium ad Balduinum tractationi ceptæ noxium. Balduinus pecunias postulat. Legati re infecta redeunt. Pars pecuniæ apud Tripolim relicta. Bertrani filio relicta. Augustus in Chersoneso. Ejus paratus contra hostes. Recessus classis Latine. Michaelis Amastrini rebellio statim oppressa. Clementia imperatoris in eum. De cætera benignitate Alexii. Saianes sultan cæsis suis a Gabra copias pacem facit cum imperatore Romanæ rei utilem. Expeditio Alexii in Turcos. Ejusdem podagra et ejus causæ. Labor ejus in audientia Gallis danda. Alexii in morbo religiosa verba. Suspicio veneni. Augustus in Turcos movet. Prusa, Apollonia, Cyzicus a Turcis capti. Camytzes vincitur et capitur ab iisdem. Alexius Turcos acie pulsos arundinetis fluminis injectis elicit et cædit: aut capit omnes. Ampelas et Tzipureles Romani duces cæsi. Turci fugantur iterum. Camytzes et Turcorum vinculis fuga. Ejus adventus Constantinopolim. Alexii amor in suos milites. Alexii laudes magnis et longis emptæ laboribus. Virtus ejus in adversis. Excusatio Annæ. De fide hujus historiæ. De laboribus Annæ. Qua tempore hæc scripserit, quove otio, quibusque præsidii ac testibus, quantoque omnium examine. Ordo vitæ domesticæ Alexii. Remissiones ejus. Expeditio in Comanos, et ejus occasione mora Philippopoli. Hujus urbis origines; conditor; magnificentia; nomen prius; descriptio. Multi in ea hæretici. Pauliciani qui, unde, a quo, quam ob causam ex Asia in Thraciam translati. Digressio de Porphyrio et Platónico dogmate de monarchia. Hæreticos ad respiscendum adhortatur Alexius; in id assidua contentione incumbit. Zelus ejus et studium religionis. Comani Danubium transeunt. Occurrit contra imperator. Ejus illi metu retrocedunt. Romani longe ultra Istrum eos insecuti redeunt. Resumitur disputatio cum hæreticis. Multa illorum millia Ecclesiæ conciliata. Liberalitas Alexii in conversos. Alexiopolis sive Neocastrum nova urbs condita. Cusius, Pholus, et Culeon hæreticorum antesignani ontumacissime Augusto meliora suadenti obsistunt. Ex his tandem Culeon mutatur in melius. Alii duo perpetuo carceri addicti.

## ΑΛΕΞΙΑΣ ΙΔ'.

**419** His ita ex imperatoris sententia conclusis, A  
descriptum superius a nobis instrumentum concordiae firmavit Baimundus praesens iurejurando religiosissimo; nam et prolatum sacrum Evangeliorum codicem, et lanceam qua Salvatoris nostri latus impii punxerunt, Deum auae fidei ac voluntatis testem invocans, tetigit. Sub haec redire se in patriam dixit cupere; praecessurumque mox illuc, relictis in arbitrio ac potestate imperatoris copiis suis omnibus, quibus volebat petebatque in terris Romanae ditionis hiberna praebere commoda, et necessariorum ad victum usumque rerum liberali suppeditatione copiosa; tum transacta hieme, ubi ex belli laboribus sese recreassent, liberam potestatem fieri quo vellent abeundi. Talia petenti Augustus Baimundo statim omnia concessit; ipsique privatim praeter sebasti dignitatem pecunias quoque multas in sua castra revertenti cumulavit. Prosecutus euntem est Constantinus Euphorbenus cognomento Catacalo, partim prohibiturus ne qua illi per viam a cohortibus nostris in varia praesidia dispersis vis injuriave inferretur; partim, idque potissimum, ut exercitus Gallici, recessuro brevi Baimundo imperatoris providentiae, ut dictum est, commendati curam praesens gereret: qua salubribus ipsi et tutis castris designandis, qua aequis eorum postulatis audiendis exsequendisque, prout posset. Sic reversus ad suos Baimundus ubi exercitum iis tradidit, quos imperator ad idipsum miserat, monere consensa Longobardiam tenuit; et sexto hinc mense moriens commune debitum sol-

Τῶν οὖν δεδογμένων τῷ αὐτοκράτορι πέρασ ἐσχηκότων τὴν ἐκτεταθῆσαν ἀνωτέρω ἐγγραφον συμφωνίαν Ἐνορκος ὁ Βαϊμούντος βεβαιωτάμενος, τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων προτεθέντων, καὶ τῆς λόγῃς δι' ἧς τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πλευρὰν οἱ ἄνομοι ἐξεκέντησαν, τὴν πρὸς τὴν ἐνεγκαμένην ἐπάνουον ἤτειτο ἀναθέμενος πάντας τοὺς ὄπ' αὐτὸν τῆ ἐξουσίᾳ καὶ γνώμῃ τοῦ αὐτοκράτορος· ἀξίῳ δὲμα ἐντὶς τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας παραχειμάσαι τοὺς τῶν χρεωδῶν δαψιλῶς ἐπιχορηγοιμένων αὐτοῖς· ἐπὶν δὲ ὁ χειμῶν παρέλθοι, καὶ τῶν πολλῶν κόπων ἑαυτοὺς ἀνακτῆσαι, ὅπου βουλήτην αὐτοῖς συγχωρηθῆναι ἀπελευθεσθαι. Ταῦτα αἰτησάμενοι, καὶ τὸν αὐτοκράτορα συγκατατιθέμενον ταῖς τοῦτων αἰτήσεσιν εἶχεν εὐθύς. Τιμηθεὶς οὖν τριηκῆα τῶ τῶν σεβαστῶν ἀξιώματι καὶ χρήματα λαβὼν ἰκανὰ (16), πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐπανέτρεχε στρατεύμα. Συναπῆς δὲ τοῦτῳ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Εὐφορβῆς ὁ τὴν προσηγορίαν Κατακαλῶν, ὡς μὴ τι κατὰ τὴν ὁδὸν δεῖνὸν παρὰ τινῶν στρατιωτῶν τῶν ἡμετέρῳ ταγμάτων αὐτῷ συμβαίη, ἀλλὰ μᾶλλον πρόνοιαι τοῦ στρατοπέδου αὐτοῦ ποιῆσαι, ἐν τε προσήκοντι τόπῳ καὶ ἀκινδύνῳ στρατοπεδεύοντος καὶ ἐν δεξιμῆνας τὰς αἰτήσεις παρέχοι αὐτοῖς; \* Κατακαλῶν οὖν τὴν ἰδίαν παρεμβολὴν καὶ παραδούς τὸ στρατεύμα τοῖς ἐπ' αὐτῷ τοῦτῳ ἀπεσταλμένοις παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος, εἰς μονῆρας εἰσελθὼν τὴν λογιθαρδίαν κατέλαθεν. Οὐ πλείω δὲ τῶν ἐξ μηνῶν (17) ἐπιθιούς τὸ κοινὸν ἀπεδεδώκει χρέος. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τῆς τῶν Κελτῶν ἐπιφροντιδος εἶχετο, καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς εἰς διαθέμενος (18) τῆς πρὸς τὸ

Variæ lectiones ex cod. Coislín.

\* αὐτῷ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(16) *Χρήματα λαβὼν ἰκανὰ*. Albert. Aq. lib. x, cap. 44, de Boemundo: *Et sic imperatori in magnitudine et pondere ineffabili auri et argenti et ostri pretiosi reconciliatus est.*

(17) *Ἐξ μηνῶν*. Boemundus, icto fœdere cum Alexio, in Apuliam reversus, dimissaque peregrinorum turba, quæ ex voto tenebatur iter Hierosolymitanum adimplere, ipse domi familiaribus adhuc curis detentus remansit. Æstate vero sequente, præparatis jam ex parte ad iter necessariis, et congregato navigio, dum ad iter accingeretur, copiis undecunque convocatis, valida correptus ægritudine, in fata concessit. Hæc Tyrius, lib. II, cap. 6, qui Annæ concinit, tradenti, sexto post solutam Dyrrachii obsidionem mense excessisse Boemundum, proindeque anno 1119; nam pax icta cum Alexio mense Sep:embri an. 1108. At Albertus Aq. lib. II, cap. 48, mortuum scribit Boemundum apud B. rium civitatem, et ad B. Nicolai ædem sepultum, eo tempore quo Henricus V rex, imperator IV Romæ plurimos sibi resistentes hostili impetu in ore gladii crudeliter edomuit. Qua tempestate Rogerium Apuliae ducem et Boemundum fratres defunctos auctor est etiam Petrus Diaconus, lib. IV, cap. 42, Henrici vero expeditionem Italicam ad an. 1110 et 1111 re-

ferunt scriptores. Certe Boemundi mortem sub an. 1110 ponit Mathæus Paris; in indictionem 4, an. 1111, rejiciunt *Chronicon Ceccanense, Chronic. Malleacense*, et Ordericus Vitalis, lib. II, pag. 824. Sed errat Ordericus, cum Antiochiæ obfisse scribit. Nec dissentit Falco Beneventanus, qui extinctum tradit mense Februario an. Chr. 1110, indict. 4, quæ cadit in annum sequentem. Unde, ut recte observat Camillus Peregrinus, Falconi mensis Februarii anni 1110 est ultimus ejusdem anni, cum solemne sit eidem scriptori annos Christi a mense Martio auspiciari. Anonymus denique Barensis ad mensem Martium an. 1111 Boemundi obiitum refert, cui astipulantur Emortualia monasterii Casinensis, a Caracciolo edita. Guibertus, lib. VII, cap. 34, et Willelmus Malmesbur. lib. IV *Hist. Angl.* pag. 151, veneno occubuisse narrat. Denique Canusie in Apulia, in ecclesia S. Sabini sepultum asserunt alii, ad cujus sepulchrum leguntur etiamnum inscriptiones, seu epitaphia aliquot, quæ existant apud Baroniam, an. 1111.

(18) *Διαθέμενος*. Sequitur in editione Hæschel.: *Καὶ ἀπὸ Διαδόλεως ἀναστάς (καὶ γὰρ ἐσκήνον, ὅτε τὰς μετὰ τοῦ Βαϊμούντου συμφωνίας πεποίητο) τῆς πρὸς τὸ Βυζάντιον, etc.*

Βυζάντιον φερούσης ἦφατο. Ἐπανελθὼν δὲ οὐ πρὸς Ἀ  
 ἀνέσεις καὶ ἀναπαύλας ἀνέκλιεν ὄλωσ, ἀλλὰ λογι-  
 ζόμενος αὔθις ὅπως τὰ κατὰ τὴν παραλίαν τῆς  
 Σμύρνης καὶ μέχρι αὐτῆς Ἀτταλείας οἱ Βάρβαροι  
 τελείως ἠρείπωσαν ἐν δεινῷ ἐποιεῖτο, εἰ μὴ τὰς πό-  
 λεις αὔθις εἰς τὴν προτέραν ἐπαναγάγοι κατὰστασιν  
 καὶ τὸν πρῶτον ἀποδοῖη κόσμον, καὶ τοὺς ἀπανταχῆ  
 σκεδισθέντας ἐποίκους αὐταῖς ἐπανασώσοιτο. Οὐ  
 μὴν ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῆς τοῦ Ἀττάλου ἀμεριμνίαν  
 εἶχεν, ἀλλὰ πολλὴν ἐποιεῖτο τὴν περὶ αὐτῆς φρον-  
 τιδα. Ὁ Φιλοκάλης οὖν Εὐμάθιος (ἀνὴρ δὲ οὗτος  
 ἐπιβολώτατος, καὶ τῶν ἐπιφανῶν οὐ γένει μόνον,  
 ἀλλὰ καὶ φρονήσει τῶν πολλῶν διαφέρων, ἐλευθέρως  
 καὶ γνώμην καὶ χεῖρα, πιστὸς μὲν πρὸς θεὸν καὶ  
 τοὺς φίλους, πρὸς δὲ τοὺς δεσπότας εὐνοῦς εἴπερ  
 τις ἄλλος· τῆς μέντοι στρατιωτικῆς παιδείας πάν-  
 ῤ ἀμύητος· οὔτε γὰρ τὸξον καὶ νευρὸν ἐπὶ μαζῶν  
 ἔλκειν ἦδει, οὔτε θυρεῶν σκέπασθαι· τὰλλα δὲ δει-  
 νότατος, λόγους<sup>97</sup> τε ἐπιστᾶν, καὶ διὰ πάντοθεν  
 μηχανημάτων τοὺς πολεμίους ἠτᾶν.) Οὗτος προσ-  
 ελθὼν τῷ αὐτοκράτορι, τὴν τῆς Ἀτταλείας<sup>98</sup>  
 φρουρὰν ἐπιμελῶς ἤτειτο<sup>99</sup>. Γινώσκων οὖν τὸ  
 ποικίλον πῶν αὐτοῦ νοημάτων τε καὶ ἐγχειρήσεων  
 ὁ αὐτοκράτωρ, καὶ τὴν συμπαραμαρτοῦσαν αὐτῷ  
 εὐτυχίαν ἦτις ποτὲ ἐστὶ τε καὶ λέγεται· οὐδὲ γὰρ  
 εἰσδῆτινι ἐπιβελῶν ποτε πράξει διημάρτηκε τοῦ  
 σκοποῦ· πεῖθεται διὰ ταῦτα· καὶ δυνάμεις ἀπο-  
 χρώσας αὐτῷ δίδωσι, πολλὰ ὑποθέμενος καὶ ἐντει-  
 λάμενος ἐν πᾶσι κουνεχῶς τὰς ἐπιχειρήσεις ποιεῖ-  
 σθαι. Ὁ δὲ καταλαβὼν τὴν Ἄβυδον αὐτίκα τὸν  
 ἀναμεταξὺ διαπλωτῆσάμενος πορθμὸν, καταλαμβάνει  
 τὸ Ἀτραμύτιον. Πόλις δὲ πρῶτη μὲν ἦν πολυαν-  
 θρωποτάτη, ὀπηνίκα ὁ Τζαχὰς τὸ ἰ κατὰ τὴν  
 Σμύρνην ἐληΐζετο καὶ αὐτὴν παντελῶς ἐρειπώσας  
 ἠφάνισεν. Τὸν γοῦν παντελῆ ἀφανισμὸν τῆς τοιαύ-  
 τῆς θεασάμενος πόλεως, ὡς δοκεῖν μὴδὲ ἄνθρωπον  
 κατοικῆσαι ποτε ἐν αὐτῇ, παραχρῆμα ἀνφοκοδμήσῃ  
 τε καὶ εἰς τὸ πρότερον ἀποκατέστησε σχῆμα τοῦ  
 τε ἐποίκου ἀπανταχόθεν ἀνεκαλέσατο, ὅποσοι τέως  
 τῶν αὐτοχθόνων ἐσίζοντο, καὶ ἐξ ἀλλοδαπῶν πολ-  
 λούς μεταπεμφάμενος ἐνέκισε τε καὶ τὸν πρότερον  
 ἀπεδεδώκει κόσμον. Πυθόμενος δὲ περὶ τῶν Τούρ-  
 κων καὶ μεμαθηκώς κατὰ τὴν Λάμπην τούτους τῷ  
 τότε ἐνδιατρίβειν, ἀπόμοιραν τῶν ὑπ' αὐτὸν δυνά-  
 μων ἀποδιελόμενος, ἐξέπεμψε κατ' αὐτῶν. Οἱ καὶ  
 καταλαβόντες<sup>1</sup> αὐτοὺς καὶ πόλεμον καρτερὸν μετ'  
 αὐτῶν συνάψαντες<sup>2</sup>, τὴν νικῶσαν εἶχον παραυτίκα.  
 Ἀπηνῶς δὲ τοῖς Τούρκοις τοσοῦτον<sup>3</sup> ἐχρήσαντο,  
 ὡς καὶ τὰ νεογνά τούτων εἰς λέθητας ἐμβαλεῖν  
 καχλάζοντας, πολλοὺς δὲ καὶ ἔκτειναν, καὶ ζωγρεῖαν  
 ἄγοντες πρὸς τὸν Εὐμάθιον χαίροντες ἐπανήξσαν.  
 Οἱ δὲ γε καταλειφθέντες Τούρκοι μελενδυτήσαντες  
 καὶ τὰς<sup>4</sup> σφῶν ἐξ αὐτῶν ἀμφίων περιστάσαι τοῖς  
 ἱμορῦλοις βουλόμενοι, ἄπρασιν τὴν ὑπὸ τῶν Τούρ-  
 κων κατεχομένην διήξσαν χώραν, γοερὸν ἀνομιώ-

vit. Post ejus discessum detulit et exercuit ali-  
 quando Augustum cura Gallorum; tandem, quæ  
 ipsos spectabant recte constitutis ac compositis  
 omnibus, iter capessivit Byzantium versus. Domum  
 redux, non ille in otium remissionesque declinavit;  
 sed animo reputans miserrime vastatam aut potius  
 desolatam funditus a Barbaris oram Asiæ littora-  
 lem universam quanta patet ab Smyrna usque ad  
 Attaliam, exprobrabile sibi statuebat fore, nisi  
 florentes olim civitates illas, restituendis ædificiis  
 ac cætero ornatu, civibus quoque ipsarum qui di-  
 spersi omnem in partem reperiri possent, in eas  
 reducendis repararet. Atque illi versanti curam  
 istam et ipsam urbem Attali majori etiam quam  
 cæteras sollicitudinæ amplectenti, sistit se commo-  
 dum Philocates Eumathius promptissimi vir animi,  
 et velocibus magnarum rerum aggressionibus mi-  
 care habilis. Erat hic ex illustribus; non genere  
 solum, sed etiam prudentia plerisque præstans,  
 liber atque alacer consilio juxta manueque, **420** Deo  
 fidelis et amicus; dominis vero benevolus si quis-  
 quam alius. Militarium exercitationum rudis, non  
 atous nervum ad mammam attrahere, non clypeum  
 apte ostendere solebat; cæterum animi versutia  
 disciplinæ defectum supplens, magnum sui dabat  
 in bellis usum, cum eo nemo cautius insidias loca-  
 ret, nemo machinas, nemo astus artesque operi  
 martis designaret adhiberetque solertius: quibus  
 plerumque rebus fortissimos vicerat. Supplex is  
 imperatori accidit, etiam atque etiam rogans sibi  
 ut urbis Attaliæ præsidium præfecturamque commit-  
 teret. Imperator, qui mentem hominis ad omnium  
 temporum occasiones paratam, et quidvis tum de-  
 signare cogitando, tum invadere audendo facilem  
 noverat, sollicitatem etiam (qualis ea quævecumque  
 est) perpetuam ceptis ejus adnissæ comitem memi-  
 nerat, quippe quem ferebant nihil unquam aggressum  
 quod non confecisset, annuit sane petenti, et  
 multa monens mandansque, super omnia ut nihil  
 nisi certæ rationis tuto consilio susciperet, idoneis  
 instructum copiis dimittit quo cupiebat. Is perve-  
 ctus Abydum trajecto freto intermedio Atramyti-  
 um se contulit. Populosissima hæc olim civitas, quo  
 tempore Tzachas Smyræ imperitans cunctam lato  
 oram impune vastabat, ab eo desolata miserrime  
 penitusque excisa fuerat. Percussit aspectu primo  
 Philocalis animum misericordia urbis ex florentis-  
 sima fortuna eo redactæ, ut soli jam incultissimi  
 squalens horror, neminem illis unquam habitasse  
 hominem suadere videretur. Muros igitur domos-  
 que reficere aggressus, brevi prioris formæ quan-  
 dam speciem restituit; deinde urbi reparatæ fre-  
 quantandæ cives ejus atque indigenas quotquot vel  
 rure circum abditos vel peregre extorres sua in  
 hunc diem fortuna servasset, convocavit undecun-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>97</sup> λόγους. <sup>98</sup> Ἀττάλου. <sup>99</sup> ἤτει. <sup>1</sup> τὰ. <sup>2</sup> αἱ καὶ καταλαβούσαι. <sup>3</sup> συνάψασαι. <sup>4</sup> Deest vox τοσοῦ-  
 τον. <sup>5</sup> τὰ.

que plurimos; supplevit numerum colonis; accersendaque aliunde juventute et celebritatem et ornatum pristinum Atramytio reposuit. Accepto autem indicio de Turcis esse illos circa Lampen, lectum agmen ex suis segregatum copiis contra ipsos misit. Profecti nostri acri cum Turcis certamine commisso, plane ipsos, idque impetu primo, superant: tam crudeliter usi victoria ut Turcorum parvulos in lebetes per lusum et lasciviam cachinantes injicerent. Cæsis plurimis, captivos quoque ducentes multos, læti ad Eumathium victores redeunt. At Turci superstites, quo luctum ac cladem suam vestium quoque tristitia testarentur, pullis atrati palliis circumibant urbes regionesque omnes Turcici nominis, querule ac lamentabiliter narrantes quæ sibi acerba contigissent. Movebat cum vox passim ad misericordiam suorum, ad iram et conatum reponendæ hostibus cladis concitabantur haud dubie Barbari, Eumathio interim Philadelphix (eo se transtulerat) ob felicitatem successus tanti gaudente in sinu.

Cæterum archisatrapa quidam, Asan 421 nomine Cappadociam obtinens et indigenis velut mancipiis superbe avareque abuti solitus, audito quid contigisset Turcis de quibus diximus, exemplo quas in manu habebat copiis contractis, aliisque aliunde additis usque ad numerum quatuor et viginti millium militum, cum iis infestus vadit adversus Eumathium, acrem hominem ac vigilem, ideoque nec falli aut deprehendi facilem. Is Philadelphix considens habebat ubique exploratores multos bene auritus beneque oculatos in speculis, quorum utrunque fidelium ac probatorum attentionem subinde insuper inspectoribus mittendis acuebat in sollicitudinem quam maximam, ita ut noctes totas in vigilia traducerent, atque in suspecta pariter et tuta loca parem acrimoniam curæ inconni-ventis intenderent. Horum qui forte primus contra venientem conspicatus procul est exercitum Turcicum curriculo accedens Eumathio quid instaret nuntiat. Ille animi vir præsentissimi deliberationisque velocis, quique longarum consultationum ratiocinia uno sani consilii momento corripere, ut statim sensit nentiquam adesse idoneo copias numero quas comparare Turcicis patienti acie prudenter posset, claudi Philadelphix, ubi erat cum suis ipse, portas omnes jubet. Edicit deinde: Nemo murum ascendat, nemo clamet, nemo tibia citharave sonum edat, qui exaudiri possit ab hostibus; omnes ejusmodi justitium silentiumque teneant quo persuaderi circumvenitibus auseultaturis queat plane desertam et a nemine cultam viventium hanc videri civitatem. Adnovit inde Asan se Philadelphix, ac cum urbem corona suorum cinctam curiose toto triduo lustrasset; solitudinem, inquam, mœnium, obstructarum a parte interiori portarum speciem cæteramque infirmitatis ac timoris confessionem usurpasset oculis, facile in

ζοντες και τὰ σφίσιν αὐτοῖς ξυμπεσόντα δεινὰ διηγούμενοι, κάκ τῶν ἀμφίων ἅπαντας εἰς οἶκτον παρακινούντες και πρὸς ἄμυναν ἐρεθίζοντες. Ὁ δὲ Εὐμάθιος τὴν Φιλαδέλφειαν καταλαβὼν, ἔχειρεν ἐπὶ τῇ εὐτυχίᾳ τοῦ ἐγγειρήματος.

Ἀρχισατράπης δὲ τις Ἄσαν τὴν κλησίν, ὃ τὴν Καππαδοκίαν κατέχων, τοῖς αὐτόχθοισι καθαπερὶ ἀργυρωνήτοις χρώμενος μεμαθηκῶς τὰ τοῖς ἤθῃ βῆθεισι Τούρκοις ξυμπεσόντα, τὰς οἰκίας δυνάμεις ἀναλαβόμενος, και ἐτέρωθεν πολλοὺς μεταπεμψόμενος ἐς εἰκοσι πρὸς ταῖς τέσσαραις χιλιάδας παραστήσῃ τὸ ὑπ' αὐτῶν ὁ στρατεύμα κατ' αὐτοῦ ἐξίσι. Δεινὸς δὲ ὢν ἀνὴρ ὁ Εὐμάθιος, ὡς εἴρηται, οὐκ ἀμελῶς τὴν Φιλαδέλφειαν ᾤκει, οὐδ' ἀναπεπύκει εἰσω τῶν ταύτης τειχῶν γεγονῶς, ἀλλὰ σκοποῦς τε ἀπανταχῇ ἐπέμπε. Καὶ ἵνα μὴ ἀμελοτεν αὐτοὶ προσέπεμπεν ἄλλους, και πρὸς ἐγρηγόρησιν ἀνηρέθιζεν, ὥστε παννύχους ἐγρηγορέναι, και τὰς ἀμφιδους και τὰς πεδιέδας περιεθερεῖν. Τούτων οὖν τις πόρρωθεν τὸ Τουρκικὸν θεασάμενος στρατεύμα, δρομαίως αὐτῷ προσελθὼν ἀπαγγέλλει. Ὁ δὲ φρενήρης ὢν και ὀξύς τὸ δέον συνιδεῖν και ἐν ἀσκέτῳ χρόνῳ πέρας τοῖς λογισμοῖς διδόναι, ἐπὶ μὴ ἀποχωρῶσας πρὸς τσαυτάς ἔχειν ἐγνώκει δυνάμεις παραχρημα ἀπάσας τὰς πύλας ταυτησὶ τῆς πόλεως ἀσφαλισθῆναι ἐκέλευσε, και μηδένα τὸ παράπαν εἰς τὸ τεῖχος συγχωρεῖσθαι ἀνίεναι, μήτε μὴν κραυγάζειν ὄλω, μήτε αὐλοῦς ἢ κιθάρας ἔχειν, και ἀπλῶς ἐν τοιούτῳ σχήματι τὴν πόλιν κατεστήσατο ὥστε πάντῃ ἀόκητον δοκεῖν τοῖς διαρχομένοις. Ὁ δὲ Ἄσαν (19), καταλαβὼν τὴν Φιλαδέλφειαν και τῷ οἰκείῳ περιζώσας τὰ τεῖχη στρατεύματι, ἐπὶ τρισὶν παρέμεινεν ἡμέραις. Ὡς δὲ οὐδεὶς ἄνωθεν προκύπτων ἐφαίνετο, αἱ δὲ πύλαι τῶν ἐντὸς ἔχον ἀσφάλειαν, ἐλεπόλεις δὲ οὐ παρήσαν αὐτῷ οὐδὲ πετροβόλα δρυανα, νομισας ὀλίγον εἶναι τὸ τοῦ Εὐμαθίου στρατεύμα και διὰ τοῦτο μηδὲ ἀποθαρρῆναι τὴν ἐξίλευσιν και πολλὴν ἀσθένειαν καταψηφισάμενος τῶν ἐντὸς, ἄλλην ἀτραπὸν ἐτρέπετο, καταπεφρονηκῶς αὐτοῦ παντάπασι. Δέκα γοῦν χιλιάδας τοῦ ἰδίου στρατεύματος διελθὼν, κατὰ τοῦ Κερθιανοῦ (20) ἐξάπέστειλεν, ἐτέρας δὲ ὡς πρὸς Σμύρνην

Varix lectiones ex cod. Coislin.

\* αὐτοῦ. † ἐκέλευε. ‡ Desunt voces ἐλεπόλεις δὲ οὐ παρήσαν αὐτῷ οὐδὲ πετροβόλα δρυανα. § Κερθιανοῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(19) Ἄσαν. 407 Cujus meminit pag. 518. Vide Eotas.

(20) Κερθιανοῦ. Regio, ut videtur, Thracensi Themati (in quo erat Smyrna, ut est apud Porphy-

rogenetiam) vicina, *Celbina* dicta Paulo D'ac. lib. xxii *Hist. Misc.* Nicetæ in Isaac. Mb. i n. 4, et *Acropolis*, pag. 398, ed. Genev. Vide Leuncl. n. 59.

καὶ <sup>10</sup> τὸν Νύμφαιον (21), τὰ δὲ γε ἐπιλοίπους ἄπαντας δὲ εἰς προνομὰς ἀποστείλας, συνέπετο καὶ αὐτὸς τοῖς πρὸς : . . . ἀπερχομένοις. Ὁ μὲντοι Φιλοκάλῃς, διαγνοὺς τὸ τοῦ Ἄσαν ἐπιχειρήμα, ἀπάσας τὰς ὕπ' αὐτὸν δυνάμεις κατὰ τῶν Τούρκων ἀπέστειλεν. Οἱ καὶ διώκοντες τοὺς πρὸς τὸ Κερβιανόν <sup>11</sup> ἀπελθόντας, ἀμερμερίμως καταλαμβάνουσι, καὶ ἐπεισεσόντες τούτοις ἀγαζούσης ἡμέρας ἀφειδῶς κατέσφαττον· τοὺς δὲ παρ' αὐτῶν κατεχομένους δορυαλώτους ἐβρόύσαντο ἄπαντας, κάπειτα τοὺς πρὸς τὴν Σμύρνην καὶ τὸν <sup>12</sup> Νύμφαιον ἀπερχομένους Τούρκους ἐδίωξαν. Διεκδραμόντες δὲ καὶ ἅτινες ἀπὸ τε τοῦ ἔμπροσθεν μέρους καὶ ἐξ ἑκατέρων κεράτων τὴν κατ' αὐτῶν συγκροτήσαντες πόλεμον κατακράτος ἐνίκησαν, καὶ πολλοὺς μὲν κτείνουσι, πολλοὺς δὲ καὶ ζῶντας ἀγούσιν. Οἱ δὲ γε καταλειφθέντες ὄλιγοὶ πάνυ φεύγοντες ταῖς δίαις τοῦ Μαιάνδρου ἐμπεσόντες εὐθὺς ἀπεπνίγησαν. Ποταμὸς δὲ οὗτος περὶ Φρυγίαν, σκολιώτατος ποταμῶν ἀπάντων καὶ καμπὰς συνεχεῖς ποιοῦμενος. Θαρσήσαντες <sup>13</sup> δὲ καὶ ἐπὶ τῇ δευτέρᾳ νίκῃ τοὺς ἐπιλοίπους ἐδίωκον. Ἄλλ' οὐδὲν αὐτοῖς ἐγένετο πλέον τῶν Τούρκων φασάντων πορρωτέρω γενέσθαι τούτων. Εἶθ' οὕτως ἐπανήλθον πρὸς Φιλαδέλφειαν. Ὁ δὲ γε Εὐμάθιος τούτους θεασάμενος καὶ μεμαθηκῶς ὡς ἐκθύμως ἠγωνίσαντο σπεύδοντες μηδένα τῶν χειρῶν αὐτῶν ἐκφυγεῖν, διψιλῶς αὐτοὺς φιλοτιμησάμενος, μεγάλας καὶ εἰς τὸ ἔμπροσθεν ὑπισχνεῖτο τὰς χάριτας.

mentis aucti, vertunt facies, opponuntque nostris adversa pectora; quadratoque atque in cornua descripto agmine copiam aperti praelii audent facere; concurritur acriter, nostris egregie vincentibus. Cadunt Turcorum multi, nec pauciores vivi capti servitum abducuntur; reliqui perpauca cæca et præcipiti in Mæandri vortices illati fuga, iis absorpti male periire. Alluit hic annis Phrygiam, Anviorum obliquissimus omnium et assiduis sese flexionibus contorquens. Porro nostri, ex hac secunda victoria majoribus conceptis animis, ad tertiam quoque quæ restabat sola Turcorum manum deprehendendam cogitationes et cursum intenderunt. Frustra id tamen, quod Turci nimio jam intervallo præcesserant. Rediere igitur Philadelphiam quos victores atque incolumes lætus gratulansque Eumathius amplectens fortitudine ipsorum egregia, quia erant totis viribus annisi ne quem sibi elabi hostium sinerent, magnopere collaudata, donis eos pro copia præsentis amplis muneratus est: uberiores etiam gratias tantorum meritorum, suam et Augusti fidem addicens, promisit in posterum.

Μετὰ δὲ τὴν τοῦ Βασιμούντου τελευταίην, ἐπειδὴ ὁ Βασιμούνδος τῆς Ἀντιοχείας περιεδράξατο, καὶ ὡς διαφέρουσαν αὐτῷ ἐλογίζετο παντάπασιν τὸν αὐτοκράτορα ταύτης ἀλλοτριῶν, ὁ βασιλεὺς ἐνταῦθα κατανοῶν καὶ τοὺς ἐπὶ τῇ πύλει παρασπονδουμένους <sup>14</sup> ὄρκους τῶν Βαρβάρων τούτων ἐφράγγων. Καὶ ὅτ' αὐτὸς πολλὰ μὲν ἀνηλώκει ῥήματα, πολλὰ δ' ἐπεπόνθει δεινὰ, τὰ τε μυριοπληθῆ ἐκείνα στρατεύματα ἐκ τῆς Ἑσπέρας εἰς τὴν Ἀσίαν διαδιβάζων, καίτοι δυστραχηλωτάτοις αὐτοῖς ἐντυγχάνων ἀεὶ καὶ καταπικροῖς ἀνδράσι. Πολλὰ δὲ στρατεύματα Ῥωμαϊκὰ τούτοις συνεκπέμπων κατὰ τῶν Τούρκων

eam sententiam venit, ut paucos esse intus cum Eumathio milites crederet. Itaque si balistas ac machinas reliquamque obsidionalem suppellectilem haberet, tentaturus haud dubie oppugnationem ex templo videlatur. Nunc eo destitutus apparatu contemptis hostibus, quod eis numerum et animos ad eruptionem deesse credebat, decem suorum millia ab reliquo exercitu disjuncta misit contra Cербianum; agmen aliud Smyrnam versus ac Nymphæum jubet separatim tendere; tertium denique ex reliquiis universis constans in Pergamum ac Clisra immisit, mandatis ad omnes editis ut prædis ac latrociniis agerent ferrentque late cuncta. Ipse harum partium unam pone assectabatur eam quæ . . . versus intendebat iter. Nihil, horum Philocalen latuit. Ergo haud dubiæ occasionem victoriæ oblatam divisione Turcorum interpretans, suas omnes quotquot habebat irruere in illos copias jubet. Eunt nostri; forteque in eos improvisi incidunt qui Cербianum petebant. **422** Mora nulla; pugnae, aut cædis potius, diluculo initium fit; internecione conciduntur Barbari. Nostri, recuperatis liberalisque captivis omnibus, quos istud Turcorum agmen obiter ceperat, ad insequendum aliud quod Smyrnam ac Nymphæum cogitasse diximus, vim atque impetum vertunt. Turci reliquæ prioris cladis ad hanc secundam aciem calamitatis suæ nuntii communisque indices periculi se applicuerant. Horum igitur qua indicio admoniti, qua supplemento aucti, vertunt facies, opponuntque nostris adversa pectora; quadratoque atque in cornua descripto agmine copiam aperti praelii audent facere; concurritur acriter, nostris egregie vincentibus. Cadunt Turcorum multi, nec pauciores vivi capti servitum abducuntur; reliqui perpauca cæca et præcipiti in Mæandri vortices illati fuga, iis absorpti male periire. Alluit hic annis Phrygiam, Anviorum obliquissimus omnium et assiduis sese flexionibus contorquens. Porro nostri, ex hac secunda victoria majoribus conceptis animis, ad tertiam quoque quæ restabat sola Turcorum manum deprehendendam cogitationes et cursum intenderunt. Frustra id tamen, quod Turci nimio jam intervallo præcesserant. Rediere igitur Philadelphiam quos victores atque incolumes lætus gratulansque Eumathius amplectens fortitudine ipsorum egregia, quia erant totis viribus annisi ne quem sibi elabi hostium sinerent, magnopere collaudata, donis eos pro copia præsentis amplis muneratus est: uberiores etiam gratias tantorum meritorum, suam et Augusti fidem addicens, promisit in posterum.

Baismundo vero, uti diximus, defuncto, cum Tancredus possessioni Antiochiæ incubare pergeret, teneretque eam mordicus, ac plane imputaret ut propriam jure quam optimo, res enimvero imperatori visa est ejusmodi, quam nec tolerare, nec dissimulare posset amplius. Præterquam quod enim jurisjurandi religio et illa Deo teste a tot illis Francis ducibus jurata fides vindicando utique libris violabatur; erat etiam iniquissimum interverti sibi fructum tot laborum totque sumptuum; nec quod innumerabiles tot illos exercitus infinitis incommodis impensis maximis ex Occidente in

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>10</sup> τό. <sup>11</sup> Κελδιανόν. <sup>12</sup> τό. <sup>13</sup> θαρρήσαντες. <sup>14</sup> απενδομένοις.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(21) Νύμφαιον. Lydia urbs Nicephoro Gregoræ, lib. iii et vi. Acropolis, Ducæ, cap. 21. Waddingo, an. 1253, n. 43. Vide Leuncl. n.

453.

(22) Χλιαρά. Urbs nota Nicetæ in Man. Acropolis, Ducæ, etc.

Asiam deportaverit, quod superbæ gentis, quod A  
 protervæ multitudinis fastus, minas, insolentiam  
 patientia pertulerit, nihil sibi esse repositum mer-  
 cedis loco, nihil ne solatii quidem causa ac nomine  
 concedi. Atqui præterea deducendos Gallos per  
 terras hostiles a suis ipse sumptu maximo conscrip-  
 ptis, armatis, longo tempore ad id unum auctoratis,  
 exercitibus curaverat. Suos enim fere semper mil-  
 lites et duces Latinis in Asiam euntibus viæ comites  
 bellique socios adjunxerat; primum Christiana  
 charitate, quo religionis communione unius sibi  
 devinctam gentem ab insidiis et vi communium  
 hostium defenderet; deinde ut, mistorum sibi  
 Romanorum, non modo auxilio validiores, sed  
 etiam consilio atque instigatione paratiores  
 essent Franci ad civitates Saracenorum, par-  
 tim evertendas delendasque funditus, si penitus  
 in ipsis infidelium terris essent sitæ, partim,  
**423** si finitimæ Romanis et opportuna forent,  
 imperio veteri laxatis ejus finibus reddendas. Si-  
 bine igitur ac Romanæ se imperante rei tantam illam  
 pecuniam, illos thesauros, atque acervos auri ex  
 sanguine ac visceribus civium expressos, periisse  
 prorsus oportere? ac quod suis, alienis, ducibus,  
 militibus, dona, honoraria, stipendia toties tanto  
 tempore numeraverit, nullum beneficentissimæ  
 operæ ab ingrato genere, nullum profusissimæ im-  
 pensæ ab avarissimis hominibus pretium exsare?  
 Itane vero nostris Galli viris, nostris pecuniis,  
 nostro sanguine ac sudore sibi solis vicerint: bel-  
 lique fructus uni cunctos in solidum habeant, quo  
 nostra in gerendo sustinendoque periculorum ac  
 laborum pars virilis fuit? ubi jus fasque et socie-  
 tatis fides? ubi aræ illæ federaque? ac polluenda  
 perjurio religio mendacium promissorum? Hæc  
 apud animum suum Augustus magnis irarum cu-  
 rarumque æstibus versabat. Quibus a ferendæ diu-  
 tius injuriæ patientia deductus cito legationem ad  
 Tancredum expedit Antiochiæ imperitantem, qua  
 graviter eum æquitatis læsæ apretæque juramen-  
 torum sanctitatis accusabat. Addebat increpans,  
 equando a perjurio, ab ingrattissima in Romanos  
 voluntate ad frugem, ad fidem, ad beneficiorum  
 sensum sese recipere induceret in animum? Sibi  
 quidem grave nimium et ultra quam dissimulari  
 queat amplius intolerabile videri, pro innumerabi-  
 libus pecuniis, pro florentissimis copiis quas so-  
 ciata militia cum Gallis bellis per Syriam atque  
 apud ipsam Antiochiam bellandis expendit, ne  
 unam quidem datam esse captæ regionis partem  
 cujus accessione ad Romanos fines (quod unum  
 illis sumptibus, illis conatibus petierat) imperii es-  
 sent limites prolati. Cuncta in solius jactationem  
 damnis alienis, et magnis nostris empto jacturis, parato sudoribus ad suas delicias, ad nostri con-  
 temptum ac contumeliam regno fruatur. Talia perorantibus legatis furiosus ille ac fanaticus barbarus,  
 qui ne summis quidem auribus pati vim ac morsum posset liberæ veritatis, intumuit videlicet in

δοῦσιν ἕνεκα τοῦτο μὲν ἵνα μὴ Τουρρικῆς μαχαί-  
 ρας παρανάλωμα γένοιτο· ἐκτίθετο γὰρ αὐτῶν  
 ὡς Χριστιανῶν· τοῦτο δ' ὅπως καὶ ἀπ' ἡμῶν συ-  
 κροτούμενοι τὰς πόλεις τῶν Ἰσραηλιτῶν ὠλο-  
 θρεύοιεν, τὰς δὲ καὶ ὑποσπόνδους τοῖς βασιλευ-  
 σι Ῥωμαίων δίδόναι, καὶ καὶ τοῦτου τὰ σπονδισμα-  
 τα τῶν Ῥωμαίων πλατύνοιεντο. Ἀπῆντες δὲ  
 οὐδὲν ὄφελος ἀπὸ τῶν τοσοῦτων καμάτων καὶ  
 πόνων καὶ δωρεῶν τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ, ἀλλὰ  
 τῆς τε Ἀντιόχου πόλεως ἀπριξέοντο, τῶν τε ἐπι-  
 λῶν πολιτισμάτων ἡμῶν οὐ μετεδίδοσαν. Φέρειν ὡς  
 εἶχεν οὐδόλως ἠνελεχο μὴ οὐχὶ ἀντιδράται τὰ χεῖρα,  
 καὶ τῆς τοιαύτης ἀπανθρωπίας αὐτοὺς ἀμύνασθαι.  
 Τὸ γὰρ ἐκεῖνου μὲν εἶναι τὰς ἀμυθητοὺς δωρεῖς  
 ἐκείνας καὶ τοῦ χρυσοῦ τὰς <sup>10</sup> θημῶνας, καὶ τὴν  
 ἀνυπέροβητον ὑπὲρ αὐτῶν φροντίδα, καὶ τῶν παρ'  
 αὐτοῦ συνεργῶν αὐτοῦ πεμφθέντων στρατευμάτων  
 τὰ πλῆθη, τὴν δὲ βασιλείαν Ῥωμαίων μὴδὲν ἐντει-  
 θεν ἀπόνασθαι, τοὺς δὲ Φράγγους λογιζέσθαι τὸ ἐκ-  
 νίκημα εἶσιν, τὰς πρὸς αὐτῶν συνθήκας καὶ τοὺς  
 ὄρκους ἀητήσαντας <sup>10</sup>, καὶ παρ' οὐδὲν λογιζομέ-  
 νους, διεσπάρταεν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ οὐκ εἶχεν  
 ὅπως ἐνέγκοι τὴν ὕβριν. Ἐνθεν τοι καὶ διαπρε-  
 σθεύεται πρὸς τὸν Ἀντιοχείας ἄρχοντα Ταγγρῆ,  
 διεγκαλῶν αὐτῷ τὴν ἀδικίαν καὶ τὴν τῶν ὄρκων  
 παράθεσιν, καὶ ὡς οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο μέχρι τέλους  
 καταφρονούμενος, ἀλλὰ μετελεύσεται τοῦτον καὶ  
 τῆς εἰς Ῥωμαίους ἀχαριστίας· δεινὸν γὰρ ἂν εἴη  
 καὶ πέρα δεινῶν, εἰ χρημάτων μὲν ἀναλώσει καὶ  
 C πλείω παντὸς ἀριθμοῦ, δυνάμεις δὲ συνεξαπέσειε  
 τὰς περιφανεστέρας τῶν Ῥωμαϊκῶν συνταγμάτων  
 ἕνεκα Συρίας ἀπάσης καὶ τῆς, Ἀντιοχείας αὐτῆς,  
 σπεύδων ὅλη χεῖρ καὶ γνώμη τὰ ὅρια πλατύναι τῆς  
 τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς, ὃ δὲ Ταγγρῆ κατατροφή  
 τῶν ἐκεῖνου καὶ χρημάτων καὶ πόνων. Ταῦτα δια-  
 πρεσθευσασμένου τοῦ αυτοκράτορος ὁ ἐμμανῆς ἐκεί-  
 νος καὶ θεοπλήθης βάρβαρος, οὐδ' ἄρκους ὡς ἂν ἀνα-  
 σχόμενος τῆς τε ἀληθείας τῶν λόγων καὶ τῆς παρ-  
 ῥησίας τῶν πρέσβων, εὐθύς τὰ τοῦ γένους ἐποίησεν  
 καὶ ὑπ' ἀλαζονείας ὀγκοῦμενος ὑπεράνω τῶν ἄστρον  
 θήσεων τὸν θρόνον ἠλαζονεύετο, καὶ τοῦ δόρατος τῆ  
 ἀκμῆ διατιτραίνειν ἠπέλειε τὰ τελεχὰ τὰ Βαβυλωνία.  
 Ἐλεγέ τε διαβρότην καὶ ἑξετραγῶδει τὴν δύναν  
 ὡς ἀπτόητός ἐστι καὶ ἀκατάσχετος τὴν ὄρμη. Καὶ  
 D οὐδ' ἂν εἴ τι ἂν γένοιτο μεθήσειν τὴν Ἀντιόχειαν  
 διασχυρίζετο, καὶ ἐμπόρους φέροιεν χεῖρας οἱ μάλ-  
 λοντες πρὸς αὐτὸν ἀντιμάχεσθαι, καὶ ἑαυτὸν μὲν  
 εἶναι τὸν νοῦν τὸν μέγαν τὸν Ἀσσύριον, καὶ ὡσπερ  
 τινὰ γίγαντα μέγαν καὶ ἀνοπόστατον, καὶ ἀχρῆ  
 ἀρούρης ἐστὼτα τῇ γῆ, τοὺς δὲ Ῥωμαίους ζυμπα-  
 τας μύρμηκας ἐλογίζετο καὶ τῶν ζώων τὰ ἀσθενέ-  
 στατα.

Tancredi profecerint; fulgeat unus abundetque  
 parato sudoribus ad suas delicias, ad nostri con-  
 temptum ac contumeliam regno fruatur. Talia perorantibus legatis furiosus ille ac fanaticus barbarus,  
 qui ne summis quidem auribus pati vim ac morsum posset liberæ veritatis, intumuit videlicet in

Variæ lectiones ex cod. Coislino.

<sup>10</sup> τούς. <sup>10</sup> ἀθετήσαντας.



familiarē istius generis insolentiam, seseque super astra thronum positurum suum, atque hastæ suæ cuspidē muros perfossurum Babylonios, minacissima impotentia jactavit. Narrabat grandia de ineluctabili sua vi, de opibus armorumque ac rerum apparatu cæterarum, quibus et ad invadendum cum spe certa victoriæ, quid quævis vellet, et ad refutandum quamlibet acrem cujusvis aggressoris impetum, esset instructissimus. Negabat dejici se ulla ratione posse de Antiochiæ possessione, provocansque ad experientiam, addebat, neque si mitterentur contra se milites igneis præditi manibus, quidquam profecturos tamen; obstitutum quippe nihilominus se; ac facile diffuturum irritam vim. Sese namque esse magnam mentem, magnum Assyrium, gigantem immanem immensæ molis, invictæ virtutis, cui sustinendo vix terra par sit. Romanos omnes dum **424** ex alto despiciit vix fornicarum aut animalculorum id genus imbecillis motiunculis turmatim bullientium apud se instar habere.

Ἐκείθεν <sup>17</sup> δὲ τῶν πρέσβειων ἐπανελθόντων καὶ τὴν τοῦ Κελτοῦ ἀπόνοιαν διηγησαμένων, πλήρης ὁ βασιλεὺς ἐγεγόνει θυμοῦ, καὶ οὐκ ἔτι καθεκτὸς ἦν, ἀλλ' ἤθελε παραχρῆμα τὴν Ἀντιόχην ἀναζητεῖν. Συναγαγὼν οὖν τοὺς ἑλλογιμωτάτους τοῦ στρατιωτικοῦ καταλόγου καὶ ἅπαντας τοὺς τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐξ ἀπάντων ἤειπε βουλήν. Ἄπαντες δὲ τῆνικαὶ ἀνένευον πρὸς τὴν κατὰ τοῦ Ταγγρῆ τοῦ αὐτοκράτορος ἀπέλευσιν <sup>18</sup>, δέον λέγοντες πρότερον τοὺς ἄλλους ὑποποιήσασθαι κόμητας τοὺς κατὰ τὰς περικειμένους τῇ Ἀντιόχου πόλει ἐξουσιάζοντας, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν ῥῆγα Ἱεροσολύμων Βαλδουῖνον καὶ τὰς τοῦτων γνώμας πειρᾶσαι, εἰ συνεπαρῆξαι ἀπελθόντι βούλοιο αὐτῷ κατὰ τῆς Ἀντιοχείας. Καὶ εἰ μὲν γνώη τούτους κατὰ τοῦ Ταγγρῆ ἔχοντας, τότε ἀπολαβῆναι τὴν κατ' αὐτοῦ ἔλευσιν· εἰ δὲ μή, ἄλλως μεταθεῖν τὰ κατὰ τὴν Ἀντιόχου. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ, τὴν βουλήν ταύτην ἐπαίνεσας, καὶ αὐτίκα μεταπεμφάμενος Μανουὴλ τὸν Βουτουμίτην, καὶ τινὰ ἕτερον τῆς Λατινικῆς εἰδήμονα διαλέκτου πρὸς τοὺς κόμητας καὶ τὸν ῥῆγα Ἱεροσολύμων ἐξέπεμψεν (23), πολλὰ τούτοις ὑποθέμενος περὶ ὧν αὐτοῖς τε χρῆ ὁμιλεῖν, καὶ αὐτῷ δὴ τῷ ῥηγί Ἱεροσολύμων Βαλδουῖνῳ. Ἐπεὶ δὲ καὶ χρεια χρημάτων ἀποστολῆς πρὸς αὐτοὺς ἀπαραίτητος ἦν διὰ τὸ τῶν Λατίνων ἐρρασιχρήματον, προστάγματα πρὸς τὸν τῆνικαὶ δούκα Κύπρου (24) Εὐμάθιον τὸν Φιλοκάλην ἐνεχείρισε τῷ Βουτουμίτῃ ἰδίαλαμβάνοντα ὅπως καὶ πλεία δοίη τούτοις ὁπόσων ἐν χρεια γένοιτο. Ἄμα δὲ παρεκλεύετο τούτῳ καὶ χρήματα πολλὰ καὶ παντοδαπὰ καὶ ἀπὸ πάσης ἰδέας καὶ εἰκονίσματος παντοδαπῶν ποιότητων εἰς τὰς πρὸς τοὺς κόμητας δόσεις. Ἐπέσκηψε δὲ τοῖς ἤδη ῥηθείσι, καὶ μᾶλλον Μανουὴλ τῷ Βουτουμίτῃ, ὡς ἂν τὰ μὲν χρήματα ἀναλαβόμενοι ἀπὸ τοῦ Φιλοκάλου, εἰς Τρίπολιν προσορμίσωσι τὰς ἰδίας ναῦς, καὶ θεασάμενοι Πελεκτράνον <sup>19</sup> (25) κόμητα τὸν υἱὸν τοῦ Ἰσαγγέλη περὶ

Talibus legatorum reditu auditis imperator, exarsit, ut par erat, in iram vehementem; nec jam teneri poterat amplius quin expeditionem confestim Antiochenam indiceret. Convocatos ergo præcipuos e militari ordine, senatoresque universos, ea de re quid sentirent jussit promere. Concors omnium fuit sententia non videri recte facturum imperatorem, si contra Tancredum statim duceret. Tentandos prius et nostris, si qua possit, præoccupandos partibus Gallos comites ac regulos qui circumjacentes Antiochiæ civitates varias varii obtinent. Ipsius quin etiam regis Hierosolymorum experiendum Balduini animum: æquid induci pacto ullo queat ad prosequendum auxilio Romanum, dum is Antiochiam bello repetet. Si omnes annuant et contra Tancredum conspirent, eat tum sane, ac negotium spe optima capessat; sin id deerit, videri Antiochenam controversiam alia ratione transigendam. Acquievit his consiliis Augustus; accersitumque Manuelem Butumitem, et quemdam alium linguæ Latinicæ peritum, ad comites atque ad regem Hierosolymorum misit; accuratis ambo prius instructos mandatis monitisque, quibus distinctissime tradiderat, quid quæve ratione cum unoquoque comitum, quid cum rege ipso Balduino agere ipsos oporteret. Ad hæc, quoniam intelligebat cum avara gente nihil sine pecunia posse confici, litteras in manus Butumitæ dedit ad Eumathium Philocalen Cypro tum præfectum, quibus illi mandabat, ut non tantum naves, quotquot esset opus, legatis daret, sed pecuniam ipsis quam plurimam omnis metalli, generis, qualitatis, formæ undecumque congestam suppeditaret in largitiones Augusti nomine Gallis comitibus faciendas. Iisdem insuper legatis ac potissimum Manueli Butumitæ commendavit nominatim, ut cum istis pecuniis ac ravibus a Philocalæ acceptis ad Tripolim primum

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>17</sup> ἐκεῖθεν. <sup>18</sup> ἐπέλευσιν. <sup>19</sup> Πελεκτράνον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(23) Ἐξέπεμψεν. Meminit istius legationis Albertus Aq. lib. xii, cap. 7, 8.

(24) Δούκα Κύπρου. Quæm circa ea tempora, aut sane statim post Tancredi mortem, factione suorum interemptum tradit Ordricus, lib. ii.

(25) Πελεκτράνον. Bertranum seu Bertrandum, comitem Tripolitani, Raimundi Sanctægidiani comitis filium nothum, uti habent Guibertus et Will.

D Malmesturiensis, qui paulo ante Tripolim adjuvantibus Genuensibus et Balduino rege expugnarat; et priusquam in Palestinam perveniret, Alexie Constantinopoli fidei sacramentum præstiterat, uti habent Albertus Aqu. lib. ii, cap. 3, 4 et seq.; Fulcherius, lib. ii, cap. 38; Tyrius, lib. ii, cap. 3 et seq. Hist. Hieros. an. 1108. et Willel. Malmesburiensis, lib. iv.

appellerent, visendi causa Peltrani comitis, filii Sangelis illius de quo multa nobis superius fuit mentio. Huic refricarent memoriam egregiæ fidei illius quam usque ad mortem pater ejus Sangeles erga Imperatorem coluisset. Sic ipsi regias ab Augusto epistolas redderent: adderentque ipsius Augusti nomine, et expectari magnopere ab eo ut famam patris, ejus vestigiis et exemplis assectandis adæquare studeat: neve illo minor inferiorque haberi in fidei ad nos officio colendæ constantiaque patiat. Adesse tempus quo usurpare palam laudem istam queat. **425** Decrevisse enim Imperatorem aliquando ulcisci intolerabiles injurias, quas nimis jamdudum a Tancredo, Dei pariter hominumque contemptore, ac jam nec datæ obligatæque officium fidei, nec temere appellati solenni jurejurando vindictam horribilem numinis, quidquam omnino curante, perpeccus fuerat. Ad eam rem Augustum non solum a Peltrano petere ne perjurum et rebellem auxilio juvet: sed etiam sperare daturum operam, quantum erit in se situm, ut et alii comites in societate et obsequio permanent, nec curare Tancredum aut ejus rebus ac rationibus immiscere suas velint. Pervenienti in Cyprum legati cum his mandatis, sumptis illinc pecuniis, et navibus quotquot voluerunt, recta versus Tripolim navigant. Appulsis in ejus civitatis portum navibus, expositi ipsi Peltrani, aut potius, Bertranum conveniunt, eique coram exponunt quæ habebant in mandatis ab Imperatore. Honorem reperiunt ad omnem Augusti nutum atque Imperium paratum; mortem quin etiam in ejus obsequio, si ita sit opus, certum oppetere; affirmative insuper sese statim atque Imperatorem audierit Antiochiam versis promovisse haud dubie ad ipsum venerandi causa profecturum. Ex his non temere arbitrati fidissimum hunc firmissimumque Imperatoris esse amicum, ex ejus consensu ac consilio ipsius pecunias quas afferebant plurimas custodiendas in arce Tripolis deponunt. Id ita ipsis ut facerent pro cætera sua providentia mandaverat Augustus. Verebatur enim, ne si, quod vix caveri poterat quin accideret, suboleret comitibus Gallis pecunia quam legati ferrent, ea ipsis erepta sese ac Tancredum armarent, vacuos eos irrisos.

οὗ ἐν πολλοῖς ὁ λόγος ἐμνήσθη, ἀναμνησκουμένης τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πίστεως ἦν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐτήρησεν. ἅμα δὲ καὶ τὰς βασιλικὰς ἐγγειρίωσιν αὐτῷ γραφὰς καὶ ἐξείποιεν πρὸς αὐτὸν ὡς: Οὐ χρεῖ σε δεύτερον τοῦ ἰδίου πατρὸς ὀφθῆναι, ἀλλ' ὁμοίαν καὶ αὐτὸν τὴν πρὸς ἡμᾶς διατηρῆσαι πίστιν. Ἐμὲ δὲ ἴσθι καταλαμβάνειν ἡδὴ τὴν Ἀντιόχειαν, ἑαυτὸν ἐκδικήσοντα εἰς τὸν μῆτε εἰς Θεὸν μῆτε εἰς ἐμὲ τοὺς φρικτοὺς ἐκείνους τηρήσαντα ὄρκους. Σὺ δὲ πρὸς τῷ μηδραμῶς αὐτῷ ἐπαρῆξαι σπεύδουσαν καὶ τοὺς κόμητας πρὸς τὴν ἡμετέραν πίστιν ἐφελκύσασθαι ὡς μὴ διὰ οἰουδήτινος τρόπου ἀντιλήψεσθαι τοῦ Ταγγρά. Καταλαμβάνουσι τοιγαροῦν τὴν Κύπρον, καὶ ἀναλαβόμενοι ἐκείσε τὰ χρήματα καὶ ὀπόσας ἤθελον νῆας, εὐθὺς Τριπλίως πλεύουσι. Προσορμίζαντες δὲ εἰς τὸν αὐτῆς λιμένα τὰς ναῦς καὶ τῶν νηῶν ἐπιβεσθηκότες ἐντυγχάνουσι τῷ Πλεκτράνῳ καὶ ἀπεστοματίσαν ὀπόσα πρὸς τοῦ βασιλέως παρηγγέλησαν. Ὡς δὲ τοῦτον ἐπιβέβητε καὶ ἔτοιμον πρὸς πᾶν θέλημα τοῦ αὐτοκράτορος εἴρωιν, καὶ θάνατον ὑπὲρ αὐτοῦ προθύμως ἐπέσθαι εἰ καὶ τοῦτο δεήσει ἐπαγγελλόμενον ναὶ μὴν καὶ εἰς προσκύνησιν αὐτοῦ ἐληλυθέναι ἐπειδὴν ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Ἀντιόχου ἀφίκηται, μετὰ τῆς αὐτοῦ γνώμης ἄπερ ἐπεφύροτο χρήματα εἰς τὴν ἐπισκοπὴν (26) Τριπλίως ἐναπέθεντο, κατὰ τὰς τοῦ αὐτοκράτορος ὑποθήκας. Ἐδεδίδε γὰρ μὴ ἐπιφερομένους αὐτοὺς τὰ χρήματα οἱ κόμητες διαγνόντες, αὐτὰ μὲν ἀναλάδωνται, τοὺς δὲ κενοὶ ἀποπέμφαιεν, τοῖς δὲ χρήμασιν ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ τοῦ Ταγγρά χρῆσαιντο. Δέον οὖν ἐλογίζαντο κενοὺς ἀπελθόντας πρότερον τὴν αὐτῶν ἐκπεριεῖσαι γνώμην, ἀπαγγείλαντας ἅμα καὶ ὅσα παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἐμνήσθη αὐτοῖς, καὶ τὴν τῶν χρημάτων ὅσων ὑποσχέσθαι, καὶ ὄρκον ἐξ αὐτῶν ἀπαίτησαι, εἰ ποσὴ τοῖς τοῦ αὐτοκράτορος θελήμασιν ὑπεξείη βούλωνται, καὶ εἴθ' αὐτῶ τὰ χρήματα αὐτοῖς ἐγγειρίσαι. Οἱ μὲν οὖν ἀμφὶ τὴν Βουτουμίτην, ταῦτα εἰς τὴν ἐπισκοπὴν Τριπλίως ἐναπέθεντο καθάπερ εἰρηται. ὁ δὲ Βαλδουῖνος μεμθηκῶς περὶ τῆς τουτωνί τῶν πράξεων εἰς Τριπλίω ἀφίξας τὴνικαῦτα Σιμοῦντον (27), τὸν ἴδιον ἐξάδελφον, ἐφέσει χρημάτων προαρπάζων τὴν τουτωνέλευσιν πέπομφε μετακαλοῦμενος αὐτοῦς. Οἱ δὲ τὰ χρήματα αὐτοῦ που καταλιπόντες μετὰ τῆς τοῦ Πλεκτράνου γνώμης, εἴπαντο τῷ ἀποσταλέντι ἐξ

#### Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>26</sup> ἐγγειρίζουσι. <sup>27</sup> Πλεκτράνω. <sup>28</sup> Ἀντιόχειας.

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(26) Ἐπισκοπὴν. Ἐπισκοπὴ non est arx, sed palatium episcopale; ἐπισκοπεῖον Theophani an. 8, Constantii; episcopium Leoni Ost. lib. ii, cap. 29, 51; lib. iii, cap. 22; Orderico, lib. v, pag. 551, et aliis, domus Ecclesiae, Cypriano et Messiano in Vita S. Hilarii, et Gregorio Turon. lib. i Hist. cap. 39; lib. ii, cap. 18; domus ecclesiastica, eidem Gregorio, lib. i De mirac. cap. 32, de glor. confess. cap. 28, 80; domus episcopi, D. Augustino, De vita cleric. serm. 2. Erant autem ut plurimum episcopia juxta cathedrales ecclesias; Concil. Carthag. iv,

can. 14: *Ut episcopus non longe ab ecclesia hospitium habeat.* Est etiam ἐπισκοπή, episcopatus, in Cod. canon. Afric. can. 124.

(27) Σιμοῦντον. Fuit is Simon, quem Anna Balduini regis ἐξάδελφον fuisse ait, idem qui filius ducis Tyrio nuncupatur, lib. ii, cap. 42, quique in comitatu Balduini erat hac ipsa tempestate, anno ecci. cet 1114. Ideo vero ducis filius dicitur, quod (si bene auguror) filius esset Henrici Limburgensis ducis inferioris Lotharingiæ, qui Juntham Frederici comitis Euxemburgensis filiam, Balduini consubri-

Ἱεροσολύμων Σιμούντῳ καὶ καταλαμβάνουσι τὸν Βαλδουῖνον πολιορκούντα τὴν Τύρον. Ὁ δὲ ἀσμενος αὐτοῦς ὑποδεξάμενος (28) καὶ παντοίας φιλοφροσύνης ἀξιώσας, ἐπεὶ κατὰ τὴν ἀπόκρηω τοῦτον κατέλαβον, κατεῖχεν αὐτοῦς δι' ὅλης τῆς τεσσαρακοστῆς πολιορκῶν τὴν Τύρον (29), ὡς εἰρηταί.

ostentatione præmiorum ingentiun, si jurare ac ostentatione pignorum idoneis offerendis meruissent. Quam ea prudenter sic disposuerit Augustus res ipsa declaravit. Percussit Balduinum procul fama legatorum ab imperatore adventantium cum immensa vi pecuniæ : et videlicet movit homini salivam afflatus lucri odor. Igitur extemplo mittit eis obviam usque Tripolim (nam eo pervenisse jam audierat) Simonem patruelem suum, qui eos ad se prolixè invitatos etiam officiose deduceret. Usi sunt humanitate Gallica libenter nostri, et pecuniis, ut dictum est, in arce Tripolitana sub Bertrani fidem in id ipsum ac curam spondentis, custodia depositis, cum Simone Hierosolymis misso proficiscuntur ad Balduinum quem obsidentem 426 Tyrum offenderunt. Excepit ille hospites humanissime ac cum circa carnisprivium venissent tota eos apud se quadragesima in castris apud Tyrum suis tenuit, nulla non honoris ipsos ac benevolentie significacione deliniens. De Tyro et hac ejus oppugnatione Gallica dicere hic obiter locus admonet.

Ἐπεφρούρητο δὲ ἡ πόλις καὶ ἄλλοις μὲν ἀβραγαῖσι τείχεσσι καὶ δὴ καὶ τρισὶ προτειχίσμασι κύκλω ταύτην περιλαμβάνουσιν. Ὁ γὰρ ἐξώτατος κύκλος περιεῖχε τὸν δεύτερον, οὗτος δὲ τὸν ἐνδοτάτω <sup>22</sup>, καὶ τρίτον, καὶ ἦσαν καθ' ἑκάστην τινὲς κύκλοι ἀλλήλους περιλαμβάνοντες καὶ περιζωννύοντες τὴν πόλιν. Ἄλλ' ὁ γὰρ Βαλδουῖνος ἔγνω πρότερον τὰ προτειχίσματα αὐτὰ καταβαλεῖν, εἴθ' οὕτως τὴν πόλιν ἐλεῖν, οἷα γὰρ τινα θωράκια τῆς Τύρου προβεβλημένα, τὴν πολιορκίαν ἀπεῖργον. Ὁ δὲ διὰ τινων μηχανημάτων πορθητικῶν τὴν τε πρώτην καὶ δευτέραν ζώνην καθεῖλε· καὶ τῆς τρίτης ἀσπεῖρατο, καὶ δὴ τὰς ἐπάλλξει; αὐτῆς καθελεῖν εἰς τὰ ἐφεξῆς ἐβράθυμην· εἴλε γὰρ ἂν καὶ ταύτην εἴπερ ἐπέσπευσεν, ἀλλὰ διὰ τινων κλιμάκων οὐόμενος μετὰ ταῦτα ἐπιβῆναι τῆς πόλεως, καὶ ὡς ἤδη ταύτην ἔχων εἰς χεῖρας <sup>C</sup> πρὸς τὴν πολιορκίαν ἐπέπεσεν ὅπερ τοῖς Σαρακηνοῖς σωτηρίαν προύξενησε <sup>23</sup>. Καὶ ὁ μὲν τῆς νίκης

que dimitterent. Quare statuit satius esse tentamenta prima conventionis cum gente astuta et ad spem lucri aspera, fieri a vacuis tractatoribus quorum verba solum audire, non etiam spolia concupiscere aut deprædari Galli possent. Spes tantum illorum suspendi ac proritari jussit liberali præstare fidem obsequium utilemque operam Augusto vellent; sed repræsentandorum tunc tantum, cum ea ipsi officiiis exhibitis aut promissæ in futurum fidei pignorum idoneis offerendis meruissent. Quam ea prudenter sic disposuerit Augustus res ipsa declaravit. Percussit Balduinum procul fama legatorum ab imperatore adventantium cum immensa vi pecuniæ : et videlicet movit homini salivam afflatus lucri odor. Igitur extemplo mittit eis obviam usque Tripolim (nam eo pervenisse jam audierat) Simonem patruelem suum, qui eos ad se prolixè invitatos etiam officiose deduceret. Usi sunt humanitate Gallica libenter nostri, et pecuniis, ut dictum est, in arce Tripolitana sub Bertrani fidem in id ipsum ac curam spondentis, custodia depositis, cum Simone Hierosolymis misso proficiscuntur ad Balduinum quem obsidentem 426 Tyrum offenderunt. Excepit ille hospites humanissime ac cum circa carnisprivium venissent tota eos apud se quadragesima in castris apud Tyrum suis tenuit, nulla non honoris ipsos ac benevolentie significacione deliniens. De Tyro et hac ejus oppugnatione Gallica dicere hic obiter locus admonet.

Frat ea civitas cum aliis protecta soliditatis invictæ mœnibus, tum circumducta munita murorum trium sese includentium, ita ut maximus ambitus contractiorem secundum, hic brevissimum atque intimum amplecteretur tertium : omnes simul velut lorice adversus externam vim objectæ firmisimæ oppugnationem frustrarentur. Prævaluit tamen impetus Gallicus; et machinis quibusdam muralibus Balduinus usus primum alterumque circuitum plane diruit. Ad tertium promotâ vis pinas jam ejus et superiora corruerat, cum ecce intervenit fatalis ceptis ingentibus ex successuum felicitate segura negligentia, qua in transversum actus pene victor, cum instare perennis, et concussis ac nutantibus toto pondere incumbere par foret, satis habuit parare scalas quibus ad imminutam muri altitudinem miles pertingeret : cum subruere funditus convulsam mo-

Variæ lectiones ex cod. Coislín.

<sup>22</sup> ἐνδοτάτω. <sup>23</sup> προσεξένησε.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

nam, uxorem duxerat. Constat enim ex Sigeberto, an. 1107, plures liberos procreasse Henricum, tametsi unicum Waleranum non inent scriptores.

Totam hanc cognationem exhibebit subjectum stemma.

Eustachius comes Bononiæ.

Eustachius II. comes Bononiæ.	Lambertus.	Gotofredus episcopus Parisiensis.	Gerberga uxor Frederici comitis Luxemburg., ducis Lotharingiæ.
Gotofredus dux Lotharingiæ.	Balduinus I. rex Hieros.	Eustachius comes Bononiæ.	Juntha uxor Henrici ducis Limburgensis et Lotharingiæ.
		Waleranus dux Limburgensis.	Simon ducis filius nuncupatus.

Floruit etiam eo ipsomet ævo Simon alter, filius D Theoderici ducis Lotharingiæ superioris, filii Geraldii Alsati, ex Gertrude filia Roberti Flandrensis; 408 qui quidem Simon patri an. 1115, mortuo successit, ita ut ducis filius dici potuerit an. 1111, quo nondum ducatum adeptus erat, Vide Galbertum in Vita S. Caroli comit. Flandrens. cap. 15, n. 109, et Vignericum in Originibus Alsat. pag. 112 et seq.

(28) Ὑποδεξάμενος. Albertus. Aq. lib. xii, cap. 7.

(29) Τύρον. De obsessa Tyro, an. 1111, machinis nostrorum incensis, et hostium arte conflagrat, de soluta denique obsidione, multis agunt Albertus Aq. lib. xii, cap. 1 etc., Fulcherius, lib. ii, cap. 44; et Tyrius, lib. ii, cap. 17. Vide etiam Chron. Orientale.

rem et complanare ruinis aditum uzdecunq; facilem prævalentibus et paratis oporteret. Itaque huic scalarum fiducia indormientibus Gallis et velut certa atque in manibus posita victoria contentionem oppugnandi remittentibus, Saraceni oblata sibi præter spem occasione salutis adeo strenue, adeo feliciter sunt usi, ut qui arce obsessa jamjamque potituri videbantur, submoverentur ab spe ista longius; qui vero haud dubie circumventi præda victori hosti certa et parata servabantur, mirabiliter e læqueis evolarent quibus plane constricti præpeditique teneri putabantur. Res in hunc modum contigit. Observata Saraceni remissione Balduini quo eum supiniorem etiam facerent, tractationem cum eo pacis instituunt missis legatis; nihil aliud mendaci postulatione gratiæ nisi spatium ultioni apparandæ surari cupientes. Male quippe feriantibus circum Gallis et simulatæ compositionis leges otiose disceptantibus dolos intus Barbari machinabantur, quorum ubi per securitatem Gallicam in rem conferendorum se tempus nactos aptum arbitrati sunt, una repente nocte multas amphoras fictiles liquente plenas pice in machinas imminentes urbi jaciunt, quibus amphoris jactu ipso, quod necesse erat, atque allisu dissilientibus in testas, ligna machinarum scilicet abunde perungebantur liquore pingui. Jam materiæ sic ad incendium paratæ faces ardentes e propinquo jaculatæ admovent plurimas; tum alendæ conceptæ flammæ alias rursus amphoras naphthæ intus magnam vim ferentes similiter ingerunt. His ita 427 per noctem dispositis, ecce oriente die ignis simul ingens cooritur flammis e testudinibus ligneis in luculentarum undique turrium admotam nubibus altitudinem surgentibus, donec operibus plane assumptis in cineres subsederunt. Ea digna Gallis, ubi minime oportuit dormitantibus, securitatis suæ merces constitit: adeo dissolutis ac male vigilibus ut cogitationis eos atque apparatus istius hostilis, flamma illis late collucens et sublime undantes fumi vortices primum indicium dederint. Capti porro a Tyriis Galli quidam milites circa machinas sunt, omnino sex numero quibus ad se perductis præsidii præfectus cædi cervices imperat, capitaque ipsorum ballistis in castra Balduini jaculatus est. Accessit is terror ad cumulum perturbationis, percussis jam ignis subiti spectaculo; ergo his visis capitibus velut larvarum spectris efferati æquos pro se quisque trepide inscendant, frustra

Α τυγχάνων ἐγγύθεν ἐξεκρούσθη παραπολύ· αὐτοὶ δὲ ἀρχύων ἐντὸς τυγχάνοντες τῶν βρόχων ἱφελοντο. Ὁ γὰρ μεταξὺ τῆς ἀμελείας τοῦ Βαλδουίνου χρόνος αὐτοῖς εἰς ἐπιμέλειαν γέγονεν ἀνάπνεύσαι. Πανοργεύονται δὲ τι καὶ τοιοῦτον. Τῷ μὲν δοκεῖν πρὸς εἰρηνικὰς σπονδὰς ἀφορῶσι καὶ διαπέμπονται πρὸς αὐτὸν τὴν εἰρήνην, ταῖς δὲ ἀληθείαι; ἐν ᾧ τὰ τῆς εἰρήνης ἐπραγματεύοντο εἰς ἄμυναν ἠὲ τρεπίζοντο· ἐκεῖνον μὲν μετέωρον ταῖς ἐλπίσι ποιοῦντες, αὐτοὶ δὲ μηχανὰς τινὰς συβράπτοντες κατ' αὐτοῦ. Ἐυρακότες γὰρ ἀσχολῶν πολλὴν τοῦ πολέμου καὶ ἀναπεπτωκότας τοὺς ἔξωθεν στρατιώτας, ἐν νυκτὶ μὲ πολλοὺς ἀμφορεῖς ὄστρακίνοις ἐμπλήσαντες ὑγρᾶς πίσεως ῥίπτουσι κατὰ τῶν ἐφισταμένων τῇ πόλει μηχανημάτων, ὧν ἐξ ἀνάγκης καταθροασθέντων περιεκέχυτο τοιοῦτον ὑγρὸν τοῖς ξύλοις, εἰς ἐπερίπτουον δάδας ἡμένας. Εἶτ' αὐθις ἐτέρους ἀμφορεῖς, φέροντας ἔνδον πολλὴν τὴν νάφθαν, ἢ ἐπιδραξαμένην τοῦ πυρὸς, εὐθύς τε εἰς ἀέριον μετέβαλε φλόγα, καὶ τὰς μηχανὰς αὐτῶν ἀπετίφρυσεν. Ἄμα τε γὰρ ἡμέρα διέλαμπε, καὶ τὸ πῦρ σ. αἰ. ἐλάμπεν ἀπὸ τῶν ξυλίνων χελιωνῶν εἰς αἰθέρα πυρογούμενον. Καὶ οἱ μὲν περὶ τὸν Βαλδουίνου τὰ τῆς βραθυμίας εἶχον ἐπίχειρα οἷς ἡμέλιον μεταμιεόμενοι· ὁ γὰρ καπνὸς αὐτοῦ καὶ τὸ πῦρ, τὸ γεγονός ἀνεδίδασκεν. Ἐάλωσαν δὲ καὶ τινες τῶν περὶ τὰς χελώνας ὄντων ἐξ στρατιωτῶν τὸν ἀριθμὸν, οὗς ὁ Τύριος ἐκεῖνο θεασάμενος ἀρχηγὸς καὶ τὰς κεφαλὰς ἀποκῆψας, διὰ πετροβόλων ὀργάνων τῷ στρατεύματι τοῦ Βαλδουίνου ἀπεσφενδόνθησε. Ταῦτα θεασάμενος τὸ στρατεύμα πᾶν καὶ τὸ πῦρ καὶ τὰς κεφαλὰς, μετ' ἐκπλήξεως ἐφευγον τοῖς ἵπποις ἐποχηθέντες, ὡς περὶ ὑπὸ τῶν κεφαλῶν ἐκεῖνων ἐκδειματούμενοι, καὶ τοὶ τοῦ Βαλδουίνου πανταχόθεν ἐξιππαζομένου καὶ ἀνακαλουμένου τοὺς φεύγοντας καὶ παντοίως παραθάρβροντος. Ἀλλὰ γὰρ ἦδε παρὰ κωφοῖς. Ἐκεῖνοι γὰρ καθάπαξ ἐκδεδωκότες ἑαυτοὺς εἰς φυγὴν, ἀκατασχέτως εἶχοντο τοῦ δρόμου, καὶ πτηνοῦ παντὸς ἐφαίνοντο ταχυνώτεροι. Καὶ τέλος τοῦ δρόμου τούτου τὸ φρούριον Ἄξε (30) ἐγχωρίως καλούμενον· ἐκεῖνο γὰρ ἐγεγόνει τοῖς δειλοῖς ἐκεῖνοις δρομεῦσι κρησφύγετον. Ἀπειπάμενος δ' οὖν καὶ ὁ Βαλδουίνος καὶ τοῖς ὄλοις ἐξαπορήσας, καὶ ἄκων τοῖς φεύγουσιν εἶπετο αὐτὸ πρὸς τὴν εἰρημένην πόλιν καὶ οὗτος ἀπεδραπέτευσεν. Ὁ δὲ γε Βουτουμίτης εἰσελθὼν εἰς τὰς Κυπρίους τριήρεις, δυσχαίδεται δὲ ἦσαν αἱ πᾶσαι, καὶ παραπλέων τὰς ἀκτὰς τῆς πρὸς τὸ Ἄξε φερούσης, κεῖθι τὸν Βαλδουίνου καταλαμβάνει, καὶ ἅπαντα τῆνικαῦτα ἀπήγγελεν.

#### Car. Dufresnii Du Canigii notæ.

(30) Ἄξε. Quæ veteribus Ἄξη, ut auctor est Strabo, deinde Acon et Ptolemæis dicta. Fulcherius, lib. i, cap. 17: *Post has transierunt Ptolemæidæ, prius Acon dictam, quam quidem erranter solebant Accaron legere, quod nos etiam faciebamus, cum primitus terram Palæstinorum intravimus. Sed Accaron urbs est Philistæa, inter Azotum et Laniam, Ascalonem. Acon vero, id est Ptolemæida, ab Austro habet Carmeli montem.* Sanc Ac-

caron et Acra dicitur Alberto Aq. lib. v, cap. 41; lib. ix, cap. 30; Achon, Tyrio, lib. x, cap. 26, ubi de ejus conditore nonnulla commemorat; Accaron, Alferisio, v part. clim. 3; Ἄξη Ptolemæo, ut observavit Scaliger, Suidæ et Nicetæ in Isac'io, lib. iii, n. 8. Porro Balduinum, soluta Tyri obsidione, Aconem se recepisse tradunt etiam Alherius Aqu. lib. xii, cap. 7; et Fulcherius lib. ii, cap. 44.

ὅποσα ὁ αὐτοκράτωρ πρὸς αὐτὸν παραγγεῖλαι παρεκέλευσάτο· προσειπαλῶν δὲ τοῖς λόγοις καὶ τὴν βασιλέα μέχρι Σελευκείας ἐφθακέναι ἔλεγε. Τὸ δὲ ἄρα ἀληθὲς μὲν οὐκ ἦν, ἀλλὰ τὶς οἰκονομία. Ἐν οὕτω καταπλήξῃ τὸν βάρβαρον, καὶ ταχὺ ἀπολύσῃ ἐκεῖθεν <sup>22</sup> αὐτόν. Ἀλλὰ τὸ δρᾶμα τὸν Βαλδουῖνον οὐκ ἔλαθε, καὶ πολλὰ τοῦτον ὡς ψευσάμενον κατεμύμψατο. Προέφθη γὰρ παρὰ τοῦ τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα μεμαθηκέναι, ὡς εἰς τὸν μακρὸν ἐξεληλύθει αἰγιαλὸν, ὡς τὰς ληϊζομένας παρὰ τὴν θάλασσαν κατέτρεχε ληστρικός ναῦς, ὡς νοσήσας ἐκεῖθεν <sup>23</sup> ὑπεχώρησε, καθὰ γε δὴ σαφέστερον ὁ λόγος κατωτέρω δηλώσει. Ταῦτα ὁ Βαλδουῖνος τῷ Βουτουμίτῃ ἀντειρηκῶς καὶ ὡς ψευσάμενον ὑπὸ μύμψιν ἀγαγών, ἔφη· *Μετ' ἐμοῦ χρὴ μέχρι τοῦ Ἁγίου Τάφου <sup>24</sup> ἐληλυθέναι, κάκειθεν τὰ ἡμῖν συνδόξαντα μετὰ πρέσβων ἐμῶν δηλωθήσεται τῷ αὐτοκράτορι.* Ἄμα γοῦν <sup>25</sup> τῷ τὴν ἁγίαν πόλιν (31) καταλαβεῖν, ἐπεζήτηε ἐξ αὐτῶν, τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποσταλέντα οἰ <sup>26</sup> χρήματα. Ὁ δὲ Βουτουμίτης· *Εἴπερ βοθηθήσιν κατὰ τοῦ Ταγγρῆ τῷ αὐτοκράτορι αὐτοὶ ἐπαγγέλλεσθε τὸν ὄρκον, ὅν ἐν τῷ διέρχεσθαι πρὸς αὐτὸν ἐποιήσατε, φυλάττοντες, καὶ τὰ πρὸς ὑμᾶς ἀποσταλέντα τηνικαῦτα λήψεσθε χρήματα.* Ὁ δὲ τὰ μὲν χρήματα λαβεῖν ἤθελε, βοθηεῖν δὲ μὴ τῷ βασιλεῖ, προθυμούμενος, ἀλλὰ τῷ Ταγγρῆ, καὶ μὴ λαμβάνων τὰ χρήματα ἡνιδίω. Τοιοῦτον γὰρ τὸ Βάρβαρον ἅπαν ἦθος· πρὸς μὲν τὰς δωρεὰς κέχρηται καὶ τὰ χρήματα, πρᾶττεν δὲ ὑπὲρ ὧν τὰ χρήματα δίδονται ἤκιστα βούλεται. <sup>27</sup> Γραφὰς αὖν φιλάς ἐγγειρίσας αὐτῷ ἀπέλυσεν (32). Ἐντετυχηκότες δὲ οἱ πρέσβεις καὶ τῷ κόμητι Ἰατζουλίῳ (33) κατὰ τὴν ἀναστάσιμον τοῦ Σωτῆρος ἡμέραν εἰς προσκύνησιν τοῦ Ἁγίου Τάφου ἐληλυθότες, καὶ αὐτῷ τὰ εἰκότα ὀμιλήσαντες, ἐπεὶ σύμφωνον τῷ Βαλδουῖνῳ καὶ αὐτὸν ἐώρων, ἔπρακτοι ἐκεῖθεν ὑποχωρήσαντες καὶ μὴ ἐν τοῖς ζῶσι τῷ Πλεκτράνῳ (34) ἐντυχόντες, ἐπεζήτησαν τὰ κατατεθέντα παρ' αὐτῶν εἰς τὴν ἐπισκοπὴν χρήματα. Ὁ δὲ υἱὸς (35) ἐκείνου καὶ ὁ Τριπόλειος ἐπίσκοπος ἀνεθάρρανον τέως τὴν τῶν χρημάτων παροχὴν. Οἱ δὲ μετὰ ἀπειλῆς αὐτοῖς ἔλεγον, *Εἰ μὴ τὰ χρήματα ἡμῖν ἀποδοίητε, οὐκ ἔστέ ἀληθεῖς δοῦλοι τοῦ βασιλέως, οὔτε τὴν εἰς αὐτὸν πίπτιν φαίνεσθε ἔχοντες, καθὼς ὅτε Ἰεκτράνος <sup>28</sup> καὶ ὁ τοῦτου πατὴρ Ἰσαγγέλης <sup>29</sup> Λοιπὸν οὐδὲ τὴν ἀπὸ Κύπρου δαφιλῆ τῶν χρεωδῶν ἀρδεῖαν τοῦ λοιποῦ ἔχετε, οὔτε μὴ ἐπαρήγοντα ὑμῖν*

A omnibus locis obequitante Balduino cunctosque passim voce, nutu, modis omnibus admonente officii, fugæque flagitium increpante. Surdis ea canebantur nihil segnius præcepti semper impetu, inoquadam volucris rapiditate, quo incumbere cœperant, prorsum rmentibus. Meta cursus trepidi arx fuit Ace vulgo dicta, in quam recepti fugaces sese primum e terrore collegerunt. Expertus omnia Balduinus tandem melioris inops consilii cogitur velut torrente abreptus sequi quos sistere nequibat, et in eandem civitatem istam quam diximus post suos et ipse confugere. In eo tumultu Butumites ingressus triremes Cyprias (duodecim omnino a Cypro secum duxerat) cum iis navigavit oram legens ejus viæ quæ ab Tyro versus Ace ducit; quo impulsus Balduinum ibi convenit omniaque, otiosum nactus, quæ habebat ab imperatore in mandatis ei coram exposuit; addens etiam imperatorem ad expeditionem Antiochenam egressum jam Seleuciam pervenisse. Verum istud quidem non erat. Cæterum eam famam negotio profuturam Butumites autumans, id conturbandi (sic enim putabat fore) Baldini causa, impetrandique ab eo ut se longæ jam apud ipsum moræ tædio languentem cito dimitteret, comminisci voluit: quam prudenter ipse viderit; non certe feliciter. Etenim Balduinus recens edoctus a quodam fuerat exacte quid rerum et ubi terrarum imperator ageret. Profectum nempe in longum littus, piraticam in eo mari facientes naves prædatorias cohibuisse, indeque morbo coactum recessisse, ut postea dicemus. Veris ergo præoccupatus Balduinus nuntiis, commenta Butumite facile coarguit, iratusque in fraude deprehenso: *Volo, inquit, te venire mecum usque ad Sanctorum Sepulcrum. Eo cum pervenero, missis illinc 428 ad imperatorem legatis meis, quid visum nobis fuerit exponam.* Fecit ut dixerat. Simul enim sanctam urbem tenuit, legatos accersit nostros et quas afferrent ab imperatore sibi pecunias reddi petiit. Hic Butumites prius oportere dixit ut, juxta pacta conventa jurejurando firmata, fidem imperatori præstarent, ut cum eo expeditionem Antiochenam mox suscepturo adversus Tancredum conspirarent serio: tum sane ipsos missas pecunias merito <sup>D</sup> sumpturos. At Balduinus æquum putabat imperatoris quidem pecunias se capere, Tancredi vero partes sequi, ferebatque permoleste ac quasi accepta

#### Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>22</sup> ἐκεῖσε. <sup>23</sup> ἐκείσε. <sup>24</sup> στεφάνου. <sup>25</sup> γάρ. <sup>26</sup> αὐτῷ. <sup>27</sup> Πλεκτράνος.

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(31) Ἁγίον πόλιν. Alhertus loco laudato.  
(32) Ἀπέλυσε. Alhertus loco citato: *Legatus vero regis Græcorum benigne commendati, donisque magnificis ampliati, Constantinopolim remissi sunt.*  
(33) Ἰατζουλίῳ. Joscelino de Courtenay, qui citra Euphratem sua habebat præsidia, inquit Tyrus, lib. II, cap. 8, et postmodum Gervasio de Basilica, seu de *Bazochea*, in principatum Tabariæ, seu Tiberiadis, demum Balduino Regitestensi, regi

Hierosolymitano effecto, in comitatum Edessenum successit. Vide *Familias nostras Hierosol.*

(34) Πλεκτράνῳ. Excessit igitur e vivis Bertrandus comes Tripolitanus eo anno, quo soluta Tyrj obsidio, 1112.

(35) Ὁ δὲ υἱὸς. Pontius comes Tripolitanus, Bertrandi ex nepte Mathildis comitissæ, ut est apud Malmesburiensem, seu ut Ordericus, ex Aleide filia Olonis I, Burgundicæ ducis filius. Vide *Familias Hierosol.*

injuria querebatur quod extemplo non numerarentur a nummi. Naturarum hæc gentiumque est Barbarorum indoles : quæstui semper donisque ac pretio inhiant : ea vero præstare quæ promissæ pecuniæ fuerant minime volunt. Ad extremum ut impetrare Balduinus aliud non potuit, imperatori legatos qui ab ipso venerant cum litteris perfunctorie scriptis remittit. Nostri vero præterea Hierosolymis imperatoris verbis ac nomine egerunt cum comite Iatzulino, qui ad diem Resurrectionis Domini adorandi causa in Sanctum Sepulchrum venerat: verum ut et hunc quoque Balduino per omnia concordem experti sunt, tandem, nulla earum re perfecta quarum causa iter susceperant, inde recessere: Bertranoque non jam in vivis reperto, quas in episcopali apud Tripolim palatio pecunias, uti diximus, deposuerant, reci-

τὸν δούκα Κύπρου, κίντεῦθεν λιμοῦ παρανάλωμα γενήσεσθε, ὧς δὲ πάντα κάλων κινούντες, πῆ μὲν διὰ μελιχίων λόγων, πῆ δὲ δι' ἀπειλῶν πειρώμενοι τὰ χρήματα ἀναλαβέσθαι οὐκ ἐπειθον, δεῖν ἐλογίσαντο τὸν υἱὸν τοῦ Πελεκτράνου<sup>21</sup> εἰς σῶαν πίστιν (36) ὀρκίσαι τοῦ αυτοκράτορος, καὶ οὕτω τὴν πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀποσταλεῖσαν μόνην ἐπιδοῦναι<sup>22</sup> αὐτῷ ὄρωρον ἀπὸ τε χαράγματος χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ πέπλων παντοίων. Ὅ δὲ, λαβὼν ταῦτα, εἰς σῶαν πίστιν ὁμώμοκε τοῦ αυτοκράτορος. Τὰ δὲ γε λοιπὰ χρήματα ἀποκομίσαντες πρὸς τὸν Εὐμάθιον δι' αὐτῶν ἐξωνήσαντο ἴππους τῶν εὐγενῶν<sup>23</sup>, ἀπὸ τε Δαμασκοῦ καὶ Ἐδέσσης καὶ αὐτῆς Ἀραβίας (37), ἐκείθεν δὲ τὸ τε Συριακὸν πέλαιος καὶ τὸν Παμφύλιον παραμείψαντες κόλπον τὸν πλοῦν Β παρητήσαντο, καὶ τὴν ἡπειρον ἀσφαλεστέραν τῆ;

#### Variæ lectiones ex cod. Coislino.

<sup>21</sup> Πλεκτράνου. <sup>22</sup> ἀποδοῦναι. <sup>23</sup> εὐσθενῶν.

#### Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(36) *Εἰς σῶαν πίστιν. Annales Franc. an. 788 : Et ceperunt fideliores Buiwariorum dicere, quod Tassilo fidem suam salvam non haberet, id est, quod fidem, quam Carolo professus erat, integram non servaret, seu, ut habet Chronicon Reicherspergense, quod fidem promissam violasset. Id porro a Pontio expetitur, ut quam Bertrannus parens Alexio fidem præstiterat, salvam et illæsam servaret. Ita fidei salvæ, fides mentita opponitur; nam fidem mentiri, vel etiam mentiri simpliciter dicebantur, qui post præstitum sacramentum in dominum insurgēbant, ut est in epist. Ludov. I, tom. III Hist. Franc. pag. 891.*

(37) *Καὶ αὐτῆς Ἀραβίας. Equos Arabicos commendant Nicetas in Joan. in Man. lib. I, n. 4; lib. III, n. 3, lib. VI, n. 4; in Isaacio, lib. VI, n. 6, in Alexio, lib. I, n. 2; Zonaras in Romano Diogene, Ducas, cap. 16, 29 et 33. Theodorus Prodrom. carm. εἰς πρόνοϊαν, et εἰς Βαπτὰ, Joannes Leo in Descr. Afric. lib. IX. Poeta Vernac. Le Roman de Garin :*

*Hue s'en retorna sur le roux Arabi.*

Et alibi :

*Bien su armé, s'ot le roux Arabi.*

Equos Arabicos φάρας et φαρίλους vulgo appellant scriptores, a voce *faras*, quæ Arabibus equum generosum sonat. Achmes, cap. 253, Ἴππος ὁ φάρας ὁ εὐγενής. 409 Ita rursus cap. 152 et 159, φάρας Ἀραβικῆς apud Nicetam in Isaac. lib. I; Leo imper. in Tacicis, cap. 18 § 137, ait Saracenorum equos φαρίλους appellari. Equos *farios* non semel commendat Raimundus de Agiles, et Saracenis fuisse proprios auctor est: *Assumptis omnibus pecuniis suis Casaream et Camelam adibant, ut ibi equos farios mercarentur. Infra: Ceperunt ostendere illi de parte comitis equos farios, et divitias suas. Eadem pag. Qui cum accepisset a comite Raimundo 5000 solid. et duos equos farios optimos, etc.* Non desunt qui Arabes vocem hanc accepisse a Græcis censent, quibus φορᾶς est equa. Gloss. Gr. Lat. φορᾶς, ἡ θήλεια ἴππος, equa. Verum putant alii ita nostros appellasse equos integros, *admissarios*, quos Germani *Waran*, ut auctor est Goldastus, nuncupant, Hispani, Occitani, et provinciales *Guaragnos*, qui iidem sunt quos lex Salica, tit. 4, § 2 et 4, *Waranjones* vocat, voce forte ab Arabica *faras* deducta. Denique non multum ablutit vox Cambrobritannica *furch*, equus, unde *cadfarch*, equus bellicus, ut est apud Marcum Zuerium Buxhernium in *Originibus Gallicis*. Hinc a Francis

*nostris equos ferrandos, Arabicos nuncupatos fuisse, voce efflicta a faras, probabile est. Lambertus Ardensis: Optimum equum ferrandum liberaliter obtulit; cheval ferrant, in Testamento Balduini comitis Guinensis, an. 1244, apud Duchesnium. Le Roman de Garin :*

*Enmi la place li ont ferrant forsnis.*

Idem :

*Prenés vos garde de moi et de ma gent,  
Ne tendés mie as cheuaus, as ferrans,  
A belle robe, a or, ne a argent.*

Eidem poetæ dicuntur interdum isti equi *auserrans* :

*Mult par su liés, quand vint a l'auserrand.*

Alio loco :

*En destre menent les auserrans de pris.*

Rursum :

*Et enseller maint auserrant coursier.*

Hinc denique equos omnes, etiam indigenas, qui Arabicorum colorem haberent, *ferrandos* vocarunt nostri. Rigordus an. 1215, de Ferrando Flandrensi comite in pælio Bovinensi capto, et Lutetiam adducto: *Nec verecundabantur illudere ei rustici, vetulæ, et pueri, nacta occasione ab æquivocatione nominis, quia nomen ejus tam equo, quam homini æquivocum erat: et casu mirabili duo equi ejus coloris, qui hoc nomen equis imponit, ipsum in lectica vehēbant. Albericus: Accidit etiam casu mirabili, quod equi lecticam Fernandi trahentes, essent coloris ferrandini.* Willelmus Guiart :

*Ferrant portent dui auserrant,  
Qui tous deus sont de poil ferrant.*

Infra :

*Li auserrant de ser ferré,  
Emportent ferrant enferré.*

Cujusmodi autem fuerit color ille equorum Arabicorum, qui *Ferrandini* dicitur Alberico, docet hystoria Francorum ms. ex bibl. Meiniana in Philipp. Aug. *Nul ne porroit dire, ne deviser le grant joie que ceus de Paris firent au roy Phelippe leur seigneur, après cele victoire, le quel emmenoit ferrant aueques lui en une liiere, que portioient deus cheuaus pommelés. Si crioit le peuple, quand ferrant passoit, par manere de gaber et moquer, que deus ferrans portioient ferrant, mais ferrant estoit enferrez.* Vide Julium Scalgerum, exercit. 206, in Carda mm, et Menagium *De ling. Franc.*

θαλάσσης ἡγησάμενοι, πρὸς τὴν Χερσόνησον ἀφο-  
ρῶσι τὸν αὐτοκράτορα ἔχουσαν, καὶ τὸν Ἑλλησπον-  
τον διαθεσθικότες τὸν βασιλεία καταλαμβάνουσιν.

pecunias restituerent, officio defuturos jurati Augusto obsequii; et pudendam infidelitatis in se maculam suscepturos, si ab avi Sungelis et Bertrani patris exemplis tam recenti memoria in laude omnium vigentibus, tam fœde se degenerem illius nepos, huius filius probaret, vituperatione usque ad consultorum curatorumve ipsius dedecus processura. Imo præterquam inhonestam, etiam rem sibi noxiam facturos ipsos. Cum enim, qua in vicinia Cypri erant, carere istius insulæ commercio subsidiisque sine sua pernicie non possent, certum haberent fore, nisi actutum pecunias redderent, ut nulla deinceps ab Cypro insula copia annonæ, nullis ducis ejus auxiliis juvarentur; unde ipsos necesse esset fame perire. Duræ ad hæc omnia Gallorum erant aures. Igitur nostri, ubi moto, quod aiunt, fune omni, blanditiasque non minus frustra quam minas experti, persuadere nequivere Bertrani filio curatoribusve aut consiliariis ipsius, ut repræsentare rem creditam vellent, tandem eo descenderunt, ut partem depositæ pecuniæ magnam Bertrano ab imperatore destinatam sibi utique servaret Bertrani filius, mox eam, præstando solemnī fidelitatis juramento, promereri ab imperatore gratiam occuparet. Sic prolatum imperialis gazæ depositum est; ex eo segregata tum moneta signata ex auro atque argento, tum vela vestesque pretiosæ omnis generis, quas Bertrano proprie Augusti designatione constabat attributas. **Ex 429** illius filio relictæ; verum hic eodem tempore legitima rite formula solempne fidelitatis jaramentum in Augusti nomen dedit. Cæteras opes apud Tripolim depositas tollentes, legati et ad Eumathium in Cyprum deferentes, equos iis generosos ab Damasco et Edessa ipsaque Arabia mercati sunt. Hinc Syriacum pelagus et Pamphylium sinum emensi, navigatione ulteriori ut suspecta declinata, tutiori terrestri itinere in Chersonesum tendunt, ubi didicerant imperatorem esse, ac Hellesponto transito ipsum adeunt.

Ἐπεὶ γὰρ ἀλλεπάλληλοι τούτω αἱ φροντίδες νιφε-  
τοῦ δίκην ἐπήρχοντο, ἀπὸ μὲν τῆς θαλάσσης διὰ στόλου  
εὐτρεπιζομένων των ἡγεμόνων Πίσσης; τε καὶ Γενούας  
καὶ Λογγιβαρδίας τὰ παρὰ θάλατταν ἅπαντα ἡ  
δηώ-  
σασθαι, καὶ τῆς ἡπείρου αὐθις ἐξ Ἐφῶς τοῦ Ἀμην-  
σαϊσῶν καταλαμβάνοντος ἤδη κατὰ τῆς Φιλαδελφείας  
καὶ τῶν παρὰ τῶν μερῶν, δεῖν καὶ αὐτὸς ἐξεληλυθέναι  
τῆς βασιλευούσης ἔγνω κακείθεν παραγενέσθαι  
οὐ δυνατὸν καὶ κατ' ἄμφω τὰ μέρη μάχεσθαι. Κα-  
ταλαμβάνει τοίνυν ἡ τὴν Χερσόνησον. Εἶτα ἅπαντα  
χίθιν μετακαλεσάμενος τὰς δυνάμεις, ἀπὸ τε ξηρᾶς  
καὶ θαλάττης, καὶ ἀποδιελὼν Ἰκάνων στρατεύμα διὰ  
τοῦ Σκαμάνδρου μέχρις Ἀτραμήτου καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ  
Θρακησίου (38) κατατίθεισιν. Εἶχε μὲν οὖν τῆνικαῦτα  
στρατηγὸν ἢ Φιλαδέλφεια Κωνσταντίνον τὸν Γαβρᾶν  
καὶ λαὸν ἀποχρῶντα πρὸς τὴν ἐσῆτης φρουρᾶν τὴν  
δὲ μίξοβαρβαρον Μοναστράν, οὐπερ ἐν πολλοῖς ὁ λό-  
γος ἐμμένητο, ἢ Πέργαμος καὶ τὰ Χλιαρὰ ἢ, καὶ τὰ  
τούτοις παρακείμενα πολίχνητα, καὶ αἱ παρὰ θάλατταν  
ἑτεραι πόλεις, ἄλλους περὶ στρατηγικῆ καὶ τόλμη  
διαφέροντας. Πολλὴν δὲ τὴν πρὸς αὐτοὺς παραγγελίαν  
ὁ αὐτοκράτωρ ἐποίησατο ἐγγρηγορέναι διαπαντός, καὶ  
σκοποὺς πανταχόθεν ἐκπέμπειν τοὺς τὰς τῶν Βαρ-  
βάρων ἐπιτηροῦντας διεκδρομὰς καὶ ἀπαγγέλλοντας  
αὐτοῖς καθ' ὥραν. Οὕτω μὲν οὖν τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν  
ἀσφαλισάμενος πρὸς τοὺς θαλαττίους ἐπέειδε πολέμους  
τοῖς ναυτικοῖς ἐντειλάμενος, τοὺς μὲν τοῖς λιμέσι  
Μαδύτου (39) καὶ Κοίλων προσορμίσαι, καὶ τὸν

A pere volebant. Sed Bertrani filius et Tripolitanus  
episcopus depositum repræsentare cunctabantur:  
instantibus contra nostris, et denuntiantibus, nisi  
Augusto obsequii; et pudendam infidelitatis in se  
maculam suscepturos, si ab avi Sungelis et Bertrani patris exemplis tam recenti memoria in laude  
omnium vigentibus, tam fœde se degenerem illius nepos, huius filius probaret, vituperatione usque  
ad consultorum curatorumve ipsius dedecus processura. Imo præterquam inhonestam, etiam rem  
sibi noxiam facturos ipsos. Cum enim, qua in vicinia Cypri erant, carere istius insulæ commercio  
subsidiisque sine sua pernicie non possent, certum haberent fore, nisi actutum pecunias redderent,  
ut nulla deinceps ab Cypro insula copia annonæ, nullis ducis ejus auxiliis juvarentur; unde ipsos  
necesse esset fame perire. Duræ ad hæc omnia Gallorum erant aures. Igitur nostri, ubi moto,  
quod aiunt, fune omni, blanditiasque non minus frustra quam minas experti, persuadere nequivere  
Bertrani filio curatoribusve aut consiliariis ipsius, ut repræsentare rem creditam vellent, tandem eo  
descenderunt, ut partem depositæ pecuniæ magnam Bertrano ab imperatore destinatam sibi utique ser-  
varet Bertrani filius, mox eam, præstando solemnī fidelitatis juramento, promereri ab impera-  
tore gratiam occuparet. Sic prolatum imperialis gazæ depositum est; ex eo segregata tum moneta  
signata ex auro atque argento, tum vela vestesque pretiosæ omnis generis, quas Bertrano proprie  
Augusti designatione constabat attributas. **Ex 429** illius filio relictæ; verum hic eodem tempore legi-  
tima rite formula solempne fidelitatis jaramentum in Augusti nomen dedit. Cæteras opes apud Tripolim  
depositas tollentes, legati et ad Eumathium in Cyprum deferentes, equos iis generosos ab Damasco  
et Edessa ipsaque Arabia mercati sunt. Hinc Syriacum pelagus et Pamphylium sinum emensi, naviga-  
tione ulteriori ut suspecta declinata, tutiori terrestri itinere in Chersonesum tendunt, ubi didicerant  
imperatorem esse, ac Hellesponto transito ipsum adeunt.

**B** Causa prodeundi Augusto ex urbe regia fuerat  
periculum undique ingens Romanæ rei. Siquidem  
certis ab Occidente nuntiis ferebatur Pisanos ac  
Genuenses cæterosque principes Italix summa ope  
classes parare validas quibus regiones omnes limi-  
tis occidui maritimas piraticis incursionibus et ex-  
scensionibus in tutum subitis vastaturi mox essent.  
Constabat aliunde bellum ab Oriente instare barba-  
ricum formidolosum atque atrox; duce amero  
Saine in expeditionem jam progresso, ac recta mo-  
vente Philadelphiam versus et totam illam mari vi-  
cinam regionem. Hac quadam quasi nive aut gran-  
dine crebrarum pariter et vehementium curarum, ex-  
cussus utique imperator quiete domus Augustæ, eo ac-  
currendum putavit, unde adversus utramque vim unns  
occurreret quam fieri posset optime. Ei rei delecta  
Chersonesus in quam simul se contulit, simul  
eodem ex locis omnibus terrestres juxta navales-  
que copias coegit. Ex iis delectu segregatum ido-  
neum exercitum per Scamandrum usque Atrame-  
tum ipsumque Thracesium progredi jussit, illicque  
subsistere. Habuit tum Philadelphia præfectum  
Constantinum Gabram, numerumque abundantem  
multitudinis ad tutelam sui. Hybrida Monastras, de  
quo nos multa superius, Pergamum obtinebat et  
Chliera. Asiæ his adjacentes arces, urbesque ad  
mare sitæ tractus illius reliquæ aliis præstantibus  
rei bellicæ peritia et fortitudine ducibus suberant.

Varix lectiones ex cod. Coislin.

<sup>38</sup> παραθαλάσσα πάντα. <sup>39</sup> τοίνυν. <sup>40</sup> Χλιαρὰ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(38) *Θρακησίου*. 410 Thracessii Thematis, quod  
Lydiam, Cariam, Ioniam, et aliquot alias provin-  
cias complectebatur. Constantin. de Themat. lib. 1,  
et in Basilio, cap. 15 et 16.

(39) *Μαδύτου*. Oppidum in Chersoneso Thra-  
ciæ, hodie *Maitos*, teste Leunclavio, n. 24. Nec  
procul aberant τὰ Κοῖλα, portus memoratus Ni-  
cææ in Man. lib. v, cap. 4.

Quos assiduis nuntiis in omnium horarum vigiliam expectatos habebat imperator; subinde repetitis mandatis excitans, ad speculatores fidos et acres quoquoersum continue mittendos, quos nullus hostium motus progressusve posset fallere, qui statim comperita nuntiarent. Sic procuratis rebus Asiæ, ad maritima bella providentiam vertit, edito ad omnes nauticos mandato, ut Madyti et Coelaurum portus occuparent, fretumque interpositum inconvnienti custodia servarent, percursantesque velocibus ista maria, micanti assidue strenuitate imminerent in omnem motum atque accessum classis Franciæ: et cum effecissent speculandi vigilantia ne improvisi fortitudine coneequerentur, ne **430** noxii hostes accederent; tam continente quam insulis ab eorum impetu atque injuria tuandis. Obirent igitur tractus illos marium littorumque ostentando circumferendoque passim, admovendo etiam, quocumque opus esset, præsidio atque auxilio, ne Peloponneso quidem neglecta; nam et hanc imputari a navarchis Romanis in partem provinciæ mandatæ, idoneamque ei tuendæ custodiam impendi nominatim imperator caverat. Quoniam autem in iis partibus diutius morari constituerat, excitari Augustus jussit apto ad id delecto loco subitarias domunculas, tectis extemporaneis operatas, sub quibus hiemem transegit. Ut autem e Longohardia cæterisque locis ac partibus parata Latina classis solvit in nos infesta, primum illud omnium ejus ductor putavit faciendum ut missis quinque biremibus et quam proxime admovere se jussis Romanis terris ac portibus, captivos ad se ducei juberet e Græcis aliquos, quorum indicio, quid imperator rerum gereret, ubi locorum, quo statu esset, edoceretur. Abydum jam pene pervenerant exploratoriæ naves quando incurrentibus nostris contigit e quinque unicum duntaxat ad eum qui miserat recurrere reliquis captis et detentis cum renigio ac vectoribus omnibus. Didicerunt hujus reditu biremis duces Latinarum classium munitos ab imperatore copiis egregiis portus omnes; terras etiam ac continentem firmis præsidii in tuto positas. Ipsum quo cunctis ex opportuno loco prospiceret, cunctis animos adderet ad Cherrhonesum hibernis ædificatis hiemare cum exercitu. Illis Galli auditis, satis sibi consilii haudquoquam ipsis adesse vires tantas quantæ ad perumpendas tot istas ab imperatore objectas præsidiorum fortium et cautissimorum consiliorum præmunitiones ac velut invictas moles, versis repente clavis alio cursum intenderunt. Tunc Gallorum unus quidam ex iis qui tum forte circa duces fuere quando hæc ad ipsos de imperatore delata sunt, navem propriam monerem velocissimam momento conscensam raptimque a classe divisum in cursum expellit, et quam celerrime Balduinum adit tunc oppugnantem Tyrum. Eique exponit, jussu opinor Latinorum ducum, quo loco apud ipsos, quo apud imperatorem res essent: ut dromades ipsorum exploratoriæ a Romanis captæ; ut acribus excubiis invictis præsidii præmunitissima apud hostes sint omnia. Denique illud libere ac pudore superato fatebatur: nequaquam ausos esse duces Francos imperatorem sic paratum aggredi; consultiusque judicasse redire salvos re infecta quam temere attentato adversus instructissimam Romanam classem prælio vinci haud dubie. Huic formidini orationis congruus erat aspectus atque habitus talia referentis Balduino Galli, tremantis interim totis artibus, et Romanam de qua dicebat classem pavere adhuc præferentis.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

<sup>37</sup> πρὸς. <sup>38</sup> μαθεῖν. <sup>39</sup> νῆα. <sup>40</sup> ἐπελθών. <sup>41</sup> καθώπερ. <sup>42</sup> ὠμολόγει.

Α ἀναμεταξύ πορθμὸν ἀνυστάκτως φυλάττειν, ἐκδρομάς τινὰς ποιουμένους διὰ δρομάδων κούφων νηῶν, καὶ τὰς τῆς θαλάττης κελεύθους ἀνυστάκτως ἐπιτηρεῖν, τὴν Φραγγικὸν ἀπεκδεχομένους στόλον τοῦς δὲ τὰς νήους παραπλέοντας φρουρεῖν, μηδὲ τὰ κατὰ τὴν Πελοπόννησον παριδόντας, ἀλλὰ καὶ ταύτης ἀποχρῶσαν ποιεῖσθαι φυλακὴν. Ἐπεὶ δὲ βραδύνειν ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσιν ἐβούλετο ἐν ἐπικαίρῳ τόπῳ σχεδιάσας οἰκίματά τινα αὐτοῦ ποῦ τὴν παραχειμασίαν ἐποιεῖτο. Ὡς δὲ ὁ ἀπὸ Λογγιβαρδίας εὐτερεπισθεὶς στόλος καὶ τῶν λοιπῶν μερῶν, λύσας τὰ πρυμνήσια τὸν ἀπόπλουον ἐπεποίητο, ἀποδιελόμενος ὁ τούτων ἀρχηγὸς πέντε διήρεις ἀπέστειλεν ἐφ' ἑκάστην τινὰς καὶ τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως καταμαθεῖν <sup>38</sup>. Ὡς δὲ τὴν Ἄβυδον κατέλαθον ἤδη, μίαν **B** τούτων πρὸς τὴν πέμψαντα συνέθη ἐπανένει τῶν λοιπῶν κατασχεθεῖσιν σὺν αὐτοῖς ἐρέταις, δι' ἧς οἱ ἀρχηγοὶ τῶν ἤδη ῥηθέντων στόλων τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα μεμαθήκότες, καὶ ὅτι τὰ τε κατὰ τὴν θάλατταν καὶ τὴν ἡπειρὸν ἀκριθῶς ἐξασφαλίσάμενος, κατὰ τὴν Χερσόνησον τὴν παραχειμασίαν ποιεῖται ἐφ' ἣ ὅ πάντας παραθάρύνειν, ἐπεὶ πρὸς τὰ τοῦ αὐτοκράτορος μηχανήματα οὐχ οἷοι τε ἦσαν ἀκμάχεσθαι, τοὺς σθακὰς μεταχειρισάμενοι, ἀλλήν ἐπίπνυτο. Εἰς δὲ τὴν Κελτῶς τῶν ἀμφὶ τοὺς ἀρχηγούς τὴν ἰδίαν ἀφελόμενος νῆαν <sup>39</sup> μονήρη ὠκυτάτην εὐσαν πρὸς τὸν Βαλδουῖνον ἀπέει, καὶ τὴν Τύρον πολιορκουῖντα τοῦτον εὐρῶν ἅπαντα καθὼς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα διηγήσατο, μετὰ γνῶμης, οἶμαι, πῶν ἀρχηγῶν ἐκείνων ἀπελθόν <sup>40</sup> καὶ **C** ὅπως τὰς κατασκόπους δρομάδας ναῦς ὁ Ῥωμαϊκὸς φθάσα; κατέσχε στόλος, καθά γε <sup>41</sup> καὶ εἰρηται. Ἀλλὰ δὴ καὶ τοῦτο ἀνευθριάστως ἀνωμολόγει <sup>42</sup>, ὅτι περ οἱ ἡγεμόνες τοῦ Κελτικοῦ στόλου οὕτω παρασκευασάμενον τὸν αὐτοκράτορα κατ' αὐτῶν ἐγνωκότας ὑπέστρεψαν, βέλτιον εἶναι νομισαντες ἀπράκτους ὑποστρέψαι, ἢ μετὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στόλου μαχομένους ἠτήθησαν. Ὁ μὲν οὖν Κελτῶς ἐκεῖνος ταῦτα πρὸς τὸν Βαλδουῖνον ἐξεῖπεν, ὑπότρομος ὢν καὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἐτι δεδιώς στόλον. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ κατὰ τὴν θάλατταν συμπεσόντα τοῖς Κελτοῖς.



Ἄλλ' οὐδὲ κατὰ τὴν ἡπειρον ζάλης ἄνευ παρ-  
ῆσαν οὐδὲ φροντίδων ἄτερ καθεστήχασιν τῷ αὐτο-  
κράτορι. Μιχαὴλ γάρ τις ἐξ Ἀμάστριδος τὴν  
Ἀκρουσὸν φρουρῶν ἀποστασίαν μελετήσας κατέσχεν  
αὐτὴν καὶ τὰ παρακείμενα ταύτῃ <sup>43</sup> δεινῶς ἐληξίζετο.  
Τοῦτο μεμαθηκῶς ὁ αὐτοκράτωρ μετὰ ἀποχρώσεως  
δυνάμειος κατ' αὐτοῦ τὸν τοῦ Δεκανοῦ ἐξέπεμψε  
Γεωργιον. Ὅς καὶ πολιορκήσας ἐπὶ τρισὶ μῆσι,  
ταυτηνὴ μὲν τὴν πόλιν κατέσχε, τὸν δὲ ἀποστάτην  
ἐκείνον πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ταχέως ἐξέπεμψε.  
Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τὴν μὲν τοῦ κάστρου φρουρᾶν  
ἐτίρω ἀνέθετο, αὐτῷ δὲ τὰς ὄφρυς ἐπιτοξεύσας καὶ  
πολλὰς <sup>44</sup> ἀπειλήσας καὶ θάνατον αὐτοῦ τῷ φαινο-  
μένῳ καταψήφισάμενος, εἰς φόβον μέγαν ἐνήκε τὸν  
ἄνθρωπον. Ταχὺ δὲ τὸ δέος ἔλυσε τοῦ στρατιώτου.  
Ὀβῶ γὰρ ὁ ἥλιος τοῦ ὀρίζοντος κατέδυ, καὶ ὁ  
δεσμώτης ἐλευθερὸς ἴστατο, καὶ ὁ θανάτου κατα-  
ψήφισθεὶς μυρίων ἐτεταχίχκει δωρεῶν.

Τοιοῦτος ὁ ἐμὸς πατὴρ βασιλεὺς ἐν πᾶσιν ἐφαί-  
νετο, κἴν πολλῆς ἐς ὕστερον τῆς ἐξ ἀπάντων ἀγνω-  
μοσύνης ἀπήλαυσε <sup>45</sup>, καθάπερ ποτὲ καὶ ὁ πρῶτος <sup>46</sup>  
εὐσεργέτης ὁ Κύριος, μάννα βρέχων ἐν ἐρήμῳ, σιτίζων  
ἐν ὄρεσι, καὶ ἐν θαλάττῃ ἀβρόχους διαδιδάζων, καὶ  
ὕστερον ἀθετούμενος καὶ ὑβρίζόμενος καὶ τυπτό-  
μενος καὶ τέλειος σταυρὸν παρὰ τῶν ἀνόμων κατα-  
κρινόμενος. Ἄλλ' ἐναυθα γενομένης προεκηδέμ  
μου τοῦ λόγου τὸ δάκρυον καὶ σφύζω περὶ τούτων  
ἔρεϊν, καὶ ποιήσασθαι τῶν ἀγνωμόνων κατάλογον,  
ἀλλὰ τὴν ἡλιώτιαν ἐπέχω καὶ τὴν καρδίαν σφαδά-  
ζουσαν. Καὶ τοῦτο δὴ πρὸς ἑμαυτὴν ἐπιλέγω συν-  
εχῶς τὸ τοῦ ποιητῆ·

vitam comitata humanitas est. Male illa quidem agnita  
duris plerisque commendata mentibus, nihil nisi odiorum  
Ingratissimorum spinosissimam referre  
solita messum: tamen hanc ut in malis consolationem habens,  
quod qui uteretur tali fortuna,  
conditionis per eam fieret ejus similis qua primus ipse ac supremus  
bonorum auctor omnium sua  
hominibus benefacta collocavit. Nimirum ille quibus manna in deserto  
pluit; quos pavit in monti-  
bus, quos siccos per mare transportavit; ab iis abdicatus, illusus,  
pulsatus, denique iis accusanti-  
bus et urgentibus crucis supplicio addictus ab impiis est. Erumpunt  
Aer summus arboris est extremus apex ramorum ac frondium altissime exurgens supra silvam reliquam. Et his conjecturam capient de loco qui est in manibus videri poterat aer montis esse supremus ejus vertex. Verum intercedit huic suspicioni ἀκολούθῃ ipsa loci et ratio sententiæ, quæ exigit ut aer Malagorum sit non editissima montis ejus pars, sed mari vicina maxime, imminensque opportune, rostrum quoddam aut caput promontorii ad appulsiōnem solutionemque navium. Statim siquidem a luditur Augustum simul istum aerem attingit, regia monere missa imperatricem in arce maritima commorantem accersivisse: Ὁ βασιλεὺς ἄμα τῷ τῶν ἀέρα καταλαβεῖν, διὰ τοῦ βασιλικοῦ μονήρου; μεταπέμπεται τὴν Αὐγούσταν. Imo, ut apparet, eo ipso animo ac spe conficiendæ deportationis hujus locum istum insederat imperator: ut vel inde satis verisimile sit aerem vocatum promontorii excurrentis in mare caput undique portuosum et accessu facile. Sic Ausonius in Mosella, *templi aerem* vocat non quodcumque medium spatium inter cameram et pavimentum fani: sed insignite nodum sive umbilicum medice fornicis prominenter exstantem e magnete lapide in speciem Cauri flantis conformato: cui opposita statua ferrea Arsinoes, innata vi lapidis Herculei tracta in altum, suspensa suspendebat animos admirationemque spectatorum circum hiantium: quod solidum signum gravis materiæ adnotum arcana vi tholo medio testudinis delubrum superne contegentis, ibi hæreret nullo fulcro, talem objectans suspectantibus speciem qua-i solo crine in hærens nucleo cameræ justæ molis puella inde penderet. Versus Ausonii sic habent:

*Conditor hic forsans fuerit Ptolemaidis aulæ  
Dinochares, quadro cui in fastigia cono  
Surgit, et ipsa suis consumit Pyramis umbras.  
Jussus ob incesti qui quondam sædus amoris  
Arsinoen Pharii suspendit in aere templi.  
Spirat enim tecti testudine Corus Achates:  
Afflatamque trahit ferrato crine puellam.*

Sic in pileo despotæ Sciadio dicto: de quo Collinus, cap. 3, num. 1, pag. 45, edit. Reg., ἀήρ vocatur nodus cinguli clarissimis e gemmis pretiosissimo textu nomen despotæ ipsius inscriptum ostentans intuentibus contra. Erat enim ille nodus (Greiserus noster non male umbonem vertit, ob quamdam similitudinem umbilici clypeorum), erat, inquam, pretiosi et auro clavati diadematis, quo redimiebatur pileus despotæ, quasi fibula ista, et emblema fulgentissimum, ex congestis margaritis, in partem anteriorem obversum atque adeo emicans e fronte summa. Non facit huc notio alia nominis ἀήρ, juxta quam velum quo sancta operiuntur in altari aer dicitur. Colligit testimonia Meursius. Cui addo:

videri indicatam hoc verbo vel subtilitatem tenuis ac pretiosi panni quo vela talia constabant; quo more ingeniosi scriptores telas subtilissimas ventos textiles, aut nebulas coherentes vocare solent: vel adhibitum huc, nomen ἀήρ, quatenus caliginem et tenebras sonat, ad designandum obumbratione ista contegentis veli augustam velut quamdam caliginem offundi mysteriis, et sacras tenebras quibus ad venerationem vulgo commendentur.

*Ἀμφίρυκος.* Lib. viii, et lib. xiv: Genus sine dubio navis. Videri posset corrigendum ἀμφηρικὸς *ambiremis*, quo verbo Thucydides est usus: nisi satis expertus uti Annam sæpiuscule novis vocabulis, temperandam putasset criticam manum. Quin etiam non usquequaque ἀμφηρικὸς Thucydidis ad hujus loci sententiam facit. Hic enim res exigit hoc verbo intelligi navem apertam undique, ad speculationem liberam riparum amnis, quales ἀμφιβῶγας Suidas appellatas docet: quasi dicas fractis undique obicibus vectoribus circum omnia cernendi puram facultatem dantes. Speculatorias, si bene memini, dixit Livius, lib. ii Decadis prima. Græci autem, ut Plutarchus in Catone, κατασκοπικὰ πλοῖα: quam vocem Latinitate donatam ab Hirtio habemus, lib. v, imo et a Tullio lib. v Epistolaram ad Atticum. Cæterum si quis pro priore ambiremis ἀμφηρικὸς notionem ambitiosius contendat, haud difficile concesserim, utramque hic significationem in usum inclusam vocem, ut ἀμφίρυκος νῆες et ἀπερτῆς et duobus utrinque remis agitatae naves sint.

*Ἀνθρῶπως.* Peculiari et juridica ratione usurpatur ab Anna hoc nomen libro præsertim xiii, sæpius ad significandum ὑποχέριον δούλον subjectio nem professum alicui principi ratione feudi ab eo accepti. Vide verbum λίζιος, inferius suo loco.

*Ἀντιληψίς.* In instrumento pacis confectæ Baimundum inter et Alexium Augustum lib. xiii sonat liberalem gratiam et concessionem clementem ac beneficam.

*Ἀπόκρηω* et *Ἀποσπᾶς.* Cum nihil addendum habeam ad ea quæ vire doctissimi de his vocabulis adnotarunt, causa hinc morandi non est.

*Ἀποστολεύς.* Qui classi præest. Vide Suidam; usurpatur lib. xiii in Pacificatione Baimundi.

*Ἀριστήριον.* Lib. xiv, pag. 443. Ἡ δὲ Αὐγούστα περιχαρῆς γεγονούτῃ ἐδέξατο τοῦτον ἔξω τῆς τοῦ κοινῶνος θύρας, ἀριστήριον αὐτοῦ πάλαι ὀνομαζόμενον. Suspiciari licet ex notatione vocabuli fuisse hanc Gynæcei palatini exhedram in qua imperatrices cibum sumere consueverant. Ut sit ἀριστήριον ἀπὸ τοῦ ἀριστεῖν *prandere*. Quod si ita est, parum verisimile fuerit idem esse ἀριστήριον cum Ἄρως οὖκω ejus meminit Procopius, lib. i Persioorum ubi de incendio urbis et palatii: Καὶ τῆς, αἰτ, βασιλέως αὐλῆς τὰ ἐκ τῶν προπολαίων ἄχρι ἰς τὸν Ἄρως λεγόμενον οἶκον, καυθέντα ἐφθάρη.

*Ἀρχοντοπάλοι.* Filii veteranorum militum in unum agmen sic dictum conscripti, lib. vii, pag. 204. Ἀρχόντων nomen vel militares magistratus,

ut centuriatus, tribunatus, et similes indicat : ut hi fuerint filii non gregariorum sed gesto magistratu probatorum militum : vel eadem notione sumitur qua principum vox in militia Romana. Ubi Principes, Hastati, Triarii, species sunt militum etiam praefecturae militarem non gerentium. Πόλου terminatio ὑποκοριστικῆ diminutiva est Graecis recentibus. Quod, quia viri docti abunde docuere, novis auctoritatibus, quod erat facile, putidum et supervacaneum fuerit adstruere conari. Tantum addam, quod ad Ἀγούρων quoque superius explicatam vocem et cohortem referri potest, vel plane ad hoc genus pertinuisse cohortem trecentorum eximiam, lib. XIII, sub initium descriptam ; vel certe similis instituti ac generis fuisse. Verba loci laudati sic habent : Τὴν νέηλον στρατιάν ἐκ τῆς συντάξεως πάσης ἀπολεξάμενος · καὶ οὗς μᾶλλον αὐτὸς ἀνεθρέψατο καὶ τὰ στρατιωτικὰ ἐξεπαίδευσεν (hi manifeste ad classem τῶν Ἀγούρων pertinent), ἀρχηγὸς στρατευμάτων κατέστησεν. Ἦσαν δ' οὗτοι ξύμπαντες τριακόσιοι, πάντες νέοι, καὶ εὐμήκεις, σφριγῶντες τὸ σῶμα, καὶ ἕκαστος; τούτων ἀρτίχρους τὸ γένειον, etc. Paulo inferius sub medium libri ejusdem XIII, memoratur caedes Caræ cujusdam qui ex cohorte τῶν Ἀγούρων ἠνδρειωμένων fuisse videtur. Sic enim Anna : Πίπτουσι τηνηκαῦτα τῶν Ῥωμαίων πολλοί. Καὶ αὐτὸς ὁ Καρᾶς νηπίσθην τοῖς γνησίοις παρὰ τοῦ ἀυτοκράτορος προσληθῆαι; καὶ κατελαγείσ.

*Αὐτοκρατόρισα.* Imperatrix, lib. XIV.

### B.

*Βεστιαρίται.* Lib. IV, pag. 109, τῶν δὲ οἰκειοτέρων οὗ; βεστιαρίτας ἢ συνθήθεια καλεῖ. Omnes hos fuisse custodes imperialium vestium (sic enim viri docti βεστιαρίτων nomen exponunt) equidem vix credo. Quomodo enim isti aut tot fuissent ut ex iis numerosa cohors pugnaturum acie Alexium sequeretur? aut soli ex aulicis ac domesticis omnibus ad dimicandum asciscerentur? Videtur potius, ex verbis Annae βεστιαρίτας dictos communiter vulgari lingua fuisse omnes domesticos domus Augustæ qui statis in palatio ministrantes officiis familiæ imperatoris imputabantur. Certo fortasse colore aut modo vestium (ut hodie fieri consuevit) ab aliis distincti, indeque appellationem nacti.

*Blattia.* Recitat Anna, lib. III, pag. 93 et 94, epistolam Alexii Augusti ad Henricum regem Germaniæ, qua inter alia imperator testatur se regi ex pacto misisse centum quadraginta tria millia nummorum et centum Blattia, ἑκατὸν βλαττία. Quid hæc Blattia sint equidem disquisivi diu : quo potissimum omnia indagantis suspicio sederit, hic proponam obnoxie ac timide. Existimo volumina fuisse panni holoserici ostrino colore tincti, *cent pieces de velours ou satin rouge cramoisy*, ita ut materis simul et coloris genus vocis unius emphasi jungantur institutione peculiari Græcorum sequioris ævi. Primum omnium Blattiam dici purpuram,

ostrum, muricem, ac coccum (vobis enim populari usu color rubeus splendens, tot istis inter se diversis signatur nominibus), blat:am, Inquam, dici purpureum quemcumque fucum, doctissime demonstrat Andreas Resendius, lib. I *Antiquitatum Lusitanicarum*, tum aliis veterum testimoniis adductis, tum his Sidonii versibus, lib. XI Epist. ad Tonantium :

*Rutilusque ferte blattas  
Recoquente quas ahenò  
Melibœa fucat unda  
Opulentel ut meraco  
Bibulum colore vellus, etc.*

Idem auctoritate Vopisci, Capitolini, Eutropii, Pauli Diaconi, Isidori, Venantii Fortunati, et aliorum astruit Gretserus noster, lib. II Observationum in Codinum, solidius, ni fallor, quam ut satis fuerit eruditum scriptorem Notarum posteriorum in Cedrenum, tribus contra verbis excipere : nihil esse nisi *nugis et nullius momenti commenta que circa blatteum colorem, id est roseum vel purpureum, et Græcum βλαττίον, ex nominum allusione velut e Delphica tripode, enuntiat sparsim Gretserus in Codinum*. In quo præterea (quod pace viri docti et religiosi dictum velim) humanitatem ejus adversus hominem de religione ac litteris bene meritum requiro. Afferi solet Cassiodori quoque manifestum in eadem sententiam testimonium. Sed res minime dubia testimoniis non eget. Blatta, vernis genus triticeæ ac ferruginei coloris, usurpatum jam olim scimus pro verme minuto coloris micantissime flammæ, ac viva rubedine saturi qui oritur ex granis fruticis Arabibus *Kermes* dicti : ex quo est nomen celebris apud officinas antidoti (confectionem Alkermes, vocant) quod in ea locum vel præcipuum baccae hujus fruticis habeant : cujus item ex nomine vulgatum illud nostris saturæ purpuræ vocabulum natum qua *rouge cramoisy* quasi rubrum Kermesinum dici solet. Hinc quia ex granis hinc fucus purpureus quo vestes inficiuntur exprimitur purpura ipsa *grana* Lusitanis dicitur : imo et Græcis κόκκος, quod genericum, non minus quam vernis, nomen est, ad hanc tamen speciem usu additum. Jam quia grana hæc industria infectorum certo modo et spatio expansis in areis infectorum et subinde vappa vel cervisia rigata, vertuntur in vermiculos pellucentes cruore florentissimi coloris, quo vestes imbutæ amœnissime fucantur, invaluit ut purpura, vermis ac vermiculus appelletur, Græce σκώληξ aut σκωλήκιον, unde putatur in vulgares linguas emanasse *scarlacæ* nomen, Galli *escarlate* dicunt. Qui etiam pro ruberrimo fuce, *vermilton* vermiculum, passim usurpant. Neque id cœpit χθὲς καὶ πρόην, cum omnium antiquissima lingua sancta locis sane plurimis etiam primi et vetustissimi scriptoris Mosis, vocem צללה, quæ vermem sonat, pro purpura usurpet, uti videre est Exod. XXV, 4; xxxv, 35; xxxix, 3; Levitici xiv, 4 et 6. Tum præterea Job xxv, 6; Isa. I, 18; xiv, 11; xli, 14; Thren. iv, 5; Jonæ iv, 7; Nahum ii, 3,

et alibi. Sed omittere non possum locum eximium ex Psal. cxi, 7, ubi juxta Vulgatam nostram: *Ego vermis et non homo, opprobrium hominum et abjectio plebis*. Loquitur eo psalmo Christus, et propheticæ prænantiat minutissimas quasque partes ac peristates passionis suæ, quas in narratione rei gestæ attentæ comparatione recognoscere multo est jucundissimum. Iis porro quæ descripsimus verbis singulariter designatur illud opprobrium quod Christus gravissimum pertulit, quando conscissus flagris, et præterquam toto corpore crucentatus, etiam coronatus spinis, productus ad Judæos a Pilato est; ita deformatus, ut vix pro homine agnosci posset, nisi, ut pictorum rudium ævo simplici conatus imperfecti juvabantur inscriptione addita, quæ doceret esse hominem id quod illi simulare cogitarant, ita Pilatus verbo admonisset esse illum hominem: *Exivit Jesus portans spineam coronam et purpureum vestimentum; et dixit eis* (Judæis Pilatus): *Ecce Homo* (Joan. xix, 5). At hæc loci alterius. Satis sit hinc legisse obiter in rem præsentem, illic in vermibus nomine alludi acute ac prorsus eleganter ad purpureum vestimentum quo tunc opertus ad ludibrium Christus fuit. Quanquam in Hebræo קַרְנֵי אֵשׁ alia etiam insignis allusio est ad crucifixionem imminens ex paronomasia vocis קַרְנֵי אֵשׁ quæ sonat de ligno suspendere ac crucifigere. Hactenus habemus purpurei coloris notionem in blatta; mihi vero id non sufficit, quod existimem etiam genus serici textus ac bombyciniæ materiæ Blattii verbo designari: ita ut Blattia non quivis panni purpurei, sed serici sint. Primum, observo sæpe ista conjungi mentione apud scriptores. Ælius Lampridius in Heliogabalo: *Paraverat funes blatta et serico et cocco intortos, quibus, si necesse esset, laqueo vitam finiret*. Quibus in verbis merito quærat aliquis: quæ materia blatta sit a serico et cocco distincta? ac fortasse non male suspicetur prius et expositivè accipiendum, hoc sensu: *Paraverat funes blatta, hoc est, serico et cocco, sive filis sericis coccinei coloris intortos*, etc. Flavii Vopiscus in Aureliano: *Cum ab eo uxor sua peteret ut unico pallio blatteo serico uteretur, ille respondit: Absit ut auro fila pensentur; libra enim auri tunc libra serici fuit*. Hæc ille in quibus notari cupio: cum dicitur libra serici, non sericum quemcunque pannum, sed simul blatteum, hoc est purpureum intelligi: uti et cum fila dicuntur auro pensari, fila bombycina cocco tincta cogitanda sunt, adeo hæc usu et pretio conjuncta vices sibi invicem ad mutuam significationem præstant. Itaque et paulo ante cum dixit Vopiscus idem: *Vestem holosericam neque ipse in vestitario suo habuit; neque alteri utendam dedit*, non quamcunque forte, sed purpuream significavit, ut tanto cohærentius sequatur quod statim infert de negato uxori pallio blatteo, ex holoserico purpureo videlicet. Sed pergamus exempla dare conjunctæ mentionis coloris et texti. In Codice Theo-

dos. leg. 18, tit. de Murilegulis qui est 20 libri x: *Quoniam trecentas pene libras blattæ sericæ clandestina fucatione*, etc. In Codice Justiniani serico-blatta uno vocabulo legitur. Et alibi sæpe similia videre est; nam hic jam æquo longiores sumus. Hinc factum ut sola mentione coloris purpurei, usu tacito sericæ materiæ species indicaretur. Narrat ecce de Nerone Suetonius: *Aureo eum reti piscatum et funibus purpura coccoque nexis*. Quis hic aliud intelligit quam funes sericis filis purpureis intortos? Quos eandem rem memorans blatteos apprime in rem nostram dixit Eutropius, uni voci significationem serici textus et coccinei fuci subjiciens. Quid Græci? (Recentiores hos dico Byzantinorum tractatores rerum) quam multa hujus consuetudinis exempla suppeditant? Nicetas unus sit satis. Aliorum testimonia occurrunt ultra legentibus. Is ubi in Alexio Commeno Juniore, libro III, in plerisque codicibus habet *δενυ τῶν βλαττίων*, alia lectio, (quæ utcumque putetur marginalis adnotatio, veteris certe grammatici est; et ut in re tali, de notione vocis usitata suo tempore, auctoritatem habet) alia, inquam, lectio habet *πλήν τῶν σερικῶν νημάτων*. Alibi Nicetas *βλαττία πολλά χρυσά*. In quæ verba paraphrasis docti grammatici sic habet: *σερικὰ διαπλεχθέντα χρυσῶ*. Alia omitto. Hæc enim abunde sunt ut recte videatur in universum statuise Salmasius Notis ad *Hist. Aug. script.* pag. 391, recentiores Græcos *βλαττίων non pro blatta vel purpura sola, sed pro nemate serico blatteo usurpasse*. In quo puto Græcos rationem habuisse aliquam originis florum sericorum quæ a verme, hoc est blatta (nam Blatta in æro commune nomen vermibus est) producitur, vulgo bombyce dicto. Unde filum ipsum ac tela ex eo texta bombyx dicitur. Quin etiam nomen ipsum vulgatissimum serici, non a Seribus populis aut patria eorum, quod vulgo putant, si Hesychio quidem credimus, ducitur, sed a vere verme sive blatta. Ita enim Hesychius: *Σηρ σκώληξ ὁ τὴν μετὰ τὴν ἐργαζόμενος*, hoc est, *Ser vermis sericum vellus efficiens*. Quare serica vestis peculiari ratione blatta, blattea vel blattia dicitur. Præterea illud admonuerim: cum duplex scriptura sit nominis *βλαττίων*; altera geminato τ, altera ea simplici littera: quæ hactenus diximus tantum convenire τῷ βλαττίω, quomodo scribit et Anna nostra et Cedrenus in Tiberio III, ubi memorat *στολά; σωληνατὰς ἀπὸ βλαττίου*. Ex quibus fortasse tum Nicetæ loca tum Codini quæ *βλαττίων* scribunt cum τ ψιλῶ, corrigenda sunt. Quod vero ratio sententiæ alicubi exigit ut *βλαττίων* volumen sit, ortum videri potest ex eo quod panni ejusmodi serici antequam in partes secti assutique in vestes essent, in volumina complicabantur *βλαττία* vulgo vocitata. Postremo illud monere non omittam non esse contra rem ac sententiam nostram stabilitam hic a nobis locum illum Codini, cap. 4, n. 20, ubi mentio est *λευκοῦ βλαττίου*. Ut enim omittam

etiam candorem purpuræ tribui, Horat. Sat. vi, lib. II :

*Rubro ubi cocco  
Tincta super lectos canderet vestis eburnos ;*

sane ferrum igne concepto, quod candens dicitur, purpureum fulgorem habet. Ut non pertendam meo jure quamvis eminentiam splendidis in suo genere coloris purpuram interdum appellari. Unde purpureæ nives dictæ reperiuntur. Illud modo dico eo ipso quod Codinus significare volens logothetæ pileum ex serico albo splendens esse, vocavit illud λευκὸν βλαττίον, satis indicasse βλαττίον solum, sericum esse purpureum, quæ opinio nostra est æqui lectoris arbitrio subjecta.

*Βλάχοι.* Lib. VIII, pag. 227 : Καὶ ὅποιοι τὸν νομὴν ἀδα βίον εἶλοντο (βλάχους τούτου; ἢ κοινὴ καλεῖν οἷα διὰλεκτες). Et tamen *Blachi* populorum nomen est Mœsiam superiorem incolentium, qui hodie Valachi vocantur, olim fortasse ex Scythiis nomadibus et hamaxobis vagis in iis denique sedibus conquiescentes : unde invaluerit ut proprium antea sectæ atque instituti nomen genti postmodum adhaerit. Neque enim nunquam studia in generis appellationem transeunt in similibus, Occurrunt nunc Corsi sive Corsicæ insule cultores qui quoniam opportunitate littorum et marium illecei præticam olim studiose factitabant, inde vulgari vocabulo piratas *corsaires* dicimus : uti et latrones *brigands* vocamus quod *Brigantes* olim Magnæ Britannię populi latrociniorum infamia flagrareut : ut omittam Chaldæorum nomen sæpius olim astrologiæ studium quam locum patriæ designasse. Cui geminum est quod sacrarum Litterarum interpretes adnotant in illis verbis Proverb. xxxi, 25 : *Sindonem fecit et vendidit et cingulum tradidit Chananæo*, Chananæum dici mercatorem. Sed nullus sit finis si curam congerere cuncta ejus loci exempla. Unum addam de quo fuerit operæ pretium monuisse. Joannes Sinnaeus, cujus Historiarum libros rerum narrationem indidem ubi Annæ nostræ *Alexias* desinit auspicientes Latina versione deproperamus brevi prodituros, libro secundo meminit deprædationis Mysorum quæ inter Cilicum et Antiochiæ Syriæ fines exerceretur. Unde autem tali loco Mysi? Nempe Mysos viles personas et mancipia intelligit, significatque magnum numerum rusticorum et villium capitum capto et servituti fuisse addictos. Id adeo inde ortum suspicari fas est quod Mysorum gens despiciabilis et servituti nata olim proverbio locum dederat Ἐσχάτος Μυσῶν, cum alicujus infima vilitas exaggeranda cum hyperbole esset. Cicero pro Flacco, sect. 65 : *Quid porro in Græco sermone tam tritum atque celebratum est quum si quis despiciatui ducitur ut Mysorum ultimus esse dicatur*, etc.? Igitur ut Mysi mancipia dicti, ut bello capti dura et inclementi servitute habitū Sclavi sive Slavi vocati, sic, *Blachi*, cum gentis vagæ proprium esset nomen, appellative postea designaverit instabilis et desultoriæ

vitæ Barbaros, ἑλόντας τὸν νομὴν βίον, erraticæ et nusquam habitantis domicilium vitæ sectarios.

*Βραχιόνιον.* Τῶν Βλαχερνῶν lib. II. Est opinor murus sive ambitus exterior, suburbio Constanti-nopolitano *Blachernæ* dicto circumdatus.

*Βρεβία.* Catalogi vasorum sacrorum et possessionum Ecclesiæ lib. VI, pag. 157 ; sumptum ex usu veteri Ecclesiæ Latinæ. Etenim Optatus libro I, testatur : chartam in qua conscripta essent bona ecclesiastica *brevem* proprie vocatam.

*Βρύσις.* Lib. XV, non longe ab initio καὶ στρατοπέδουε κατά τὴν βρύσιν τοῦ Καρυεύου καλουμένην. Non est dubium quin βρύσις sit fons. Id vocis ipsum etymon clamat. Est enim a βρῶω scaturio. Præter eas auctoritates quas recitat Meursius alieno, ni fallor, loco, nempe in verbo βρεσιόν, quod alterius originis et significatus est. Puto autem designari peculiariter verbo βρύσεως locum ipsum scaturiginis ex quo protinus hauritur ; ad differentiam πηγῶν καὶ κρηνῶν illarum quæ operibus in urbes inducebantur, cujusmodi erat ἡ ἐνεακρουνοσ Athenis. Sed horum fontium origines oportebat altiori esse situ, unde per pronum quo erat opus deduci possent. At βρύσις videtur dici fons humilior, qualis optabat Juvenalis (sat. III), *villico culti horti, puteum nempe brevem*, hoc est, non altum, *nec reste movendum*, verum unde manu sola cum situla demissa haurire liceat. Quanquam funem a βρύσει non excludit Codinus, cap. 7, *De Officiis*, num. 16, pag. 91, edit. Reg. ubi sic habet : Κατὰ μὲν τὸ παλαιὸν ἐκτὸς τῆς πόλεως ἀπολοῦθων τῶ βασιλεῖ (ὁ Πικέρνης) ἔφερε κισθῶνιον μετὰ ἀλύσεως· ὡς ἂν εἰ ἐν χρεῖα γένοιο πιεῖν αὐτὸν ἀπὸ βρύσου (al. βρύσης, forte βρύσεως, ἢ ποταμοῦ) διὰ τοῦτο (melius forte legas τούτω) καὶ πῆρ. Ibi ἄλυσις non tam ad commodius ferendum suspensum et catenula pocillum, quam ad hauriendi usum accommodatam mentionem habet. Non nego tam a πηγῆν et βρύσιν sive βρύσιν esse synonyma. Nam quem locum βασιλακίου βρύσιν Curopalates continuator Costreni vocatum ait, ubi effossi Botanici Augusti jussu Basilacio sunt oculi, Anna nostra diligentius totam Historiam Basilaciani belli ac cladis referens πηγῆν βασιλακίου dictum ait. Non, quemadmodum vir doctus in novis ad Codinum Notis nuper docuit, pag. 95, edit. Regiæ, quod ab *effossis Basilacii oculis sanguinis fontes erupissent*, in quo nihil excæcato Basilacio proprium fuit ; ut omittam, quo tunc modo excæcationes istæ fiebant admotione laminæ candentis, videri citra missionem sanguinis perpetrari solitas ; sed quod continet excæcari Basilacium prope fontem ex hoc deinde casu cognominatum. Videtis Annam sub medio libri I Corrigenda hinc, obiter prava lectio, et ex ea nata non recta interpretatio loci Curopalacæ in Botaniæ, pag. 866 editionis Regiæ : Καὶ ἔκτισσε ἐ τόπος ὠνόμασται βρύσις τοῦ βασιλακίου. Quæ sic reddit interpretes : *Et ex eo tempore locus ille appellatus est fremitus Basilacii.* Legere

enim maluit βρύξις quam βρύσις, contra codicum fidem; parum, ut suspicari pronum est, habens compertum, quid id vocis esset.

*Βυκάρη*. Lib. xi, ante medium, al. βυκλή bucina. Sic μήχανη machina, τρυτάνη trutina.

## Γ.

*Γενούσιος*. Lib. xi, Γενούσιος στόλος classis Genuensis.

*Γήπεδα*. Lib. xv, post medium. Hanc vocem enarrat Eustathius ad *Iliad.* δ, his verbis: Γήπεδον μέντοι, τὸ ἐν πόλει προκειμενον οἰκίας, οἷον κηπίδιον. Hoc est γήπεδον vocatur fundus aut terræ pure spatium intra urbem contiguum arboribus, cujusmodi est hortus.

*Γλώσσα*. Præter usitatissimam omnibus vocabuli hujus notionem, aliam ei valde, ni fallor, singularem Anna nostra subjicit, dum sic lib. xiii, sub medium pag. 394, scribit: Σκοπούς ἐν διαφόροις ἐξέπεμπε τόποις, περιθρεῖν τὰ περὶ τὸν Βαϊμούντον, καὶ γλώτταν αὐτῷ ἐκείθεν κομίσαι. In his salis apparet γλώτταν dici certum et exploratum de hoste nuntium. Locutio est vel origine Gallica, vel sacris expeditionibus e Græcia in Galliam a Gallis reportata; certe hodieque vel maxime vigens. Sic enim vulgo dicimus: *Prendre langue des ennemis*. Usurpatur item alibi ab Anna γλώττης nomen pro terræ tractu mari prætento, aut potius in mare incurrente. Allegoria nostratibus quoque non insueta, qui ejusmodi promontoria vocant *langues de terre*. Locus est lib. xii, post med.: Κατ' αὐτὴν τὴν γλώσσαν σκοπέα κατέλιπον. Nisi γλώσσα fretum aut trajectum hic potius sonat.

*Γόνατος*. Lib. xi, pag. 311. Nomen turris Nicæensis.

## Δ.

*Διαλαλιά*. Edictum, admonitio, *cri public*, lib. viii, post med.

*Διακράτησις*. Possessio, lib. xiiii, in pacis instrumento Baimundum inter et Alexium.

*Δουκῆτον*. Lib. xiii, ducatus, *le duché*.

## Ε.

*Ἐαρινὸς καιρὸς*. *La campagne*, omne tempus quo bellum geri sub dio potest, a vere ad autumnum. Lib. ix, initio.

*Ἐγχόρηγα*. Dicuntur lapides ad structuram peregre advecti, non indidem ubi ædificatur sumpti, lib. iii. Portus Constantinopoli Bucoleon appellatus, dicitur ornatus jam olim fuisse δ' ἔγχορήγων καὶ μαρμάρων. Lib. xi paulo ante finem, arx a. l. Laodiceam exstructa dicitur δ' ἔγχορήγου, nimirum ex materia longe navibus importata. Sic enim loci sententia exigit quam qui attendet intellegit arcem in hostili solo et in sabulo trepide structam non nisi aliunde illata ædificari materia potuisse.

*Ἐθνηκόν*. Τὸ ἐθνηκόν. Militia auxiliarium gentium, lib. iv. Aliquando dubitabam, an non eccle-

siaſtice vox ea ibi usurparetur pro infidelibus qui multi militabant sub Alexio: Turci saltem. Iterum repetitur lib. vi.

*Ἐπέσσα*. Peculiari notione usurpatur ab Anna pro ἐπέκεινα, *ultra*, ad designanda loca trans limitem. Sic eadem alibi, ἐκείσε τοῦ Δανούθω; ῥέοντα, de quodam fluvio ultra Danubium. Et initio lib. xv, ἐκείσε de Asia dicitur; quippe *ultra* fretum sita. Scribebat videlicet Anna Constantinopoli cis Hellespontum.

*Ἐμπεριβόλωσ*. Lib. v extremo, Anna hoc adverbium impendit explicando characterē Itali Sophistæ cui στρυφνότητα καὶ τὸ ἐμπεριβόλον tribuit. Hoc quid sit explicare non hujus operæ fuerat verba duntaxat nova exponere aggressæ: nisi Lexi a vulgaria parum hic feliciter susceptam provinciam gererent (Henr. Stephan. tom. I *Thes.* col. 696; Constantinus verb. ἐμπεριβόλος) Aiunt enim λόγον ἐμπεριβόλον orationem esse ornata et elegantem, nec exacte, nisi fallor, nec satis ad mentem ejus unde hauserunt Budæi τοῦ πάνου, qui plane subiliter et erudite vocis hujus notionem edisserit, pag. 467 Commentariorum suorum, edit. Paris. anni 1548; concluditque perspectis omnibus τὸν ἐμπεριβόλον λόγον orponi τῷ καθαρῷ puro sermoni nudoque: a quo multum non abhorret Annæ κοστράε sententia: quæ Itali orationem tectam, sollicitam, cautionibus præunitam, indeque minime puram ac simplicem fuisse docet. Nam elegantiam quidem adeo ei nullam tribuit, ut passim barbarismis et stribiliginibus lutulentam fluxisse reprehendat.

*Ἐξισότης*, pag. 250. Judex, prætor, inspector præsens et compositor rerum in provinciam cum potestate missus. Vide Suidam et Notas Post. in Cedrenum, ad pag. 591.

*Ἐξιπαδέσθαι*. Lib. iv, post medium: omissis equites equis subito pedites in hostem vadere.

*Ἐξκουβιταλ*. A recto singulari, ἐξκουβιτής. Sic plane legendum lib. iv, circa medium, ubi codex noster ἐξουβιτών, sine dubio illo, pro ἐξκουβιτών, habet. Porro ἐξκουβιτής idem quod ἐξκουβίτωρ, quod vocabulum cum et Meursius et Carolus Annibal Fabrotus in suis Glossariis diligenter enarraverint, verbum non addam.

*Ἐξκουσάτος*. Nomen navis. Lib. x, post medium: Ἀπέστειλε τὸν καλούμενον δεύτερον κόμητα μετὰ τοῦ ἰδίου κατέργου, ἐξκουσάτου παρὰ τοὺς ναυτικοὺς καλουμένου. Comes hic secundus fortasse is aut ei similis fuerit quem contramiralem nostri dicunt: cujus navis a prætoria secunda *Ἐκκουσάτα* vocari solita esset a nauticis.

*Ἐξουσιαστής*. Lib. xi, post med., princeps, toparcha, dynasta.

*Ἐξουσιοκράτωρ*. Lib. xiii, sub med.: Τὸν ἐξουσιοκράτορα Ῥωμιοκὴν τὸ δεξιὸν ἐπέχοντα κέρασ. Militaris id magistratus nomen.

*Ἐξώπολον*. Forte melius ἐξώπυλον, lib. vi, pag. 180, exterior ambitus murorum.

*Ἐπισκύνιον*. Antiquæ institutionis vox; sed in qua nonnihil Anna nostra καινοτομεῖ. Id quo intelligatur, quam necessario, tam breviter repetendum est, quod notionis huic verbo subjecerint veteres. Eustathius ad *Odys.* η: Ἐπισκύνιον ἡ ἔρμηνεῖα παρὰ τοῖς παλαιοῖς αὐτῆ· ἐπισκύνιον ὑπὲρ ὄφρων ἐποφρύδιον. Idem alibi nempe ad *Iliad.* ρ: Ἐπισκύνιον δὲ ἐστὶ, κατὰ τοὺς παλαιοὺς εἰπεῖν, ἐπίδερμον δ ἐπιχαλᾶται τοῖς τῶν λεόντων ὀφθαλμοῖς καὶ καλύπτει αὐτοὺς προνοῶν φύσεως, οὐ τασοῦτον διὰ θυμὸν ὅτε σκύζεται τὸ θηρίον, δ ἐστὶν ὀργίζεται, ὅσον ἵνα, μὴ βλέπων τὰ ἐπὶ ῥιπίπόμενα βέλῃ, δευλαίνηται. Ex his, adjuncto scholiaste Nicandri qui ἐπισκύνιον esse ait τὸ ἐπάνω τῶν ὀφθαλμῶν μέρος, ἦτοι δέρμα, satis constat hoc vocabulo significari pellem imminentem oculis, et eos superne protegentem, quæ in leonibus laxior est, et demitti solet cum ira feruntur, providentia quadam naturæ id agentis, ne conspectu telorum generosus impetus ejus bestię retardetur, quæ inde audax et fortis irruit, quod cæca rabie præceps fertur; pelliculis supercilliorum eo sese inferius demittentibus, quo ira majori effervescit irritata bellua. Quare illud ex naturæ peritia, ad furoris emphasisim vehementissimi ab Homero de leone dictum est *Iliad.* ρ:

Πᾶν δὲ τ' ἐπισκύνιον κάτω ἔλκεται ὄσσε καλύπτων.

Hinc Cæsarissa nostra imaginem mutuata est elegantis allegoriæ, transferens ἐπισκύνιον ad significandum capitis tegmen usitatum professoribus vitæ monasticæ, quod ipsa *cusculum* alibi vocat. Id solet ad specimen modestiæ longe infra oculos demitti et vultum atque os inumbrare; tristitiamque illam venerabilem et religiosam inducere, quæ etiam, non ira sola, verbo σκύζειν et σκυδμαίνειν unde est ἐπισκύνιον, designatur, si bonis grammaticis credimus: qui non improbabilius autumant inde esse metagrammatismo quodam τὸ σκυθρωπὸν καὶ σκυθρωπάζειν. Alibi etiam Anna eadem coronam imperialem superne clausam et concavam, ac videlicet frontem ipsam usque ad supercilia tegentem, translatione non minus apta, ἐπισκύνιον appellat lib. ix.

*Ἐπισκοπή*. Lib. xiv. Videtur esse domus aut palatium episcopale Tripolitanum in quo velut in loco sacro, deposita imperatoris pecunia est a legatis, ejus.

## Z.

*Ζατρίκιον*. Accipio ultro et comprobo conjecturam Meursii *Ζατρίκιον* ludum esse latruncolorum, vulgo schaccorum, opinantis. Satis id suadent quæ ex Achmete et anonymo de arte Persica testimonia recitant. Nec absudit Anna: ejus narratio exigit, ut hic ludus ejusmodi fuerit qui a sedentibus, atque adeo recumbentibus, posset exerceri: quandoquidem patrem suum ait, lædium noctis insomnis accitis collusoribus, ita ut erat, decumbentem adhuc, ante lucem, isto remissionis genere scellisse, quod

nemo non videt apte quadrare in schaccorum ludum. Unum miror, excipere Meursium, minus sibi quam vellet in hoc favere Theocriti scholiasten, quasi is potius *Ζατρίκιον* nomen ad calculorum ludum referat. En scholiastis hujus locum integrum, quem oppido mutilum Meursius descripsit. Sic ille annotat ad illud versum *Ilyllii* v:

Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λῆθον.

ἡ δὲ λέξις μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν παιζόντων τὸ κοινὸν λέκτως λεγόμενον *Ζατρίκιον*. Ἐκεῖνοι γὰρ ὅταν πᾶλλ ποιεῖσαντες οὐ δύνανται ἐτέρας νικῆσαι τὸν ὄμιον παίχτορα, κινουσι καὶ τὸν ἀπὸ γραμμῆς λῆθον, ὃν οὕτω βασιλεῖα καλούμενον. Hæc ibi. Quæ Latine reddam equidem, ut etiam qui artis ludendi quam Græcæ linguæ consultiore sunt, sive schaccomachiæ artificium in *zatricio* agnoscant: Cum dicit poeta: Et a linea lapidem movet, dictionem transfert a consuetudine ludentium eum ludum quem vulgo *zatricium* dicunt. Illi enim postquam omnibus tentatis haud *aliter* reportare victoriam de collusore posse sentiunt, movent ad extremum a prima linea lapillum, nempe illum qui *rex* appellatur. Sic ille. Quæ verba schaccotechniæ periti sese agnoscere responderunt, submoturosque facile calcularios, si vindicare illa tentent, una exceptione: fuisse olim *scrupeos* et e lapillis schaccos, cum hodie frequentius eburci torquentur aut buxei. Sed hæc isti viderint. Illud nostræ *πραγματείας* est disquirere cujus sit originis vox *Ζατρίκιον*, Græcæ an barbaræ. Sunt qui magno opere contendunt verbum esse Persicum; etenim hodieque latruncolorum ludum Persis *zatrang*, vel *zatreng* appellari. Plinianus contra exercitator, pag. 1130, *Ζατρίκιον* dictionem esse contendit mere Græcam, et in Persidem profectam e Græciâ. Quis enim, inquit, *nescit hujus ludi inventionem Græcis deberi? a Græcis igitur ad Persas res ipsa cum nomine transit.* Hæc ille: in quibus astipulantem nequaquam habet Annam nostram, prout videre licet, pag. 360, ubi mentione *Ζατρίκιου* facta, hæc mox subjungit: Παιδιὰ δὲ τοῦτο ἐκ τῆς τῶν Ἀσσυρίων τρυφῆς ἐξευρημένων, καὶ εἰς τὴν μᾶλλον ἐληλυθός. Tamen constanter Græci grammatici, quorum ratio non immerito habendi videatur, *Ζατρίκιον*, sive *Ζατρίκιον*, a quo *Ζατρίκιον* extensum est ὑποκοριστικῆ ἐπὶ πένθεσσι, Græcæ origini vocabulum vindicant. Sonat autem *Ζατρίκιον* *pisistrum*, *ergastulum*, *servorum carcerem*, aut *tormentum*. Auctor *Etymologici* *Ζητρίκιον* τὸ τῶν δούλων ἐστωματήριον, ἦγουν τὸν μύλωνα, quod mox eliciat addit quæsi dicitur, ἀπὸ τοῦ δέω quod est ligo, et τρέω τοῦ φοβοῦμαι. Nam *posnæ* caput ἐν *Ζατρίκιον* vinculorum incommodum erat, quibus ad cippum alligabantur infelices, et per longas illic moras læbescere sinebantur. Unde etiam ipse ille cippus proprie *Ζητρίκιον* dictus, si *Moscopulo* credimus, *Ζητρίκιον* κοινῶς ὁ κοῦσπος. Ἔστι δὲ εἶδος *κολαστηρίου* ἢ δούλου ἐδεσμοῦντο. Aut idem, aut similis res ille codex, de quo Propertius, lib. iv, el. 5. 124

illo versu : *Codicis immundi vincula sentit anus*, et Juvenalis, Sat. II, dum ait : *Residens in codice pellex*. Verum Suidas distinctius explicat genus horum vinculorum, dum innuit stringi solitus miserorum pedes paratis intra cippi crassitiem angustis oculis : Ποδοκάπη, inquit, ποδῶν κάκωσις ὁ λεγόμενος κ.ῶσπος. Nec abludivit Latino-Græcus glossator, apud quem ita legitur : *Cuspus*, ξύλινον σανδάλιον. Idem astruunt Glossæ Basilicorum dum *κουσπάτορας φυλακιστάς* esse docent. Κούσπους γάρ (addunt) ξυλοπόδας καλοῦσι. Referunt etiam, Salmasius loco jam laudato, et Carolus Annibal Fabrotus in Glossario Cedreni, locum huc pertinentem ex Lexico inedito bibliothecæ Regiæ Ζατρίκιον ὁ κοῦσπος τὸ τῶν δούλων κολαστήριον, ubi jacet illa ipsa vox integra cujus originem disquirimus; quam inde verisimile sit ludo latruncularum non nisi metaphorice aptatam, cum proprium antea usum haberet in significando pœnali servorum codice. Quis autem divinet unde hoc sic invaluerit, ut supplicii vocabulum ad remissionem transferretur? quam multa similiter instituta cernimus quorum aliam nemo causam queat reddere nisi arbitrium talia primum inceptantium? Cogitabam aliquando, an non, quoniam qui vincti attinebantur in ergastulis ac custodiis, tædii causa fallendi soliti essent indulgere forte ludo isti, quo, quam solam habebant reliquam vinctis pedibus manuum promovendis calculis libertatem usurparent, inde fieret ut nomen loci ubi ludus latruncularum frequentaretur, ludo ipsi adhæresceret: præsertim cum facile potuerit cippus intra quem inferne crura fugitivorum aut alio nomine pœnas lucentium servorum constricta premebantur, superiori sui parte coæquatus esset in superficiem committendis latrunculis plagularum descriptione parata: unde simul ζατρίκιον esset et κοῦσπος. Nisi forte alii verisimilium autmant pedes impediētis cippi vocabulum ludo latruncularum per translationem accommodatum, quod quæ in eo velut in scena quadam quasi personæ repræsentantur rex, regina, equites, etc., *mandris et vitreo latrone clusæ* exhibentur, ut Martialis loquitur, Epigr. LXXI, lib. VII, hunc ipsum innuens ludum. Etenim in prima structione aciei quæ ludi principio fit, proceres, tanquam alligati ad cippum servi, in extrema linea ponuntur, suo quilibet affixus discolori quadro: a tergo quidem clausus extremo Zatricii margine, quasi muro carceris, a facie vero impeditus longo oppanso versu latruncularum velut custodum militum, hodie *pedites* vocant: qui sic producta linea prætenduntur, ut majorum calculorum commoversese queat nullus, quoad peditem obstantium contextus alicujus submotione perrumpatur. Mandras igitur hic poeta vocat plagulas quibus schacchi majores insideat affixi. Latrones autem minoris molis scachos, vulgo *pidions*, dicit: quos vitreos dum appellat, ex ea tum materia frequentius factos innuit. Sed hæc curiosius exsequi vix est tanti.

## H.

*Ἥλος*. Multis locis, non clavus, sed cuspis ac ferrum lanceæ, quæ Christi Domini latus foedit.

*Ἡμιλοχῖται*. Lib. X, sub finem: Ἄλλὰ τὸ μέσον ἔχειν τῶν ἡμιλοχῖτῶν. Nova et hæc vox. Videntur ἡμιλοχῖται quasi Triarii fuisse: qui pugnantibus aliis subsiderent, servantes se ad incerta belli, ut fuis, si forte, fractisque suis, integri prælium sumant. Non sunt puri *λοχῖται* insidiatores. Sed eorum simile habent quippiam, idcirco ἡμιλοχῖται.

## K.

*Καβαλλῆτοι*. Lib. XIII, sub finem: Οὐχ ἱππεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπλῆται, ut Anna ipsa illic exponit: significans milites gravis armaturæ *καβαλλαρῶν* nomine censerī, tametsi pedites sint: quod a glossatoribus Græco-Barbaris non animadversum, ideo notatu dignum viheri potest.

*Κάθετος*. Lib. XIII, sub medium: Ὅπως τοῖς μὲν καθέτους τοῦτους ἄνδρας ἀβλαβεῖς διατηρήσειε. *Κάθετος*; hic est projectus in periculum aut perniciem certam. Elegans id quidem, sed non vulgo usitatum; ideoque hic notandum. Puto Annam habuisse in animo ἀμὼν *κάθετον*, de quo Harpocration verbo *κάθετος*, quod exponit ὁ καθέμενος εἰς τὸ πέλαγος ἀμῶς: qui nimirum porriciebatnr in medio fluctus periturus.

*Κάμνος*. Vulgo *forax*. Sed Anna pro *pyra* usurpat lib. XV.

*Καριαῖστον*. Lib. XI, sub finem: Ἀπὸ τῆς τοῦ καν:κλειου ἀξίας μέγαν δρογγάριον τοῦ στόλου προχειρισάμενος. Vide Meursium et glossarium Cedreni.

*Κάπαναι*. Nam pro *καπάνοις* rescribendum pro *καπαναῖς*. Est autem *καπάνη* Thessalica dialecto idem quod ἀπήνη, vehiculum aut rheda. Eustathius ad *Iliad.* X, pag. 799 edit. Frobenianæ, ubi enumeravit quædam vocabula quibus adventitia littera præfigitur ut *χλιαρόν, πήγαυον, σμίλαξ, σμύραινα*: quæ citra epenthesim dicuntur *λιαρόν, ἤγαυον, μίλαξ, μύραινι*, huic generi accenset *καπήνην* nostram, sic statim subjungens *Καὶ τὸ καπάνη ἀπήνη, ἧ ἔστιν ἀπήνη. Τετραλοὶ γὰρ ὡς ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου φέρεται, τὰ ἀπήνα; καπήνα; ἔλεγον, ἔθεν καὶ καπανικὰ παρ' αὐτοῖς; τὰ ἀμαξιατὰ. Ὡς δηλοῖ, φησίν, Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Λυδῶν δειπνα καὶ Τετραλῶν, ὧν τὰ Τετραλικὰ πολὺ καπανικώτερα. Hæc ille quæ abunde sunt ad notionem declarandam τῆς καπάνης: a qua tamen videtur recedere Pollux, lib. I, cap. 10, ubi nomenclaturam variarum currus partium reddens virgam currus mediam *καπάνην* proprie dictam asserit: Ἡ δὲ μέση *ράβδος; καπάνη*.*

*Καστελλορ*. Quasi diceret *Castellulum*, munitiunculam videlicet exigui ambitus, lib. XI.

*Κατάλυσις*. Lib. VI, post medium: Ἀλλὰ τὰ τῆς βοηθείας ἐντεῦθεν κατὰ τὴν νοῦν τοῦ αὐτοκράτορος; εἰς κατάλυσιν τοῦ Ἀπελάχτημ περίστατο.

Κατάλοις ibi positum videtur ἀντὶ τοῦ, ἀπόλο-  
σις, liberatio.

*Κατεπάνω*, 94. Κατεπάνω τῶν ἀξιωματῶν νεῖτο :  
*Præpositus dignitatibus*. Puto esse ab ἐπάνω præ-  
posito κατά. Bis reperitur in epistola Alexii ad  
Henricum libro tertio. Quod Meursius hanc vocem  
exponens Redemptorem vectigalium vertit, generis  
nomen speciei tribuit. Videntur enim οἱ κατεπάνωι,  
vel ut melius scribitur hoc loco, οἱ κατεπάνω,  
dicti fuisse præpositi cuilibet rei, ut hic dignitati-  
bus, *les surintendants*. Itaque censeo hanc vocem  
Græcæ originis et analogiæ plane diversam ab alia  
mere barbara sequioris Græciæ usu trita καπέ-  
τανος, aut καπέτανις, vel etiam κατεπάνιος *capit-  
taine* de qua glossographi sat multa.

*Κάτεργον*. Triremis. Vide glossaria Meursii et  
Fabroti ad Nicetam, lib. x, post medium : Ἀπ-  
έστειλε τὸν καλούμενον δεύτερον κόμητα μετὰ τοῦ  
ἰδίου κατέργου.

*Καύκιον*. Caudium, lib. iii, in epistola Alexii ad  
Henricum jure opinor meo in interpretatione retinui  
sonum ipsum vocis barbaræ ejusdemque πολυσήμου.  
Nam et hydriam et calicem et nummum sonat. Ex  
quibus notionibus secunda maxime in hunc locum  
quadrat; nec vana fortasse suspicio sit, si quis  
calicem sacrum ad usum sacrificii ex gemma solida  
sardonyche factum hic intelligat. Vide Meursium.

*Κέλλα*. Lib. xv, Cella monachi.

*Κληρικοί*. Clerici, episcoporum asseclæ, lib. xiii,  
in Instrumento pacis : Οἱ Θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι  
Ἀμάφης Μαῦρος, καὶ ὁ τοῦ Ταρέντου Ἐνάρδος,  
καὶ οἱ σὺν αὐτῷ κληρικοί.

*Κόμητες*. Tritior hæc vox est usu posterioris  
Græciæ quam ut de illa notandum hic sit quidquam  
distinctius, præsertim cum in ea copiosus sit Meur-  
sius, quem consulas licet. Addo tantum præter  
notissimam istam notionem dignitatis, aliquando  
simplicius usurpari hanc vocem ut antiquæ voci  
Latinæ *comes* respondeat, et asseclam aut viæ  
socium sonet. Lib. xiv, sub medium de principibus  
Galie ad imperatorem cum magno comitatu ad-  
euntibus : Ὅπως ἂν ἕκαστος τῶν κομήτων ἐβού-  
λετο συμπαραλαβάνων εἰσῆει. Ibi tamen ambigua  
oratio est et si vox κομήτων referatur ad ἕκαστος,  
ut recte potest, nihil innovabitur in ejus significatu,  
sed tantum si referatur ad ὅπως.

*Κομιτούρα*. Lib. xi. Militia propria cujusque  
comitis. Conjunctis enim ad oppugnationem urbis  
Nicææ Latinorū omnibus copiis, comitum sive  
principum unusquisque, in loco certo cuique assi-  
gnato proprias sub signis peculiaribus habebat  
copias. Has castrorum et exercitus universi partes,  
quarum unaquæque sub proprii comitis præfectura  
erat, *κομιτούρας* Anna vocat.

*Κονοσταύλος*. Præter annotata a Meursio,  
Κονοσταύλος; nomen est dignitatis non ut hodie  
singularis et unicæ in toto regno, sed quæ multipli-  
cationem admitteret : adeo ut multi simul Cono-  
stabilii esse possent, uti hodie mareschalli, quos

vocant. Id indicat Anna, lib. xiii, sub medium, dum  
Baimundum fa'sis adversus quosdam suorum delati-  
onibus perturbatum, anxie deliberasse ait : Τίνας  
ἀντ' αὐτῶν Κονοσταύλους ποιήσῃ.

*Κόρτινα*. Muri ambitus. *La courtine*, lib. xi, ubi  
de obsidione Nicæensi τῶν μεταξύ κορτινῶν, non  
autem, ut Meursius citat ex Hæschelianis excer-  
ptis, lib. viii.

*Κουκούλιον*. Tegumentum capitis monachorum  
proprium, lib. xv.

*Κούλα*. Arx imposita civitati. Lib. xi, sub finem :  
Τὴν μέντοι ἀκρόπολιν ὅπερ κούλα νῦν ἡ συνθήκη  
καλεῖν ἐβωθεν, ἔτι Κέλτοι κατεῖχον. Libro eodem  
arx Antiochena κούλα vocatur.

*Κύπελλον*. Pollux, lib. vi, cap. 16, κομμη-  
hoc vocabulum poculi omnibus, sed præcise  
agnoscit : Τὸ γὰρ δέπας καὶ κύπελλον ποιητικῶν.  
Videtur tamen Anna id usurpare pro certo quodam  
genere ac forma poculi, dum lib. xv, sub fine u  
sic scribit : Ὅπως ἐδίδου διὰ τοῦ κυπέλλου, οὗ δι'  
ἐκπώματός τινος πίνειν, ἵνα μὴ γένοιτό οἱ πολλὰκις  
δυσκόλως περὶ τὴν κατάποσιν, φλεγμαιούσης τῆς  
ὑπερφῆς καὶ αὐτῆς δὴ τῆς γλώσσης, etc. Sententiam  
divinavi et expressi ut potui, quod idem usavenit  
in tota fere ista descriptione morbi et mortis Alexii,  
ubi codex innumerabilibus passim lacunis hiat, et  
quæ continue refert incorrectissima exhibet.

*Κῦρος*. Honorificæ compellationis formula, mi-  
nimum ex κύριος ut apud Latinos dominus ex do-  
mino. Lib. xiii, imperator et ejus filius quasi  
proprie et appellatione privatis non conveniente, κύ-  
ρος dicitur; unde forte nostrum *Sire*; κύριος eti-  
am iterum et tertio idem Augustus compellatur. Non  
tamen semper summæ servata potestati fuit hæc  
vox, sed promiscue personis honoratis attribui  
prius solebat. Sanctus Maximus in dissertatione  
cum Pyrrho sic eum seæum loquentem facit : Τί  
σοι κακὸν ἐποίησαμεν, κύρι ἀββα Μάξιμε; Viden-  
dum etiam an non religiosæ appellationi cœlitium  
eadem vox serviat, ut κύρος Γεώργιος ab Anna  
memoratus, sit divus Georgius, ut nos loquimur.

#### Λ.

*Λίγιος*. Ἄνθρωπος λίγιος, *homme lige*, ὁ ποχείριος;  
δοῦλος, jurejurando quod vocant fidelitatis alicui  
velut principi obstrictus, et beneficiario jure obno-  
xius cliens. Vide Meursium et Glossarium ad Nicæ-  
cetam. Quibus addi plurima possunt ex lectione  
scriptorum citimæ vetustatis, passim cuivis obvia.

*Λογγιβάρδια*. Si quis hoc nomen vulgari hodie  
notione accipiat pro subalpina Italia, quam olim  
Romani citeriorem Galliam vocabant, nec is in  
Annæ Historia plurimum falleret; in ea enim sæ-  
pius Calabria aut Campania isto nomine designa-  
tur. Puta libro primo ubi de initiis Roberti Cal-  
abriæ ducis : cui a socero tributam fuisse urbem  
dicit in Λογγιβάρδιᾳ sitam φρούριον vocatam. Est  
autem arx civitas sic dicta non longe a Capua, de  
qua in Notis ad eum locum dicitur aliquid. Quæ



occasione porro inter Græcos Byzantinos invaluerit hæc consuetudo sic Italiam appellandi, docet erudite vir æque religiosus ac doctus, quem honoris causa. nomino, R. P. Goar, posterioribus Notis ad Cedrenum, ad pag. 577, quem magnopere censeo consulas. Admonere id hoc loco interfuit, ne quis miretur cum viderit me *λογγιβαρδιαν* interdum Italiam, alias Calabriam interpretari; quin etiam aliquando Longobardiam Latine posui notatione eadem qua id nomen Græci sumunt.

*Λογχαγία*. Lib. x, sub finem: *παρεγγιῶμαι σοι μήτε πρὸς οὐραγίαν μήτε πρὸς λογχαγίαν ἴστασθαι φάλζγγορ*. Suadet Thrasoni Alexius nimio plus quam vellet hostium inventuro, ut non in prima non in postrema acie pugnare appetat, sed in media: ut rectus undique numero suorum tutus esse possit. *Οὐραγίαν* pro acie postrema legi apud Xenophontem in *ἀποβάσει*, *λογχαγίαν* nusquam. Nova vox videtur. Ideo codex alter *λογχαγίαν* habet: quæ vox huc non quadrat. Quæritur enim *ἀντίθετον τῆς οὐραγίας*, quod esse *λογχαγία* nequit. Recte ergo *λογχαγία*, *ἀντιπαρατάξις* frons exercitus, ubi hastati cuspides protendunt. Non dissimulo tamen *λογάγων* mentionem quæ tertio quartove mox versu sequitur probabilem facere lectionem *λογχαγίας*.

## M.

*Μανιακάται*. Fuit qui suspicaretur nescio quid de torquatis Gallis. Memini legere me apud Polybium *μανιάκην* torquem. Sed nunc non erat huius locus, nec cuiquam potest esse dubium quin *μανιακάται* apud Annam, lib. vii, pag. 210, sint reliquix copiarum Maniacis, famosi quondam in Italia Græcorum ducis, ut docet Anna ipsa, lib. i, pag. 11. Curopalates in Diogene: *Αὐτάρανδος δὲ τῷ μοσομάχῳ καὶ κατηγωνισμένῳ οἱ σὺν αὐτῷ* (forte σὺν αὐτῷ) *περαιωθέντες τῷ βασιλεῖ δουλωθέντες μανιακάται τε ἐπωνομάσθησαν, καὶ τῇ Ῥωμαίων πολλῇ forte (πόλει) ἐναπέμειναν*.

*Μαροήλημ*. Lib. xv, candelabrum ante imperatorem præferri solitum a manubrio forte sic dictum ex Latino verbo manus. Vide Meursium et alios glossographos.

VII. Hominem autem dico perfecte. Quæcunque enim homo, et qualia homo, et si quid est homo, accepit Unigenitus, ut in perfecto suo homine universam salutem, cum Deus esset, efficeret, hominis nihil relinquens: ne pars relicta rursus fieret esca diaboli. Non enim venit, ut mutaret naturam, carne indutus, universorum Deus: sed ut eam reformaret, et efficeret puram a mutatione, ut etiam factum est. Quod enim fuimus, erimus, propter mysterium ejus incarnationis eam, quæ ab initio erat, immutabilitatem accepturi, quam mihi et bonis omnibus perfecit, et corpus natura mundum reddens a peccato, et intelligentem animam, voluntatem habentem immutabilem.

VIII. Uno autem verbo universum dico mysterium. Neque Deum nudum corpore, et iis, quæ sunt corporis, Christum esse credamus, neque nudum hominem absque vera divinitate, et iis quæ sunt divinitatis: (utrumque enim aperte ostendunt doctrinam diaboli) sed Deum totum, et eum ipsum absque conversione totius hominis accepisse essentiam, corde puro credamus ad justitiam, et ore apostolice et paterne confiteamur ad salutem. Hunc ergo ante sæcula Deum, qui comprehendi non potest, qui refulsit in duabus essentiis et operationibus, una autem, ut diximus, persona, et nobis in omnibus fuit assimilatus præter peccatum, peperit quæ est verum patrocinium Christianorum, et proprie ve-

<sup>1</sup> Psal. cv, 2. <sup>2</sup> Act. 1, 1. <sup>3</sup> Prov. viii, 17. <sup>4</sup> Joan. 1, 14.

reque est Deipara : quæ est altior et superior quavis re creata, tam quæ sub aspectum cadit, quam quæ non cadit, quæ est pura, impolluta, intacta Patris, qui nec videri, nec comprehendi potest, ab omni reprehensione aliena, et pulcherrima sponsa : quæ est in omnibus gloriosa et benedicta, et in bonitate et benignitate est incomparabilis, convenienter ei, qui ex ea natus est Deus et homo, et nobis ad inefficientem proposita opem et salutem.

IX. Et quis non hodie (ut superius diximus) accurrit ad venerabilem zonæ, quæ semper lucet, et omni ex parte resplendet, venerationem, et ad hanc longe clarissimam et illustrissimam ejus ornatissimi et a Deo conditi templi dedicationem? Hodie enim admirabiliter ambo simul sunt proposita ad lætitiâ fidelibus, qui recte sentiunt, et qui vere eam constituentur, et adorant veram Deiparam, ut quæ peperit super essentielle Verbum Dei Patris, qui nequit comprehendi. Et qui non est ita affectus, et non ita opinatur, ut paulo ante scripsimus, voces mutuantes ex paternis præceptis, sit anathema.

X. Hodie lætantur angeli, gaudent Cherubin, gaudio afficiuntur Seraphin, Throni et Dominationes mente nobiscum exsultant. Transilias, o tu, pura mente æthera et cælum, quod illum superat, puris et castis oculis, et videbis vim eorum, quæ dicuntur. Nec mireris. Nam si studio et diligentia homo sit Deus, (inquit enim : « Ego dixi, Dii estis, et filii excelsi omnes ») quid est incredibile, aut magnum, quod quis vereatus cum angelis, quæ illic sunt bona, videat intelligentia, et in iis se omnino extendat et oblectet? Abunde enim divina gratia benignitatem suam jugiter effundit iis, qui pure vivunt et evangelice. Ego enim (inquit meus Jesus) et Pater veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Vide ergo, vide quemadmodum inhabitatio Trinitatis in hominibus major fiat, quam contemplari possumus.

XI. Hodie ergo a nobis quoque honoretur zona, quæ est omnino a Deo maxime illustrata, et summe admirabilis, et valde veneranda. Hodie honoretur zona, qua succincta fuit laudatissima Deipara, et fraudulentissimum draconem peream suffocavit, et nostri generis auctores a gravi revocavit exsilio. Hodie honoretur zona quam ipsum quoque unigenitum Dei Verbum ineffabiliter ex ipsa carne tectum, quomodo ipse solus novit, tenuit, et est complexus, adhuc corporaliter propter ætatem se gerens pueriliter, et ut puer solet facere, balbutiens, et in materno gremio requiescens et exsiliens.

XII. Hodie ipsi quoque, inquam, primi Dei ministri, licet non videantur, eam adorant, et maxima colunt veneratione et arcane una nobiscum lætantur. Hodie a nobis etiam terrenis adoretur, et magnificetur hæc zona ad gloriam ejus, qui supra rationem fuit carne indutus : et (o mysteria, quæ comprehendi nequeunt) hodie magnificetur zona

A ad laudem et honorem semper Virginis et Deiparæ Mariæ. Lætatur enim, cum nos in his aspicit castissima Domina. Se enim ea revera cinxit, ut credimus : et aras contrivit idolorum, et delubra gentium perdidit et comminuit, et cessare fecit immoderati sanguinis effusionem. Hodie zona magnificetur, per quam aer fuit sanctificatus : cæli summe refulgent : sol et luna supra naturam suam nunc splendide radios et mystice emittunt : et universus mundus, qui quatuor continetur finibus, renovatur et illustratur. Et gloria sit ei, qui nos implet in bonis omnibus, ad gloriam suæ bonitatis.

XIII. Hodie glorificetur zona, per quam montes exsiliunt, et tranquillum mare subridet placide, omnesque summeditantur, et lætitia afficiuntur, ad gloriam ejus, quæ est semper virgo, et Dei mater. Hodie zona glorificetur, per quam pulchri evadunt fluvii, et soli subjectam terram rigant, et fertilem efficiunt : et gloria sit ei, qui eos regit et nos in omnibus lætificat, et copiose alit. Hodie proponatur, honoretur et adoretur zona, quæ divina virtute cælos superat, et resplendet plusquam radii solares, manetque integra et intacta plurimorum annorum curriculis, noningentorum, inquam, aut amplius.

XIV. O Dei mysteria, quæ comprehendi nequeunt : o dona ejus, quæ non possunt investigari ! Papæ tuam, o Intemerata, potentiam ! Papæ tuam ad Filium tuum absque ullo intercessore fiduciam ! Et quis, o Domina, potuerit satis vel aliqua ex parte laudare hanc præclaram, et vere semper colendam celebritatem ? Et præbete quidem aures : sum enim admirabilia dicturus. Nam, ut scriptum invenimus, in admiranda et semper resplendente arca, in qua est pretiosa hæc zona recondita, a tempore Archadii, qui olim imperavit in fide recte sentiens, quique fuit filius magni illius, et qui virtutibus refulsit, Theodosii, hic fuit reposita tricesimo primo ultimi hujus mensis, salvaque illæsa impolluta, ut videtis, permansit usque in hodiernum diem, nullo modo sædata, aut offuscata, aut ejus colore ullo modo mutato, sed resplendens supra nivem, et tanquam modo ex coccino laborata, sic est proposita, virtute sancti et viviſci et adorandi Spiritus.

XV. Ei autem prompto et alacri animo ſectamus genua, lacrymas fundamus præ lætitia, ante eam stemus, et fideliter omnes sanctificemur oculis, labris, frontibus, manibus, eam cum metu tangentes, et in altum extollentes, et sic dicentes : « Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam ». Vides enim, vides ante pedes pulcherrimæ tuæ capsæ nos omnes ardentem volutari, et tuum postulare auxilium, expectantes tuam defensionem, tuum in omnibus invocantes patrociniû. Itaque ut, dum hic quidem manemus, nos protegas, sup-

<sup>a</sup> Psal. lxxxii, 6. <sup>b</sup> Psal. xlv, 11.

plicamus : rursus autem, ut, cum excedemus, in ædibus semper viventibus et luminosis habitemus, obsecramus. Contra autem nobis parcat tuus Filius et Deus, perennibus tuis orationibus. Nihil enim est, quod tibi sit impedimento, o Impolluta Domina. Ecce enim post tuum festum pretiosæ tuæ et adorandæ zonæ, hujus quoque tui templi dedicationem concorditer peragimus, ut qui simus servi et debitores, o optima. Respice servos tuos, respice. In te enim omnes spem nostram collocaimus, et in te vivimus, et gloriamur, et sumus. Scimus enim, scimus fore, ut non hac nostra frustremur expectatione, aut fallamur, et excidamus. Tua enim sumus hæreditas, o impolluta, et ad te mane surgere et confugere, nunquam nos piguerit.

XVI. Agedum vero, popule electe, et Deo grate, postquam de veneranda et pretiosissima zona pauca diximus, pro nostra quoque dicendi facultate, nonnulla dicamus de dedicatione, sicut vobis ante sumus polliciti. Dedicatur ergo bodie templum Dei Matris, quod est pulcherrimum et luminosissimum, et cælo potest æquiparari. Hodie dedicatur templum maxime benedictæ Dei filix, in quo angelorum exercitus assidue ministrant, et circa semper splendens capsam cum timore assistunt, quod et fasciæ Christi in ea sunt reconditæ, et hæc a Deo contexta zona ejus, quæ peperit ineffabiliter. Gloria sit ei, qui nos in his affatim datat, et refrigerat, et a multis malis liberat, nempe et ex incursione Barbarorum et gravibus aliis quibusdam casibus.

XVII. Hodie celebrantur encænia nostræ intemeratæ. Et quis ex viris terrigenis, et ea, quæ sunt Dei, scientibus, non exsilierit, et non præclare supra nivem dealbatus fuerit, et animo et moribus mutatus? Ita enim in his erimus sine periculo, si maxime cum metu et tremore et spiritali exultatione in id ingrediamur. Hodie templum dedicatur hujus gloriosæ Dei Matris in quod ab Oriente et Occidente, a Septentrione et mari, omnes ardentem et fideliter confluent et spirituales cultus cum timore peragunt, et Deum ex corde non cessant glorificare a media nocte, atque adeo perpetuo prompto et alacri animo, assimilari angelis et archangelis. Hodie dedicatur templum Regis Christi Matris, in quo omnis Scriptura a Deo inspirata et utilis legitur ad utilitatem animarum innumerabilium. Etenim ex quovis Christianissimo ordine in id magno studio confluent pontifices et reges, principes et magistratus, divites et pauperes, immatura ætas, et pigrum seminarum caterva.

XVIII. Sed quis tuæ gloriæ loquetur magnalia, o intemerata? Hodie dedicatur templum sponsæ expertis nuptiarum Patris, qui non potest comprehendere, in quo chori piorum et doctorum virorum in ordine assistentes et indoctis non parvam præbentes utilitatem summam accipiunt remunerationem. Qui enim abducit, inquit, dignum ab indi-

gno, erit tanquam os meum<sup>1</sup>. Hodie dedicatur templum purum et integrum gloriosæ Dei filix, in quod etiam ii, qui sunt in montibus et speluncis, cursu venientes, ex bona fama ossa (ut dicit Scriptura) pinguefaciente<sup>2</sup>, amore amorem assumunt, et læti domum vadunt, semper Virginis Mariæ summum templum honorantes. Hodie templum dedicatur illius castissimæ, templis omnibus superius, in quo plurimi ex iis, qui sunt polluti peccatis gravissimis, redeunt ad pietatem et summam puritatem, et sunt æquales angelis. Hodie dedicatur templum patrocini et defensionis Christianorum, in quo ii etiam, qui optime vivunt, redduntur formosiores, et luce lucem accipiunt, exornati humilitate, qui Christum imitantur. Hodie templum dedicatur laudatissimæ, et ab omni labe alienæ puellæ, in quod quicumque ingreditur et desiderio et fide, et ea enuntiat, quæ ab eo facta sunt graviter, et confitetur se amputaturum ea quæ sunt molesta, statim (o miraculum!) invenit solutionem, et cordis exultationem. Dixit enim, inquit, «Enuntio contra me iniquitatem meam Domino et tu remisisti impietatem cordis mei<sup>3</sup>.»

Hodie templum omni ex parte benedictæ et venerandæ adolescentulæ, et prophetarum coronidis, est dedicatum : in quo eriguntur paralytici, qui non vident, visum recipiunt, et qui horrore ac febris laborant, curantur. Est enim semper perennis scaturigo ejus miraculorum. Hodie nos quoque, qui huc accurrimus, ab innumerabilibus, et sibi invicem succedentibus afflictionibus, et turpissimis improborum hominum maledictis liberati, et tecti sub alis ejus intercessionis, suppeditatam rationem, et sapientiæ cognitionem desuper a filio ex ea nato, per ipsam admittentes, cum loqui jussi fuerimus, sine impedimento clamemus ex corde, clamemus : Ne assiduas nostras preces repudies, ne repudies, o intemerata. Defende nos secundum magnam et copiosam misericordiam tuam, o Domina. Frange schedulam immensorum nostrorum malorum tuis, quæ nunquam dormiunt, intercessionibus, o optima. Nos ante finem concilia tuo misericordiam et justo judici, Filio et Deo. Sumus enim plane omni destituti fiducia et audacia, propter negligentiam et multitudinem peccatorum. Sed magnam vim habet, o laudatissima, precatio Matris ad Filii conciliandam benevolentiam, ut credimus. Cum ergo habeas maternam et infinitam ad eum fiduciam, qui ex te sine fluxione ineffabiliter ortus est, nos quoque fac honorum æternorum participes, et ab omni gravi hic et illic libera afflictione. Potes enim omnia tu, quæ es plusquam benedicta et gloriosa, ut a te custoditi, et de te gloriantes, emittamus gloriam et gratiarum actionem in hoc venerando templo, et ubicunque simus, Patri, et Filio, et sancto Spiritui, nunc et semper et in sæcula. Amen.

<sup>1</sup> Jerem. xv, 19. <sup>2</sup> Prov. xv, 30. <sup>3</sup> Psal. xxxi, 5.

# INDICES

IN

## ALEXIADEM ANNÆ COMNENÆ.

### INDEX RERUM MEMORABILIUM.

Revocatur Lector ad numeros crassiores in textu expressos, qui paginas editionis Regiæ repræsentant.

#### A

Aaron cum Theodoro fratre in Alexium conspirat, 377. Libellum famosum in Augustam spargit, *ibid.* Convictus cum fratre et matre exsulatum mittitur, 378, 379. Abbas dictus Joannes Cæsar per ludibrium, 62. Abdicatio imperii ægre persuasa Botaniatæ, 67, 68. Abdicatio patriarchatus dilata a Cosma Constantinopolitano, 75. Quando facta, 79. Abdicare imperium cur Alexius noluerit, 127. Abilebus locus prope Adrianopolim, 281. Abydus a Tzacha oppugnata, 221. Ad Abydum, captæ quatuor Latinæ naves a classe Romana, 430. Ace, arx in quam se Galli ab Tyro repulsi recipiunt, 427. Accensiones luminum religiosæ Dei ventæ promerendæ causa in castris factæ pridie prælii, 231. In templis pro valetudine imperatoris, 500. Accusationis diluendæ barbara ratio a Neantze inlata, 211. A cusationibus non temere credit Alexius, 360. Achris palus a Moco rege Bulgaro exhausta et denominata, 371. Acie instruendæ nova forma ab Alexio inventa et in usum inducta, 469. Acie nunquam interrupta, tota die simul pugnant simul incedunt Romani, 475, 481. Acrocus prælio cum Turcis ab Alexio destinatus locus, 441. Acronum arx Michaeli Amastrino commissa, 431. Adana civitas contributa ducati Antiocheno, 413. Admeti conjux viva viro reddita mortuum lugenti, 8. Adralestis interpres Alexii ad Gallos, 400. Adrianus Comnenus Isaacii frater ab eo graviter increpitus, 259. Nicephorum Diogenem ad culpæ confessionem hortatur, 289. Adrianopolitani obsessi a Comanis erumpunt, multosque cedunt, 277. Æneæ manus Constantinopoli fixæ in loco publico, 363. Quem in usum, *ibid.* Aer locus in monte Malagorum, 462. *Vide* Glossarium. Ærarium imperii per intempestivas profusiones exhaustum, 91. Aeli sive Aquilæ thema datum Baimundo, 414. Affinitas imprudenter cum Roberto contracta a Michaele Duca imperatore causa magni belli, 23. Affinitas Isaacii Comneni cum Maria Augusta, 44. Utilis Comnenis, *ibid.* Affinitas nepotis Botaniatæ cum matre Comnenorum, 51. Affinitas Henrici Regis Alamaniæ ab Alexio quesita ad firmandum fœdus, 94. Affinitas Alexii Augusti sultane petita, 177. [Ab Alexio in speciem non repudiata, 178. Revera nunquam ab eo impetranda, *ibid.* Affinitatis spe Gidas vel Gidus Roberti filius in partes imperatoris tractus, 159. Affinitas sponsalia dirimens, 249. Agathonica urbs prope Adrianopolim, 281. Agraria navigia, 207. Agrustopolitana Turcorum a Latinis clades, 318. Alacæus initiator Zopyri, 277. Pseudodiogenem capit, 279. Alanus Romices dux Turcorum, 392. Alani a Gallis repulsi, 395. Alcibiades pro Themistocle memoriæ lapsu positus, 174.

Alethina loci nomen, 441. Alexander Cabasilas dux Thessalorum, 109. Alexander Euphorbenus dux Romanus, 180. Alexandrus Genethliacus verax; exsilio tamen multatus, 161. Alexiopolis nova civitas, 456. Alexius Comnenus Joannis Comneni filius, 43. Matrem habuit Annam Dalassenam, 87. Manuelem et Isaacium majores natu fratres habuit, 43. Rudimenta militiæ ponit sub Romano Diogene, 5. Revocatur ab expeditione luctu matris, primogenitum extinctum lamentantis, *ibid.* Contra Ursellum mittitur, 4. Fratris Isaacii auspiciis et ductu militat, *ibid.* Indoles ejus bellica, *ibid.* Ursellum capiendum curat, 5. Pecuniæ difficultate laborans ab Amatenis in seditionem versis periclitatur, 6. Eos oratione delinit, 7. Et simulata exsccratione Ursellii spe rerum novarum ad pecuniam confendam perducit, 8. Urbes arcisque ab Ursello captas recipit *ibid.* Collaudatur ab Doceano, et a Michaelæ Augusto ejus clementia qua Ursello peperit, *ibid.* Mittitur a Nicephoro Botaniatæ Augusto adversus Nicephorum Bryenium, 9. — Creator magnus domesticus, *ibid.* Cautis artibus, non aperto Marte rem gerit, 10. Alexii cum Bryenio comparatio, 11. Copiæ utriusque, *ibid.* Prælium inter utrosque pugnantium varia fortuna, 12. Stratagema Alexii multum ipsi ad victoriam utile, 13. Quam plenissimam reportat Bryenio capto, 15. A quo periclitatur, nec in eum victor sævit, 16. Tertia expeditio Alexii in Basilicum, 17. Alexii stratagema, 18. Cur is blæsus dictus, 19. Monachum quandiu cæcæbs fuit contubernalem habuit jussu matris, *ibid.* Prælio Basilicum vincit, 19, 20, 21. Thessalonicam deditione intrat, 22. Basilicum in potestatem redigit, *ibid.* Sebastus accamatur, *ibid.* Munera et litteras a Roberto accipit, 35. Conselatur Monomachatum, 38. Qui ei pecunias negat, 39. Amicos infestos patitur Borilum et Germanum, 43. Contra quorum potentiam Mariæ Augustæ gratiam parat, 44. A Maria adoptatur, *ibid.* Alexii promptum ingenium, 7. Arcusatus coram Botaniatæ plene se purgat, 49. Pecuriam et Umpertopolim in partes trahit, 50. Ex urbe fugit exsccrationem sibi decretam sciens, 51. Familia Ducarum suffragante Isaacio majori fratri præfertur, 57, 58. Ipso Isaacio volente, *ibid.* Alexio imperium prædicatur a S. Joanne Evangelista, 59. A classe universa imperator acclamatur, 63. Urbem regiam et Palatium occupat, 64 et *seq.* Existimatur falso cogitasse ducere Mariam Augustam, 75. Matris fratrisque consiliis nititur, *ibid.* Militum vim reprimere studet, *ibid.* Alexius coronatur a patriarcha Cosma, 75. Alexii forme ac status descriptio, 76. Eloquentia et fortitudo ejusdem, *ibid.* Alexii et Isaacii communia studia venantii, 77. Alexius nova nomina dignitatum excogitat, 78. Stimulis conscientie angitur ob urbem direptam, 80, 81. In eam sacerdotum culpam fatetur, *ibid.* Penitentiam præscriptam exsequitur, 82. Matrem administrandæ reipubl. admiscet, 85. Idcirco et quatenus facit constitutione publica testatur, 84, 85. In magnis angustiis versatur propter miserum reipubl. statum, 91. Principes Occidentis in Robertum concitare nititur, 95. Ejus ad Henricum Alamanicæ regem litteræ, 94. Turcos petere pacem cogit, 96. Cur eam illis concesserit, 97. Turcos in auxilium contra Robertum vocat, 105. Venetos in eundem concitat, 108. Ios ipse contra eum vadit, 109. Thessalonicæ de statu Dyrrha-

ehensium obsessorum nuntios accipit, 110, 111. Georgium Palæologum Dyrrachio evocat invitum, 112. Prælium decernit de sententia juvenum contra mentem seniorum, *ibid.* Circumvenire hostes cogitat, 114. Sed consilium ex tempore mutat, 115. Aciem instruit et prælium committit, *ibid.* Vincitur, 116. Vulneratur, 117. Fugit maximo suo periculo, 118. Salto equo servatur, 119. In insequentes conversus eos credit, *ibid.* In cohortes Gallorum incipit et ab illis se explicat, 120. Achridem pervenit, 122. Alexius cum Roberto comparatur, 126. Suos e fuga colligit, novosque delectus cogitat, *ibid.* Difficultate pecuniam laborat, 127. Suppellectilem domesticam suam, matris, fratris, et uxoris argenteam aureamque in nummos cudi jubet; unde stipendium militi numeret, *ibid.* A pecuniis sacris subsidium petit, 128. Magna offensione multorum, 129. Præsertim Leonis Chalcedonensis, quem in exilium mittit, 130. Alexius Constantinopolim revertitur, 131. Novam expeditionem suscipit contra Baimundum, 133. Prælium committit, vincitur, et fugit, 134. Vincere Gallos stratagemate sperat, sed vi ab illis vincitur, 135. Fuga ejus generosa, 136. Auxilia Turcorum implorat, 137. Larissensibus obsessis auxilium venit, 138. Et cum Galis prospere pugnat, 140. Comites Gallos contra Baimundum concitat, 143. Constantinopolim reversus italium Ecclesiam turbantem compescit, *ibid.* Ale in favor in utteras et litteratos, 147. Alexius Castoriam oppugnat, 1-2. Et deditione capit, 153. De Paucianis supplicium sumit, 154, 155. Se pargat de expilatione sacrarum adium, 156. Conjuratio in eum detecta, 157. Venetorum auxilium contra Robertum implorat, 160. Quos re bene gesta præmiis afficit 161. Dyrrhachium recipit, 163. Genethliacos læsectatur, 164. Defenditur a criminatioribus male feriatorem, 166. Apelchasesum Barbarum constantinopolim invitatum tandiu ibi detinet quoad arx rei Romanæ utilis edificaretur, 171. Eidem Barbaro auxilium Romanorum implorant, quo animo imperator assensus sit, 173. Alexius imperii limites dilatat, 176. Affinitatem Sultanis aversatur, etsi id dissimulat, 178. Alexandrum Euphorbenum contra Helcanem mittit, 180. Eique victo succenturiat opum, 181. Helcanem Constantinopoli exceptum Christianum facit, *ibid.* Pacuriantium contra Scythas mittit, 182. Et victo cæsoque Taiscium substituit, 183. Qui Scythas vincit, 184. Alexius cum magnis copiis contra Scythas vadit, 189. Decernendumque prælio cum illis censet; multis dissuadentibus, 190. Bryenio etiam cæco infelicem prælii exitum prædicente, 191. Insidiosam legationem Scytharum Alexius rejicit, 192. Occasionem solaris eclipis prævisæ dextre utitur ad terribendos Barbaros, *ibid.* Dristram expugnat, 194. Aciem contra Scythas instruit, 195. Pabulum B. Mariæ Dei Matris pro vexillo gestat in prælio, 196. Delecto exercitu Romano mirabiliter evadit, 197. Beroen incolumis pervenit, 198. Alexio imperant multa loca nomen mutant, 201. Pacem is cum Scythis facit, 202. Archontopolium cohortem instituit, 204. Quæ cæditur a Scythis magno Alexii dolore, *ibid.* Joannem Ducam contra Tzacham mittit, 209. Contra Scythas ipse pergit, 210. Scelus Neantzis deprehensum dissimulat, 211. A Scythis vincitur, 212. Sed mox exercitum et bellum redintegrat, *ibid.* Scythæ vertuntur in fugam, 214. Imperator circumsidetur a Scythis in oppido Tzarulo, 215. Scythas tamen vincit stratagemate rotarum suspensarum, 216, 217. In oppido Cherobachis Scythas plurimos ipse cum paucis superat, 222, 223. Suos vestibus Scythicis indutos in urbem reducit, 224, 225. Novos delectus habet, 226, 227. Comanos sibi adjungit contra Patzinicas Scythas, 228. Quos ingenti prælio universos concidit et delet, 233. Captivorum eadem prohibet, *ibid.* Et factam vicisci parat, 234. Comanis promissa reddit etiam non petenti, 235. Arieli et Umpertopulo convictis conjurationis parat, 236. Expeditionem in Dalmatas suscipit, *ibid.* Caratzam Dyrrhachium mittit, 27. Joannem Isaacii fratris filium crimine solvit, 239. Theodori Gauræ affinitatem expetit, 240. Gregorio Gauræ filium despondet, 241. Litem Dalmaticum fuvist et firmat labore magno, 243. Sultanem in Tzacham concitat, 250. Pacem cum sultane facit, 251. Bolcano Dalmatæ bellum infert, 252, 253. Periclitatur ab insidiis Nicephori Diogenis, 254 et seqq. Quem tandem capit, 260. Et Casaropolim reiegit, 262. Ad concionem militare perorat magno metu omulium, 263, 264. Bolcano pacem petenti dat, 265. Nium Hæresiarcham convincit et confutat, 269. Eum et Bachernitam dampnandos curat, 270. Expeditionem in Comanos parans Dei voluntatem exquiri, 275. Pseudo-Diogenem capit ope Alacasi, 279. Prælio Comanos vincit, 280. Thrasobem Barbaum manu sua occidit, *ibid.* Arcem Ferream edificat, 282. Turbatur a famam expeditionum Francicarum in Orientem, 283. Petrum eremitam exercitu ausso periclitantem a Turcis servat, 287. Francos duces

expeditionis sacræ benevole excipit, 289, 301. Gothofredum cum exercitu Constantinopolim appulsum hostiliter trahat, 294 et seq. Duces Francos juramento sibi obstringit, 300. Baimundum demereri donis studet, 305. Ei domesticatum Orientis negat, 305. Niceam præcipere Latinis studet, 309. Quod et tacit, 314. Cur se Gallis Antiochiam oppugnantibus non adjuverit, 321. Baimundo bellum infert, 333. Edificari naves curat, 335. Galios comites Babylone captivos redimit, 316. Thessaloniceam se confert ducta secum Augusta, 351. Tyrones ad militiam exercet, 356. Conjuratorem in se novam detegit, 360. Dyrrhachium munus, 371. Expeditionem in Baimundum suscipiens in tempore B. Virginis pervigilat, 376. Aaronem conjurationis compertum relegat, 379. Discordias in castris Baimundi serit, 388. Latinarum ex Italia classium tractum impedit, 396. Baimundam ad se venientem honorifice excipit, 403. Et pacem cum eo facit, 406 et seq. Restaurare civitates Asia cogitat, 419. Bellum in Tancredum parat, 422. Hiemem in casis extemporaneis agit, 430. Contra Turcos vadens podagra tardatur, 433. Patientissime Gallos audit, 435, 436. Religiosæ ejus voces dum morbo premitur, 437. Turcos vincit acie, 441. Suorum neminem etiam in victoria deporat, 443. In urbem triumphans redit, 448. Urbana et pacata ejus opera, 449. Reducendis ad fidem catholicam Manicheis utilem operam impendit, 453 e. seq. Comanos irrupentes repellit, *ibid.* Alexiopolum urbem edificat, 456. Expeditionem in Asiam suscipiens podagra retardatur, 460. Ejus morbus scenicis ludis traductur apud Turcos, 461. Turcos vincit per suos duces, 464. Fortitudinem consilio miscet in bellis, 466, 467. Novam aciem formam et rationem excogitat, 469, 470. In dubio Dei sententiam exquiri, 471. Pugnat instructa acie cum Turcis et simul incedit, 474, 475. Panem dat Turcis certis conditionibus, 478. Sultani salubre consilium suggerit, magna ejus pernicie rejectum, 479. Curam agrorum peculiam in castris habet, 482. Convivii tempore elemosinas facit, *ibid.* Triumphum recusat, *ibid.* Captivos et Orphanos benigne curat, *ibid.* Orphanotrophium longe magnificentissimum condit, et dotat, *ibid.* In describitur, 485, 484, 385. Alexii cura reprimendorum hæreticorum, 486. Basilium Bogomilorum antesignanum comprehendit curat, 487. Artificio miro nefariorum ejus dogmatum confessionem exprimit, 488. Librum inscriptum *Dogmaticam Panopliam* adversus Bogomilorum hæresim a Zygaleno monacho componendum curat, 490. Miro stratagemate utitur ad veros Bogomilos detegendos, 491, 492. Basilium hæresiarcham publice vivum cremari jubet, 493, 494. Reliquis Bogomilorum spatium respiciendi in carcere indulget, 494. Statum imperii pessumdatum melius restituit, 295. Viam et imperium habet innumeris calamitatibus turbata, 496. Supremus ejus morbus ubi et qua occasione cœperit, *ibid.* Medicorum discordes de illo sententia, 497. Alexius nunquam usus pharmacis, *ibid.* Symptomata morbi ejus, *ibid.* Causa ejusdem, 498. Remedia mutata, 499. Accensionum luminum per ades sacras, hymnorum cantus et monachorum precepciones pro eo factæ, largitionis item in pauperes, 500. Deliqua animi crebra patitur, 502, 503. Moritur, 503.

Alexius Armeniaci thematis dux urbis coryphus, 512. Alexii Dyrrhachio præfecti fortitudo et vigilantia, 383. Alopus Mitylenensis ditiosus curator, 205. Altaris avium arripit Connenorum mater, 50. Aliphas. Vide Petrus Aliphas. Alyattes dux Romanus circumventus et occisus a Gallis, 590. Amalphis episcopus Maurus vocatus, 415. Amaseam versus tendentes Normanni cæduntur a Turcis, 331. Amaseni seditones meditates opportuna allocutione placantur, 6. 7. Pecunias ultro conferunt, *ibid.* Amasrinus Michael rebellat in Alexium, 431. Amecetus dux in exercitu Roberti, 116. Amer prænomen dignitatis apud Turcos et Persas, 168, 459. Vide Muchumet, Puzanus, Solymas. Ameræ oppidum Baimundo datum, 414. Amerimius princeps Babylonis in Gallos movet, 328. Vincitur a Gallis, mov vincit. Iterum vincitur, *ibid.* Gallos comites Baby one captivos rogante Alexio liberat, 328. Amici intimi Baimundi ei suspecti redditu arie imperatoris, 337, 338. Amicitia alimentum epistola, 386. Annis Drymonis descriptio, 361. Ampelas dux Romanus a Turcis cæsus, 412. Amphion restaurat Epidamnium, 99. Amplus locus sic dicitur, 477. Amiras a Persis qui Turcis parent, dicitur Niceæ præfectus quem Persæ vulgo satrapam vocant, 265.

**Anazarba** urbs ducatus Antiocheni, 413.  
**Anastasi** Dicurus fossam excavat infra paludem **Baanam**, 282.  
**Anemadum** fratrum in **Alexium** conjuratio, 329, 360; detecta, 361; punita, 362.  
**Anemæ** turris quæ et unde dicta, 364.  
**Anchialis** arx firma et munita; situs ejus et forma describitur, 275. Imperator intra eam Comanus operiri non dubitat oppugnationem ejus minantes, *ibid.* **Anchiali** ducatus datur **Siazuo** Turco baptizato, 271.  
**Ancyra** capitur a **Normannis**, 331.  
**Andronici** **Porphyrogeniti** fratris **Annæ** præmatura mors, 475.  
**Andronicus** **Thessalis** præfectus, 109.  
**Angelorum** auxilium frustra speratum hæretico, 489.  
**Angelo** comites amittit, 430.  
**Anna** **Comnena** imperatorum **Alexii** et **Irenes** filia, in *Præfatione*. Nascitur die Sabbati Kalend. Decemb. Indictione septima, 166. Parentibus obsequentissima tota vita fuit, 167. Primogenita parentum suorum destinatur ad imperium cum **Constantino** **Duca** **Porphyrogenito**, 167. Educatur usque ad ætatem octennem apud **Mariam** **Augustam**, 72. Petitur a **sultane** in sponsam filio ejus primogenito, 177. Nubit **Nicephoro** **Bryenio** **Cæsari**, in *Præfat.*, et 296. In *Historia* nemini, nisi ex merito, laet, in *Præfat.* Ne a suis quidem necessariis reprehensionem in tempore abstinat, *ibid.*, et 25. Ac ne a patre quidem, 40. Disciplina liberalibus a pueritia excolta, *ibid.*, et 161. Multa patitur adversa, 167 et 416. Quam certo comperita habeat quæ scribit, 447. Solitariam diu vitam agit, *ibid.* Quo tempore scripserit, *ibid.* Testibus non credit nisi selectis et oculatis, *ibid.* Utilit. *Commentariis* monachorum olim militum, severo prius examine probatis, 448. Reliquias ædificiorum antiquæ **Philippopolis** videt, 450. De **Porphyrio** et ejus erroribus judicat, 451. Occurrit suspicionibus eorum qui parum fidei forte sunt habituri iis quæ laudabilia de patre filia narravit, 468. **Andronicum** fratrem laudat et mortuum deplorat, 475. **Schedas** et **schædographiam** improbat, 486. **Anæ** moror in morbo patris, 502. Ut matrem consoletur se bene sperare de patris morbo fingit, *ibid.* **Annæ** auctoritas apud matrem, 504. Ejus consternatio ad signa mortis **Alexii**, 505. Miratur potuisse se vivere superstitem patri, matri, et viro, 506.  
**Anna Dalassena** mater **Alexii** **Manuelem** primogenitum extincium mœret, 5. **Filium** **Manuelis** primogeniti sui nepoti **Botaniatis** **Augusti** despondet, 51. Confugit noctu in templum **Sancti Nicolai**, 52. Liberum ejus responsum ad ministros imperatoris, *ibid.* **Sacri altaris** asyllum arripit, 53. **Cruce** majori imperatoris in fidei pignus accepta inde discedit, 54. **Gynæceo** inclusa, quo loco res filiorum sint certis nuntiis docetur, *ibid.* **Familie** **Ducarum** insensa fuit, 52. **Domina** vocatur, 75. **Monachis** laet, *ibid.* **Enstratio** **Garidæ** patriarchatum optat, *ibid.* **Pœnitentiæ** filii particeps est, 82. **Religiosum** secessum cogitat, *ibid.* **Fit** particeps imperii a filio per **Bullam** **Auream**, 83. **Sigillo** usa est quo **Resurrectio** et **Mors** exprimebatur, 84. **Ingenium** ejus, sapientia, eloquentia, rerum usus, 86. **Jam** a pueritia magnum prudentiæ specimen dederat, *ibid.* **Nobilitas** ejus, 87. **Gynæceo** palatii sanctimoniam et bonam famam reddit, *ibid.* **Religio** et pudicitia ejus insignis, *ibid.* **Severa** in leves, modestis propitia erat, 88. **Pœramque** noctis partem divinis laudibus impendit, *ibid.* **Negotiis** sub diluculo vacat, *ibid.* **Sacro** interesse solita erat in templo diæ **Thecæ** ab **Isacio** **Comneno** **Augusto** constructo, 89.  
**Anna** pecunia decreta **Baimundo**, 414.  
**Annulus** ad faciendam fidem missus, 112.  
**Antaradus** et **Antartus** urbes, 413. **Antaradum** arx occupatur a **Sangele**, 329.  
**Antidotus** ex pipere **Alexio** salutaris ad triduum, 497.  
**Antiochia** capitur a **Francis** post trimestrem obsidionem proditione ejusdam **Armeni**, 320. **Cur** imperator **Francis** in ea oppugnatione non se conjunxerit, 521. **Franci** **Antiochiæ** obsidentur a **Turcis**, 320. **Imperator** **Antiochensibus** **Francis** obtentasse contentus auxilium retrocedit, 325. **Antiochena** obsidio **Turcorum** mirabili **Francorum** victoria solvitur, 327. **Arce** **Antiochiæ** **Baimundo** imponit, 531. **Antiochia** **Baimundo** gubernanda permittitur, 327. **Pugnatur** ad **Antiochiam** cum **Turcis** a **Romanis** duce **Isacio** **sebastocratore**, 271. **Joannes** **Annæ** frater bellum gerit cum **Antiochensibus**, in *Præfat.* **Antiochenses** **Franci** **Petrum** episcopum consulunt, 326. **Invento** sancto clavo pignus accipiunt auxilii divini, *ibid.* **Antiochiæ** præfectus **Tancredus**, 348. **Antiochiæ** patriarchatus **Græcis** reservatus ex pacto, 413. **Antiochus** dux **Macedonum**, 109.  
**Aorata** locus sic dictus, ubi **Turci** a **Camytze** **Romano** duce victi sunt, 439.

**Apelchæsem** archisatrapa **sultanicum** ambii, 171. **Bithyniam** incursum, *ibid.* **Romanos** fugientes insequitur, 172. **Quos** **Galli** servant, *ibid.* **Cum** occupat **piraticam** meritans, *ibid.* **Ejus** naves a **Butumite** combustæ, 173. **Ipse** vincitur et **Nicæam** fugit, *ibid.* **Constantinopolim** blandis imperatoris invitatus litteris venit, 174. **Augustissimi** titulo et donis honoratur, *ibid.* **Imperatoris** auxilium implorat, 175. **Nicææ** resistit **Puzano**, 177. **Ad** **sultanem** cum muneribus profectus, auferitur, *ibid.* **Circumventus** necatur, 178. **Nunciatur**, aut ipse, aut ejus cognominis, expeditionem in **Nicomediâ** parare, 205.  
**Apolloniæ** civitas oppugnata, 180.  
**Apparatus** ad oppugnationem **Dyrrhachii**, 370  
**Aprum**, locum sic dictum, præoccupat **Alexius**, 203.  
**Aqua** pugnantibus in aciem delata, 253.  
**Aramis** castrum **Baimundo** datum, 414.  
**Argyus** **Carata** missus **Dyrrhachium**, 237  
**Arcanum** vulgatum ab uxore **sultanis** causa necis ejus, 481.  
**Arces** maritimæ **sultanis** imperatori redditæ, 170.  
**Arietis** machinæ bellicæ descriptio, 582. **Qua** arte ejus impetus sit elusus, *ibid.* **Injuncto** igne absumitur, *ibid.*  
**Archisatrapa**. *Vide* **Apelchæsem**, **Monolycus**, **Helcanes** **Ismael**.  
**Arieis** conjuratio, 256.  
**Ars** mulieris expugnationem **Brundisii** impedit, 566.  
**Artificium** flammæ missilis perniciosum **Gallis**, 585.  
**Arundinetum** in quod **Turci** confugerant circumscissum et incensum, 441.  
**Arx** civitas **Italiæ** sic dicta **Roberto** data a **Mascabe'e**, 42.  
**Asan** archisatrapa **Cappadociæ** expeditionem in **Philocalæ** suscepit, 241. **Ab** eo vincitur, 422.  
**Asia** vastatur a **sultane**, 460. **Ab** imperatoribus negligitur, 495.  
**Asianorum** consternatio ob metum **Turcorum**, *ibid.*  
**Aspietes** **Armenus** **Ciliciæ** præfectus, 348. **Male** rem gerit, 349. **Ejus** heroicum facinus, 350.  
**Aspræ** **Ecclesiæ** locus sativorum **Baimundi**, 157.  
**Astarte** et **Astaroth** diti **Saracenorum**, 284.  
**Astrologia** quam **judicariam** vocant, vana curiositas **Alexio** damnata, 164. *Vide* **Genethliaci**.  
**Astus** **Latinorum** postulata imperatoris cunctatione frustrantur, 300. **Astutia** et ambitio **Baimundi**, 304.  
**Asylum** altaris et templorum, 55.  
**Athaboliini** locus, 414.  
**Attaliæ** urbis præfectura **Philocali** data, 420.  
**Atamylium** a **Tzacha** eversum a **Philocalæ** restauratum, 420.  
**Atrum** pallium ab humeris ad pedes cum velo concolori, vestis lugubris **Augustarum**, 505.  
**Avaritia** **Gangranæ** similis, 105.  
**Aulæ** **Galli** dictum in **Augustum**, 301.  
**Audientia** **Gallis** patientissime data **magnus** **Alexii** labor et morbi causa, 434, 435.  
**Augustissimi** titulus **Apelchæse** tributus, 174.  
**Aurea** **Bulla** **Alexii** qua regimen imperii committit matri, 83. **Alia** a **Melisseno** petita, 60. **Missæ** **Monomachæ**, 97. **Promissæ** **Baimundo**, 414.  
**Auxiliorum** mutua sponso inter **Gallos** et **Romanos**, 408.

## B

**Baana** palus, 292.  
**Babylonii** princeps movet in **Gallos**, 328.  
**Babylonii** primum victi a **Gallis**; mox eos vincunt, sed paulo post vincuntur ab iisdem, 328.  
**Baimundus** minor natus **Ulii** **Roberti** **Calabriæ** ducis, 54. **Simillima** parenti proles, *ibid.* **Cavinos** **Jericho** et **Aulonem** universum bello vastat et subigit, 55. **Navae** prælium committit cum **Venetis**, 103. **Et** ab iis vincitur, 107. **Alio** nomine **Sanisius** dictus, 115. **Redeunte** in **Italiam** **Roberto** **Baimundo** bellum contra imperatorem in **Epiro** continet, 132. **Romani** ad eum transfugunt, 133. **Joannina** occupat et munit, *ibid.* **Insidias** **Alexii** imperatoris vitat, eumque acie vincit, 134. **Ejusdem** **Alexii** stratagemata eludit, et arcana consilia detegit, 135. **Eum** iterum acie vincit, 136. **Victor** urbes et arcas multas occupat, *ibid.* **Conjunctionem** trium comitum contra se detegit, 137. **Larissam** obsidet, *ibid.* **Romanos** vincit, 141. **Stratagemate** cum successu utitur, 142. **Suorum** conspiratione adversum se **Alexii** arte concitata secedere cogitur, 143. **Patrem** **Salerni** convenit, 158. **Cum** ingenti exercitu in **Græciam** trajicit, prætextu vel causa expeditionis sacræ, 289.  
**Aprum** appellit cum aliis **Gallis** comitibus, 501. **Hic** cum decem solis comitibus imperatorem adit, *ibid.* **Fœævole** acceptus ab illo, amice illum sed fide alloquitur, 502. **Metuit** venenum a **Græcis**, *ibid.* **Ejus** imprudentia suos irritantis magno periculo suo, 505. **Jusjurandum**

Augusto praestat, *ibid.* Pecuniam ingentem ab eo oblatam primum libenter se accipere significat : deinde recusat et remittit, 303. Postquam relatam accipit, 304. Astutia et fortitudine Gallos omnes antecedit, *ibid.* Invadere imperium Alexio expulsio cogitat, *ibid.* Domesticatam Orientis petens repulsam patitur, 305. Pro perjuro et fraudulento tradacitur, *ibid.* Lucri pereupidum se ostendit, 316. Taurcredum nepotem parvam reverenter in imperatorem se gerentem coerct, 317. Primum agmen Latini exercitus duccns a Turcis invaditur, *ibid.* Et eos vincit, *ibid.* Turcos alio praelio fugat et eorum sultanem ferocissime invadit, 318. Antiochiam cum caeteris Gallis per tres menses oppugnat, *ibid.* Armeno eisdem persuadet ut Antiochiam Gallis prodant, *ibid.* Taticium Graecorum ducem arte quadam territum recedere cogit, 319. Principatum Antiochia sibi ambit, 320. Primum in urbem Antiochiam irrumpit et eam capit, *ibid.* Astute impetrat potestatem aedificandi arcem Antiochia, 321. Tandem obtinet praefecturam Antiochia suffragis Galorum comitum, 327. Scribit ad eum imperator exprobrans ei perfidiam, 332. Et ille vafre respondet, 335. Butumites ab imperatore contra ipsum mittitur, *ibid.* Ad pacem invitatur a ducibus Romanis, 337. Sed eos rejicit, *ibid.* Et Butumites minatur ad se legato, *ibid.* Occupare et munire urbem Curicum parans, praeverititur ab imperatore, *ibid.* Arci Laodiceae auxilia importat, 340. Ejus cum Constantino colloquium propter negatam pecuniam abruptum, *ibid.* In arcto positus spargi curat saniam mortis suae, 341. Effertur pro mortuo, adjecto sibi, ne fortis indicium deesset, cadavere galli gallinaei, *ibid.* Sic perverct Coryphum, loco jam tuto, imperatori minatur, 342. Novam expeditionem in Illyricum parat, 345 Alexium infamat et paganum appellat, 346. Scythis captivis utitur ad odium principum Christianorum adversus imperatorem concitandum, 367. Cum ingenti exercitu et classe ornatissima, mare feliciter transit, 369. Quae gentes ejus exercitum conflant, 370. Oram Illyrici vastat, *ibid.* Oppugnationem Dyrrhachii decernit et parat, *ibid.* Dyrrhachium per hiemem obsessum vere oppugnat, 380. Mirae ejus machinae, 381, 382. Conturbatur falsis indicis ad ipsum delatis conjurationis in eum factae, 385. Dolorem et curam dissimulat, 389. Gidum fratrem contra Romanos mittit, 390. Praedatores eus a Romanis caeduntur, 393. Naves ejus incenduntur, 394. Auxilia copiosa ex Italia accipit, 396. Undique circumvenitur ab imperatore, 398. Peste et fame domitus cogitur pacem petere, 399. Invictus ad col oquitur obsides petit et impetrat, 400. Legatorum imperatoris orationem abruptum, *ibid.* Aditurus imperatorem promittit sibi curam admissionem honorificentissimam, 401, 402. Castris locum mutat, *ibid.* Ejus ad imperatorem accessus, 403. Eiusdem accuratissima descriptio, 404. Imperatorem sibi oblique exprobrantem, mutare sermonem cogit, 405. De pacis conditionibus disceptat, *ibid.* Pacis instrumentum conficit, quod recitatur a pagina 406 usque ad pagin. 416; Pacem jurejurando firmat, 419. Sexto post haec mense moritur, *ibid.*

Balduinus Gothofridi Bullionii frater comitem Gallum modestiae admonet, 300. Dum Franci vincuntur a Babytonis, mature fugit, ut eladis ultor supersit, 328. Babytonis praelio vincit, *ibid.* Fratrem Gothofridum captivum redimit, *ibid.* Edessam repetit, 329. Rex Jerosolymorum creatur, 330. Legatis imperatoris obviam mittit Simonem, 425. Tyrum obsidet et expugnat, 426. E tribus ejus urbis muris duos capit, *ibid.* Ad tertium ingentia res corrumpitur, *ibid.* Machinae Gallorum a Sarracenis Tyro erumpentibus incenduntur, 427. Balduinus cum suis in arcem Ace vocatam fugit, *ibid.* Butumitis mendacium detegit, *ibid.* Pecuniis imperatoris inhiait, 428.

Barangi barbari et Thule profecti, armati securibus imperatori fidissimi, 62. Gallos in praelio fugant, 115. Sed mox a Galis caeduntur et fugantur, 116.

Barbara nomina historiam maculant, 182. Tamen inscenda historiae, 289.

Barcinonensis comitis filius Roberti filiam ducit, 30.

Bardales ab imperatore mittitur Babylonem ad redimendos Gallos, 328.

Bardari amnis descriptio, 18.

Bardas juvenis Alexio charus, 333. Sed adversus duces militiae contumax, 381.

Bardas Burza nepos contra Turcos missus, 471. Eos vincit, 472. Sed interim ejus castra diripiuntur ab aliis hostibus, *ibid.* Pugnat cum Turcis acriter, et pacem oblatam respuit, *ibid.* Adventu imperatoris periculo eximitur, 475.

Basilicius Georgius conjurationis cum Salomone factae compertus capitur, 361.

Basilicius imperium invadit, 17. Quibus naturae dotibus et fortunae ornamento ad eam spem sublevaretur, *ibid.* Successus armorum ejus stupendus, *ibid.* Irruit noctur-

nus in Alexii absentis castra et Laconaculum, 19. Vincitur ab Alexio, 20, 21. Fugit in arcem Thessalonicae, 21. A exio deditur et excacatur, *ibid.* Basilicii frater Manuel capitur, 21.

Basilea locus prope Nicram, 171.

Basilius Augustus contra Durum, Manuelem Comnenum mittit, 311.

Basilius Bogomilorum antesignanus discipulos duodecim a sectae propagationem sibi adjungit, 487. A Dablatio defertur ad imperatorem, *ibid.* Qui ei comprehenso blanditur, *ibid.* Sicque arcana ei emungit, 488. Impia ejus dogmata coram patriarcha Nicolao recitantur, *ibid.* Basilii errores pertinaciter tuetur, vane sperans se angelorum ope liberandum, 489. Lapidatur a deomonibus, *ibid.* vicicumburio damnatur, 492. Ejus morturi confidentia demens, 495. In consternationem versa, *ibid.* Mantelum suum igne consumptum evolare in caelum videt, aut videre mentitur, 494. In flammis obstinatus perit, *ibid.*

Basilius Curticius Manuelem Basilacium in praelio captum Alexio sistit, 21.

Basilius peritus artis divinandae futura ex portentis, 385. Ob id Alexio Augusto charus et Byzantii praefectura donatus ab eo, *ibid.*

Belitoba occupata a Blaso Manichaeo, 158.

Bempetziota dux Rom. Pamphylum occupat, 188.

Benignitas Alexii Augustii in captivos, et orphans, 482.

Bertranus filius Angelus rogatur ne Taurcedo faveret, 421. Promittit se ita facturum, 425. Pecunias ab imperatore accipit, 428.

Betrinum locus, 195.

Bithyniae et Thyniae adjacentibus locis excluduntur Turci ab Alexio, 96.

Bitzina fluvius, 193.

Blachernae suburbium Constantinopolis, ubi templum B. Mariae, 55.

Blesus cur dictus Alexius, 19.

Blaesi Manichaei indignatio in Augustum, 157. Reliobam oppidum occupat, 158. Faedus init cum Scythis, *ibid.*

Blattia. Vide Gossarium.

Bodinus exarchus Dalmatarum, 40. Integras suas copias, cum praelio interesset, periculo subd. cit, 117.

Bogomili haeretici ex Manichaeis et Massalianis unicum dogma profitentur, 486. Horrorem et austeritatem praferunt, *ibid.* Eis lryvam Alexius detrahit, *ibid.* Flammis addicuntur, 491. Crucem in morte aversantur, 92. Bogomilorum obscena et feda dicta facinora et dogmata, 430.

Bolcanus Dalmatae dynasta Romanos fines vastat, 251.

Imperatoris in ipsum moventis impetum legatione fraudulenta infringit, 252. Rom. ditonem iterum vastat, *ibid.* Joannem Comnenum adolescentem contra se missum asulia eludit, *ibid.* Mox in eundem improvise irruens castra ejus capit et exercitum delet, ipso vix evadente cum paucis, 255. Veniente contra se Augusto territus, pacem petit et impetrat, obsidibus datis, 265.

Bolissus oppidum insulae Chii, 208. Capitur a Dalasseno, 210.

Borilus graciosus apud Botaniatem Augustum, 58. Servus licet conditione et Scythici generis, *ibid.* Georgium Monomachatum au a ejicit, *ibid.* Imperium affectat, 49. Ejicere ex urbe Comnenos parat, 67. Botaniatae imperium deponenti insultat, 68.

Borytilas Rogerii frater Roberti filius, 54.

Bosporo exclusi Turci ab Alexio, 96.

